CHRISTIANI SIGISMVNDI GEORGII

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQVE PROF. PVBL. ORD.

ET ALVMNOR. ELECTORAL. EPHORI

ANNALES

ACADEMIAE VITEMBERGENSIS

IN QVIBVS

NOMINA RECTORVM INSCRIPTORVM NVMERVS
DISSERTATIONES INAVGVRALES PROMOTIONES
ACADEMICAE PROFESSORVM RECEPTIONES ATQVE
OBITVS SOLEMNITATES PVBLICAE INSCRIPTIO-
NES ALIAQVE NOTATV DIGNA

QVAE

AB ANNO ɔIɔIɔCLV VSQVE AD ANNVM ɔIɔIɔCCLV

IN

HAC ALMA MVSARVM SEDE

PER SINGVLA ACCIDERVNT SEMESTRIA

BREVITER ENARRANTVR

POST PLACIDVM B. AVCTORIS DISCESSVM

VSQVE

AD ANNVM ɔIɔIɔCCLXXII CONTINVATI

AB

ERNESTO GODOFREDO CHRISTIANO SCHROEDERO

PHILOS. PROF. PVBL. ET FACVLT. PHILOS. ASSESS. ORD.

CVM XI. FIGVRIS AENEIS.

VITEMBERGAE ɔIɔIɔCCLXXV.

KGL. ÖFFENTL. BIBLIOTHEK DRESDEN

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://d gital slub-dresden.de/p n3523729315
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

303

Hist: Acad: Schol: et Societ: litterar: 799. 4

799 3,23.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/2
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

D. ERNESTVS GOTTFRIED CHRISTIANVS KLVGELIVS

L. B. S.

Scripsit anno superioris seculi 55. Gottfried Sueuus, Iuris Prof. Publ. Ord. Dicasterior. Wittenberg. et Iudic. Prouinc. in inferior. Lusat. Assessor librum, sub titulo: Academia Wittebergensis ab anno fundationis CIↃIↃII. vsque ad annum CIↃIↃCLV. quo anno 1655. festum Iubilaeum pacis religiosae primum vt per totam Saxoniam, sic Wittenbergae etiam, solemni ritu celebrabatur. In hoc libro descripsit partim illa documenta, quibus Academia nostra fundata, confirmata, honoribus et priuilegiis aucta fuit, partim recensuit per singula semestria ab an. 1502. vsque ad 1655. nomen Rectoris, numerum inscriptorum Matriculae Academicae, additis nominibus eorum, qui ipsi prae aliis famam Academiae auxisse videbantur, et quae alia memorabilia Wittenbergae acciderant, inprimis ad Academiam spectantia, partim his annalibus Catalogum per istud spatium promotorum, tum in superioribus Facultatibus, tum in Philosophica, ratione illarum quidem, nominibus eorum, qui honoribus ornati erant, ratione huius, numero saltem expressis, catalogum eorum, qui ex omnibus ordinibus, per illud Sesquiseculum et quod excurrit, munere functi erant Rectoris Academiae, et Professorum, qui anno 1655. publice docebant, tandem etiam inscriptiones Wittenbergae inueniendas, praesertim sepulchrales, adiunxit. Ipsa huius scripti ratio videbatur necessario postulare continuationem, siquidem vota eo tempore facta tum Academiae nomine interprete eius Rectore: (apud Sueuum plaga Ccc. 3.) *placeant Deo sacrificia haec laudum et labiorum. Idem paem religiosam, quae deuotionem istam solennem nobis iniunxit, per alterum hoc seculum, si quod futurum est, perpetuo illibatam ac inconcussam seruet*, tum ab ipso Sueuo ad finem praefationis: *vtque porro sub Illustrissima Domo Saxonica felicitas Academiae florentissima perpetuaque sit;* ex Dei omnipotentis clementia adeo adimpleta fuerint, vt per alterum illud seculum

lum Academia ſub tutela Sereniſſimorum Saxoniae Electorum non ſolum floruerit, ſed etiam, quod gratiſſimo recolendum eſt animo, pace religioſa ſine vllo impedimento frui licuerit. Hanc igitur continuationem, cum alterum illud ſeculum anno 1755. finiretur, in ſe ſuſceperat Vir laudatiſſimus D. Chriſtianus Sigismundus Georgi, Theol. in hac Academia Prof. Publ. Ordin. et Electoral. Alumnor. Ephorus. Incredibili enim flagrabat ardore, quamdiu noſtram ornauit Academiam, quicquid ad augendos honorem, famam, ordinem, imo etiam opes Academiae faceret, optandi, expetendi, curandi, audendi. Vt igitur eruditis poſteritatique etiam innoteſceret, celebritatem Wittenbergenſem a Sueui tempore non decreuiſſe, eodem illo animo, cum an. 1755. et Saeculum integrum a Sueui ſcriptione elapſum, et Iubilaeum ob pacem religioſam iterum celebrandum eſſet, ipſoque Rectore, quae ad hanc feſtiuitatem neceſſaria, praeparārentur, arripuit occaſionem, propenſam monſtrandi in Academiam mentem, et hoc opus ex matriculis Academiae aliisque ſcriptis collegit. Sed perficere illud non potuit, quamuis, vti video pag. 413. vbi ſcripſit Kirchmaierum an. 1756. Rectoris munus obiiſſe, cum tamen, hiſtoriam tantum vſque ad annum 1755. enarrare, eſſet propoſitum, poſt annum 1755. etiam in eo elaborando occupatus fuit. Nam tum multi alii labores, quibus ſe dederat, tum inprimis funeſtum bellum, quod ab anno 1756. vſque ad annum 1763. geſtum eſt, quo durante, mille aerumnae longe alia cogitare iubebant, calamitatique publicae priuata etiam accedebat, cum plerumque tota ipſius domus, vix duabus cameris ipſi et familiae relictis, a militibus inhabitaretur, effecerunt, quo minus ad finem perducere opus potuiſſet. Exacto autem bello vixit quidem Georgius aliquot adhuc annos. Sed, vti plerumque fit, vt labor intermiſſus poſtea difficilius continuetur, ita Georgius quoque non niſi tardius repetebat propoſitum. Accedebant curae domeſticae, alii permulti labores, debilitates ſenii approperantis, et, quod maxime conſiderandum, turbatus per bellicos tumultus bibliothecae et ſcripturarum ordo. Haec omnia non ſiuerant Georgio longius in hac ſcriptione pergere, quam vſque ad paginam 424. Reliqua ſunt ab Erneſto Gothofredo Chriſtiano Schroedero, Profeſſore Philoſophiae in hac Academia extraordin. et Ordin. Philoſoph. Adiuncto adiecta.

Cum enim viuo Georgio ipſiusque ſumtibus iſta omnia iam typis exarata fuiſſent, eius vidua haeres noluit fruſtra hos ſumtus factos fuiſſe

isse, et impetrauit a Schroedero, fratre ipsius, vt opus perficeret, et, quo maior ei conciliaretur aestimatio, per tempus ab anno 1755. efluxum continuaret. Et perfecit etiam opus. Sed vsque ad ipsius publicam editionem non vixit. Meditabatur enim praemittere praefationem de memorabilibus Wittenbergae, atque, cum hoc promisisset, nonnulla iamiam collegerat, quae huc facere poterant. Sed inter hanc collectionem febre correptus vitam cum morte commutauit. Iam meum esset hanc beati viri promissionem adimplere. At enim vero, tum, quae collegit, nimis pauca sunt, quin possit satis perspici, quae ipsius fuerit vera intentio, tum, si de omnibus Wittenbergae memorabilibus narratio facienda esset, tantum video mihi apertum campum, vt nouus liber scribendus esset, vix minoris molis, hoc ipso, cui fit praefatio, tum reperio de plerisque ab aliis iam adeo late et profuse actum esse, vt frustraneum putem hos exscribere, inprimis, cum verear, ne multa, quae nobis forsitan memoranda videntur, alii communia et leuia iudicent. Vt tamen saltem ex parte satisfiat promissis, indicabo scriptores istos, ex quibus disci potest, quae Wittenberga memoratu digna habet. Fateor autem, me in hac enarratione plurima debere Ge. Chph. Kreysigio in der historischen Bibliothek von Ober Sachsen, in quo libro diligentissimus vir summo collegit labore inter reliqua scripta, quae ad Saxoniae historiam pertinent, ea etiam, quae de Wittenberga agunt.

Et quidem, qui de rebus Wittenbergensibus in genere, saltem quoad titulum, egerunt, sunt varii. Habuit Barthol. Schoenborn Med. Lic. et Prof. Math. in hac Academia orationem *de Witteberga*, quae exstat in Declamat. Melanchth. Tom. VII. pag. 322. seq. (4. plag.) cuius tamen tenor, quia huius Tomi copia mihi non facta, enarrari a me nequit. Aliam orationem *de Wittenberga* habuit D. Lud. Person, Prof. Iur. Ord. huius Academiae, an. 1598. in publica renunciatione Doctorali, quae tum in Actis Iubilaei anni 1602. (pl. Mm. 2. — Qq. 1.) tum separatim Witt. 1602. prodiit. ($6\frac{1}{2}$ pl. in 4.) Agit in ea de antiquissimis agri Wittenbergensis incolis, auspiciis vrbis, eiusque nomine, ipsius et regionis transitu ad gentem Ascanienſem, item dominio directo in vrbem, coenobio Franciscanorum et sepultis ibidem vtriusque sexus Principibus, familiae Anhaltinae exitu, et Friderici I. in Electoratu potestateque in hanc vrbem successione, facta simul digressione in ius et laudes Friderici, et addita narratione de pacto confraternitatis inter

Domos Saxonicam, Brandenburgicam et Haſſiacam, de his, quibus Fridericus III. Wittenbergam ornauit, aedificatis arce, coenobio Auguſtinianorum, collegio nouo, vel ab ipſo Fridericiani nomen adepto, ponte, munimento ac inſtituta Academia et ſuperintendentia generali, de curia prouinciali, ſcabinatus collegio, et conſiſtorio eccleſiaſtico, quibus tandem breuem de ſtatu religionis, quae fuit diuerſis temporibus in hac vrbe et confiniis, delineationem ſubnexuit. Exſtat etiam *oratio de Wittenberga* M. Frid. Tattinghofii Witt. 1620. quam inter reliquas recenſet Kreyſigius iam laudatus, et poema ab eodem commemoratum, Io. Wolfrumb *Graphis ſeu Iconiſmus vrbis Electoralis Wittebergae poetico penicillo expreſſus.* L. 1621. (pl. 4. in 8.) ſed neutram ſcriptionem vidi.

Sequitur M. Ioannis Kern Witt. *diſſert. hiſtorica de Witteberga*, reſp. Berth. Magn. Brüning Hamb. habita Wittenbergae 1671. (pl. 2. in 4.) in qua plurima quidem, ſed breuiſſime, de Wittenberga enarrantur. Nam §. 1. — 8. de nomine et conditore ſollicitus, §. 9. et 10. antiquos incolas, §. 11. ſitum, §. 12. figuram vrbis, et plateas, §. 13. arcem et templum arcis, §. 14. reliqua templa et Academica collegia, §. 15. occupationem vrbis a Carolo V. factam, §. 16. dignitatem vrbis, et Academiae, §. 17. regimen vrbis, et §. 18. Albim deſcribit.

Vberior eſt Georgii Wilhelmi Kirchmeieri Prof. Publ. Gr. Lingu. et poſtea Conſiliarii Regio-Elector. *Commentatio de Witteberga Saxonum.* Witt. 1713. (pl. 11. in 4.) Fuit hoc ſcriptum antea inedita oratio, deinde Diſputatio reſp. M. Dau. Chr. Langio defenſa, poſt mutato titulo omiſſo reſpondentis nomine cum effigie ſtatuarum Rudolphi ducis Sax. et Agnetis, ipſius vxoris, in templo Academico poſitarum prodiit, tandem auctius inſertum eſt ſecundo loco collectioni ſcriptorum Kirchmeieri an. 1750. editae pag. 94. — 164. Pertractat autem §. 1. 2. diuerſam nominis ſcripturam, §. 3. 4. 5. antiquos et recentiores regionis incolas, Sorabos, Saxones, Flandros, et, quos quidam addiderunt, Iudaeos, §. 5. etiam primordia vrbis, et §. 6. nominis etymologiam, interſperſis nonnullis de vrbis conditore, in §. 7. vero dolet auctor ſummas in hiſtoria Wittebergae antiqua tenebras. Reliqua ſcriptionis occupat narratio de templo arcis ſiue Academico, et §. 8. quidem vſque 12. Rudolphum I. auctorem huius templi, §. 13. vero, (13. 14. et 15. in poſtrema editione) illud non eſſe cathedrale, demonſtrat. Quamuis in hoc opello plurima inueniantur, quae non proprie

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/10 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

prie pertinent ad propoſitum thema de Wittenberga, ut quae ſcripta ſunt copioſe de literae VV. vſu, de titulo Electorum a Ducibus Saxoniae ſtirpis Aſcanienſis non vſurpato, et de diuerſitate cathedralis et collegiatae eccleſiae, attamen haec ipſa erudite perſecutus eſt auctor, nec laude defraudandus in reliquis, qui inprimis magna doctrinae copia inquiſiuit, vtrum Rudolpho primo an ſecundo prima templi Academici exſtructio tribuenda ſit. Idem Kirchmeierus habuit orationem an. 1730. cui titulus, *de Wittenberga*, inſcriptus eſt, quae tamen, cum tantum de templo arcis agat, ad generaliores de hac vrbe libros referri nequit.

Laudat etiam Kreyſigius in der hiſtor. Bibl. von O. Sachſ. Io. Burckh. Wichmannshauſen Profeſſoris olim noſtri Lingu. Orient. *Programma de Wittenberga* Witt. 1729. (pl. 2. in 4.) cuius vero copia mihi facta non eſt.

Ad ea, quae generaliter ad res Wittenbergenſes pertinent, merito diarium refero, conatibus Celeberrimi et Excellentiſſimi Titii, Profeſſoris in hac Academia Phyſicam adhuc cum laude docentis, inde ab an. 1768. ſub nomine: Wittenbergiſches Wochenblatt zum Aufnehmen der Naturkunde und des ökonomiſchen Gewerbes, Wittenberg. (Vol. I. ſiue 1ſter Band pro an. 1768. 58. pl. in 4. an. 1769. 58. pl. an. 1770. 58. pl. an. 1771. 60. pl. an. 1772. 57. pl. an. 1773. 56. pl. an. 1774. 57. pl.) editum, nunc VII. iam conſtans voluminibus. In hoc libro per ſingulas hebdomades cuiuslibet diei temperies, Wittenbergae, circa aeris grauitatem, calorem, et humiditatem, quantitatem niuis ſiue pluuiae, ventorum directionem et poteſtatem, coelique formam obſeruata, certisque temporibus earum inter ſe comparatio, deinde narrationes de memorabilibus, quae nouiſſime acciderunt, inprimis, quae Academiam reſpiciunt, et pretia rerum neceſſariarum, praeſertim frumenti et carnis, quae qualibet ſeptimana fuerunt, inueniuntur. Caeterum, praeter innumeras alias ad cuius cunque generis ſcientias referendas elaborationes, quae non proprie ad noſtram vrbem pertinent, multa quoque ibi de rebus Wittenbergenſibus tractantur. His addenda ſunt duo Manuſcripta: Caſp. Schneideri Beſchreibung der Städte des Sächßiſchen Chur Creyßes, et Io. Conrad. Knauthii Hiſtoriſche und Chorographiſche Vorſtellung des Churlandes und Hertzogthums Oberſachſen, inſonderheit der Stadt Wittenberg, quorum meminit Kreyſigius in der hiſt. Bibl. von Ober-Sachßen. Sed quis horum ſcriptorum ſit tenor, igno-

ro. Certo respectu huius classis numerum augent Sennertus et Menzius infra pluribus nominandi. Nec ad aliam referre possum scriptum M. Ierem. Deutschmann, Archidiac. olim nostri. Quid in eo reperiatur, titulus abunde docet: *Pyramis Wittenbergensis seu statuta honoris eorum Electorum Saxon. qui a fundatione Acad. Wittenb. Electoralem Ducatum Saxon. tenuerunt, vt et Principum, Comitum ac Baronum, qui Rectoratum gesserunt, nec non Ministrorum ecclesiasticorum B. Mar. Virg. Pastoratu et Diaconatu functi sunt, in IV. partes diuisa* Witt. (1702. 5. pl. in fol.) Pauca sunt, quae de horum vita enarrauit, addidit autem nomina Professorum qui annis 1502. 1602. et 1702. vixerunt. Hoc quoque, vt puto, opusculum huc pertinet: historische kurzgefaßte Nachricht von der Stadt und Universität Wittenberg, Ursprung Wachsthum, und ietzigem Zustande, Witt. 1620. (in 8.) Tandem omittere nequeo locupletissimam penum, quam de rebus Wittenbergensibus collegerat Polyc. Sam. Wagnerus, Consul, quae pluribus tomis comprehensa, at in ordinem nondum plane redacta, in manuscripto latet.

Quaenam facies huius regionis, quae Wittenbergam circumit, antiquissimis fuerit temporibus, summis occultatur tenebris. Sunt, qui putauerunt, ob nominum oppidorum locorumque in hac regione sitorum similitudinem, olim Iudaeos has inhabitasse terras, vid. praeter alios Kirchmeierum, qui hos refutauit, comm. de Wittenberg. §. 5. cuius tamen opinionis falsitas per se patet. Melius forsitan Eberus in Calendario ad diem 18. Oct. describit Wittenbergam sitam in antiqua Senonum sede, cui praeter alios etiam Cluuerius in Germ. ant. L. III. cap. 25. assentitur. Sed ne hoc quidem certissimum est, cum nostrae regionis historia, quae antecedit Francorum saecula, nimis sit obscura. Siue autem hic Semnones, siue Hermunduros ante eos, (Schöttgens Nachlese der Hist. von O. Sachs. 1. Th. no. 1. §. 2.) siue aliam gentem quaeramus, vrbem ex eo tempore hic ponere, vetat effatum Taciti de M. G. cap. 16. Fuerunt quidem post Bilibaldum Pirckheymerum, qui primus hoc diuulgauit in indice locorum ad Ptolomaei Geographiam adiecto, multi alii, qui putarunt, Calaegiam vrbem a Ptolomaeo nominatam eundem, quem Wittenberga, locum occupasse: sed hos erudite refutauit Weidlerus in dissertatione paulo post laudanda. Semnonibus, vel quisquis alius fuerit populus, successit circa initium Seculi VI. siue postea, (Spener Hist. Germ. L. II. cap. 1. §. 11. et L. III. cap. 1. §. 11.) in his regionibus gens Slauica Soraborum, nostraque confinia, postquam Sorabi a Francis et Saxonibus vel expulsi vel saltim

tim victi et cum his nationibus mixti, terraque in pagos diuisa, pertinuerunt vel ad pagum Siusli septemtrionalem, ex mente et secundum mappam Geographicam Schötgenii im 3ten Theil der Nachlese der Hist. von Ober Sachs. vel, secundum alios, quos secutus est in mappa sub nomine tabulae Saxoniae III. ab Homannianis haeredibus edita Zollmannus, ad pagum Ceruisti siue Zarmundi. Num sub his possessoribus Sorabis in hoc loco, quo Wittenberga sita est, vrbs vel saltim vicus fuerit, dubium est. Soliti quidem Venedi sunt vicos vrbesque inhabitare, quod ex historicis medii aeui abunde patet, et in specie de supra dicto pago Siusli intelligit Schötgenius verba diplomatis anni 985. secundum quae in hoc terrarum tractu iam tum vici et vrbes maiores minoresque fuerunt. Cum tamen scriptores antiqui locum nullum in hac regione ponant, qui vero similiter pro Wittenberga accipi possit, et haec nostra vrbs, antequam Academia hic fundaretur, si vera est nonnullorum descriptio, vile fuerit oppidum, (Kirchmeier de Wittenb. §. 6.) non poterit tuto quippiam de tali vrbis antiquitate affirmari. Non me fugit, plerosque superiorum temporum scriptores Wittekindum I. Saxoniae ducem laudauisse Wittenbergae auctorem. Sed cum haec saeculi XV. XVI. et XVII. traditio a recentioribus dudum fuerit exterminata, et, ne iniurius sim in maiores nostros, iam anno 1558. ab auctore membranae, quam Athen. Wittenb. p. 28. inseruit Sennertus, (Melanchthone secundum Kirchmeierum de Wittenb.) in dubium, vocata, non opus est, vt huic rei diutius inhaeream. Insequentibus temporibus, inprimis Alberti Vrsi, seculo XII. huius principis auspiciis in has terras, prioribus forsan bellicosis temporibus nimium depopulatas, coloniae Flandrorum deductae sunt, quibus aut initium, aut saltim incrementa Wittenberga debet.

Quamuis igitur aetas Wittenbergae sit incerta, saltim, quantum permittitur in ista historiae obscuritate, in eam inquirere licet. Hanc operam in se suscepit Christianus Fridericus Zeibig, Iur. Cand. in schediasmate, von dem Alter der Stadt Wittenberg. Wittenb. 1746. (3. pl. in 4.) in quo, praemissis quibusdam de aetate vrbis verisimili sub Semnonibus, Sorabis et Hollandis, (§. 1. — 7.) demonstrare conatur, (§. 8. 9.) Wittenbergam Seculo XII. et quidem (§. 10. 11.) ante annum 1180. iam exstitisse, et mox post 1180. in vrbis formam redactam esse. Nititur ista scriptio antiquo documento in Ludewigii reliquiis manuscriptorum Tomo II. inueniendo, in quo Wittenberga inter Burgwardos archidiaconatum praepositi ecclesiae beatae Mariae in monte Lieze-

Liezecke determinantes refertur. Schöttgenius in enumeratione Burgwardorum terrae Saxonicae meridionalis Diplomat. Nachl. P. VII. quamuis ipſe pag. 383. citet diploma a Ludewigio publicatum, omiſit tamen Wittenbergam, vel quod ſcripto non plenam habuit fidem, quae certo reſpectu in dubium vocari poterat, vel quod illud aliter ac Zeibichius intellexit.

Haec de incerto vrbis initio. Illud tamen certum eſt, eam iam Seculo XIV. et XV. non ignobilem ſed ſatis amplam fuiſſe. Nam non ſolum ſaltim anno 1332. iam conſules ſuos et ſenatores habuit, ſed exſtat etiam in ſcriniis Senatus index cenſus Senatorii (Schoß-Regiſter) ex Seculo XV. in quo ſecundum ordinem platearum ciuium recenſentur domus, quarum tunc numerus 406. fuit.

De ſitu vrbis politico nemo, quod ſcio, ex inſtituto egit. Geographicum autem pertractauit Ioannes Frider. Weidler, Profeſſor Matheſeos in hac Academia olim celeberrimus, in *diſſertatione de latitudine et longitudine Wittenbergae et de Calaegia Ptolomaei* Witt. 1755. (7. pl. in 4.) quam poſt mortem auctoris defendit M. Iuſtinus Elias Wüſtemann, poſtea Profeſſor iuris nat. et gent. Wittenbergenſis, iam etiam placide defunctus. In hac diſſertatione, poſtquam §. 1. — 4. varias inueniendi ſitum locorum vias demonſtrauit, narrat §. 5. opinionem nonnullorum, qui Wittenbergam pro Calaegia Ptolomaei habuerunt. Quem errorem vt diſcutiat, prius §. 6. — 10. doctiſſime de antiquis Ptolomaei editionibus agit, easque comparat, deinde §. 11 — 15. exponit rationes, quibus iſta opinio fundaretur, easque refellit. Poſtea ad latitudinem vrbis in ſpecie transgreſſus, §. 16. 17. quae ex determinata antiquitus Lipſiae longitudine ſequerentur, enarrat, §. 18. — 23. quae ſecundum obſeruationes antiquiores hic factas opiniones fuerint, recenſet, §. 24. ſententiam quorundam ex ſeculo XVI. addit, §. 25. — 30. ex recentioribus obſeruationibus latitudinem vrbis paulo minorem 51. gradibus et 52. minutis definit. Quod autem ad longitudinem attinet, primo §. 31. — 33. reiicit propter primi meridiani, quae olim fuit, incertitudinem, varias veterum opiniones, et, expoſita §. 34. 35. differentia Gallici et Bataui meridiani, et §. 36. Lutetiae longitudine, Wittenbergae longitudinem 30. graduum 22. minutorum ſecundum menſionem Francicam, 29. autem graduum et 13. minutorum ex mente Batauorum aſſignandam eſſe, §. 36. affirmat. Quae ſi perpendimus, vereor, ne omnes mappae Geographicae, quotquot ſunt, quae Wittenbergam repraeſentant, falſi

ſint

ſint accuſandae. Proxime tamen, quod ad longitudinem, accedit mappa Ducatus Saxoniae ſiue Circuli Electoralis, quam Homanniani Heredes, qui tanto ſtudio ſcientiam geographicam amplificare niſi ſunt, an. 1752. publici fecerunt iuris. In hac longitudo Wittenbergenſis ponitur 30. graduum 13. minutorum et dimidii, idque non temere, ſed ex obſeruatione celeberr. olim noſtri Profeſſoris Boſii, quam ipſe in ſcripto: *obſeruat. du paſſage de Mercure par le ſoleil. le* 5. *Nov.* 1743. deſcripſit.

In nomen paſſim omnes, qui de Wittenberga ſcripſerunt, vt Kirchmeierus, Sennertus, Menzius, Perſon, et reliqui, ſicut et alii plures, vbi occaſio tulit, quaedam de Wittenberga proferendi, inquiſiuerunt, aliis priorem vocis partem, *Witten*, a Wittekindo ducentibus, aliis eam album, aliis ſapiens, (miror, quod non etiam amplum, Flamingi enim noſtri amplum, weit, pronunciant with vti weiß album productius wiet) vertentibus, poſteriorem partem autem, *Berg*, aliis pro monte, aliis pro burg, caſtellum, accipientibus. Inutile autem eſt, in his immorari. Saltim ea opinio, qua Witten a Wittekindo deriuatur, non poteſt defendi, cum probari nequeat, huic principi vrbem debere natales.

Conuerto me potius ad ea, quae nobis a natura data ſunt. Vbi primo ſalubritas regionis conſideranda erat, quae olim malo et inuidioſo conſpurcata fuit prouerbio. Hanc igitur commonſtrarunt duumuiri Profeſſores huius Academiae, D. Chriſtianus Gottfried Stenzel, et laudatus Kirchmeierus. Hic quidem in programmate an. 1725. in funus Georgii Michaelis Caſſai emiſſo, (1. pl.) et in oratione an. 1746. in ſolennibus magiſtrorum creandorum dicta, (1. pl. in 4.) quod vtrumque ſcriptum titulum *de ſalubritate aeris Wittenberg.* prae ſe fert, et auctor inſeruit collectioni ſupra memoratae pag. 212. — 220. et pag. 262. — 267. Stenzelius vero, munus Profeſſoris Pathologiae in hac Academia auſpicaturus, in programmate, ſub titulo: *Praeſidia ſanitatis, quibus Wittenberga abundat, contra tritum ſermone prouerbium:* Wer von Wittenberg kommt mit geſunden Leib. Wittenb. 1737. (11. pl. in 4.) Kirchmeieri ſcripta breuia ſunt, et paucis tantum atttingit, ſitum vrbis liberum aeri tranſitum permittere, ventos, qui in hac regione dominantur, aquas, quae eam irrigant, terrae qualitatem, fructusque, quos fert, et morborum tandem raritatem. Sed in Stenzelii diſſertatione argumenta iſta latius multo tractantur, qui cum §. 1. 2. 3. quaedam praemiſerit de dicto prouerbio, et de calumnia queſtus ſit, §. 4. ſitum vr-

bis

bis amoenum §. 5. interna commoda, ex platearum distributione, aliisque, quae ad Politian spectant, venientia, describit, et §. 6. ea in causa ponit, cur Mellerstadius auctor fuerit Electori Saxoniae, vt hic fundaret Academiam, §. 7. de aere, §. 8. de aqua, §. 9. de cereuisia Wittenbergensi, §. 10. de vino, non tamen Wittenbergensi, quod pauci appetunt, sed de necessitate, eo modice vtendi, §. 11. de alimentis solidis, quorum omnium maximam copiam Wittenberga possidet, et historice simul de institutis, in quibus studiosi aluntur, Conuictorio, beneficiisque Marschalliano et Wolframsdorfiano agit. Porro, si quod damnum parit alimentorum peregrinorum vsus, §. 12. et Medicos adesse, qui sufficiant, et occasionem praeberi motu corporis conseruandi valetudinem, quo referenda gymnastica exercitia hic instituta, quibus docendis magistri praefecti sunt, §. 13. et animum varia doctrina hic recreari posse, §. 14. docet, quibus §. 15. regulas addit nonnullas generales, ne commoda Wittenbergae, iis non obseruatis, suo destituantur fructu. Insequenti §. 16. laudat Musaea anatomica Academicum et Vaterianum, quae simul cum lectionibus in hac arte ampliſſimam, corporis humani naturam cognoscendi, dent occasionem, §. 17. autem enarrat, plurimos Wittenbergenses solitam hominum aetatem non attingere solum, sed etiam excedere. Deinde §. 18. demonstrat prouerbium, cuius proscribendi causa, dissertatio composita, ex inuidia, quam incrementum Academiae excitabat, et ignorantia causarum pestis seculo XVI. locum inuadentis natum esse, pestis inprimis historiam §. 19. latius exponit, cumque a morbis endemiis et epidemiis vindicet Wittenbergam, §. 20. scabiem hic regnare, commentitiam fabulam pronuuciat. §. 21. postquam febris, quae anno 1721. multis Wittenbergae exitiosa fuit, diuersitatem et causas enumerauit, purpuram nobis endemiam, et quartanam frequentem §. 22. negat, reiicitque tandem §. 23. praeconceptam opinionem, de farinaria huius loci mola, quasi calculorum generationi causa sit. Quibus erroribus profligatis, iis §. 24. 25. dicam scribit, qui multa, quae voluptatibus inseruiunt, hic desiderant, et, interspersis per totum opusculum obseruationibus regulisque ad diaetam facientibus, tractationem §. 26. his verbis, omnia, quae Leucorea possidet, commodis ac emolumentis studiosorum, in quorum gratiam dissertatio praeprimis scripta fuit, conducere, claudit. Multum etiam ad edisscendam aeris nostri temperiem conducunt obseruationes diurnae tempestatis, et menstrui indices morborum, quibus Diarium, das Wittenbergische Wochenblatt, ornatum est.

Ista

Ista de loci salubritate hominumque sanitate disputatio postulat, vt hominis cuiusdam, quem vrbs nostra olim nutriebat, mentionem faciam, qui non quidem sanitatis documento ab aliis habebitur, raritatis tamen exemplo memorandus est. Nominabatur is vulgo vorax Kahlius, Freß Kahle, ab insolito appetitu, quo non solum multa, sed et aliena ab hominum natura, vt vrceos, discos, vitrum, silices, deuorauit, et nihilo tamen secius, ad annum aetatis 79. peruenit, quo mortuus est. De eo celeberrimus D. Georgius Rudolphus Böhmer, Professor artis salutaris in nostra Academia, peculiarem scripsit disputationem: *de polyphago et allotriophago Wittenbergensi*, Witt. 1757. (5 pl. in 4.) in cuius capite I. cum hominis historiam enarrat, tum corporis habitum externum et internum, cultro anatomico exploratum, describit, capite vero II. alia phagonum exempla cum hoc comparat, atque in causas factorum inquirit.

Mitto eam voracitatem similiaque vitia, quae paucis tam bene, vt Kahlio, succedunt, et transeo potius ad temperantiam, quae naturaliter me ad aquae ducit vsum. Quae de salubritate aquarum nostrarum generatim dicta sunt, ex superioribus iam liquet. At inuenio etiam D. Paul. Gottfr. Sperlingii *orationem de bonitate aquae Wittenbergensis* 1698. habitam, vt manuscriptam, allegari. Est autem aquae variae magna apud nos copia. Est fluuius Albis, sunt riui duo, vrbem permeantes et circumfluentes, sunt fontes et putei, est denique quadruplex aquae viuae per aquaeductus ad nos venientis thesaurus. De Albis fluuii, quatenus alluit agrum Wittenbergensem, aquis, et riuis in specie nemo aliquid in scriptis reliquit. Quod autem ad fontes attinet, duo ex iis eruditorum scriptis celebrati sunt, alter a Luthero dictus, alter medicatus. Est scilicet fons, qui versus orientem ad viam, qua Dresdam proficiscimur, horae fere spatium ab vrbe distat, ad cuius scaturiginem, limpidissima delectatus aqua, Lutherus assidere consueuerat, ex quo nomen acceptum refert, quem etiamnum frequentant plures, si non propter recordationem Lutheri et purae doctrinae salutis fontis aperti, cuius commonefacit inscriptio in aedibus supra fontem consulis Keilii cura an. 1717. exstructis incisa, (vid. Kettner vom Raths-Collegio zu Wittenb. pag. 78.) aut propter aquae dulcedinem, saltim ob eam, quam loci situs praebet, delectationem, quae ante paucos annos, curante Consultiss. D. Bauero, consule nostro, qui de plurimis, quae faciunt ad vrbis nostrae amoenitatem, bene meritus est,

nouum cepit augmentum, cum, arboribus rite diſpoſitis, luculentae formarentur ambulationes. De hoc Lutheri fonte ſcripſit Rector olim noſtri Lycei oppidani Chriſtian. Fridericus Krannewitter in programmate Wittenb. 1713. ($1\frac{1}{2}$. pl. in 4.) Sed opellum tantum prodromus erat propoſiti, quod ipſe titulus oſtendit: *commentationem de fonte Lutheri propediem edendam indicat.* Illa enim ipſa commentatio nunquam prodiit. Recuſum quidem eſt illud programma, ſub titulo: *commentatio de fonte Lutheri*, von Luthersbrunnen bey Witenb. *auctore M. Chr. Fr. Kranewitter* Witt. 1754. (2. pl. in 4.) Sed titulo mutato, reliqua omnia intacta manſerunt. Inſerta huic programmati eſt epiſtola ex libro: aufgefangene Briefe, qua inprimis, cur iſte fons hoc nomine praeditus ſit, deſcribitur. Reliqua vero programmatis ad hanc rem parum faciunt.

De altero autem fonte eruditam reliquit diſſertationem D. Abrahamus Vater, incomparabilis olim in hac vrbe Medicus, ſuaeque diſciplinae profeſſor, quam tamen ipſe in programmate totam tribuit Ioanni Chriſtiano Riedelio, qui eam, Vatero praeſide, pro conſequendo gradu Doctoris defendit. Inſcripta autem eſt: *de fonte medicato Wittenbergenſi.* Witt. 1748. ($4\frac{1}{2}$. pl. in 4.) Fons iſte, de quo agit auctor, in perquam amoena regione verſus occidentem dimidiae horae circiter ſpatio ab vrbe ad viam, quae Magdeburgum ducit, inuenitur. Hunc auctor, praemiſſis §. 1. — 4. nonnullis de aquae purae virtutibus, §. 5. deſcribit, §. 6. — 10. naturam aquae, et §. 11. eiusdem vires exponit, §. 12. et 13. morbos, quibus dicari poſſit, enarrat, narrata §. 14 exemplo corroborat, et tandem §. 15. vſum aquae huius externum commendat. Quamuis autem huius fontis celebritas nunc prorſus euanuerit, ex hoc ſcripto tamen illa, quae pag. 22. occurrit, comparatio aquarum Wittenbergenſium hodienum non inutilis eſt.

De aquis vero, quae per canales ad vrbem deriuantur, Röhrwaſſer.) nonnulla inueniuntur in diario Witt. Wochenblat. an. 1770. 26. St. vbi habes ſtatuta aquae Rhodiae, et an. 1773. 30. 31. und 32. St. in quibus paginis narratio plena de aqua virgine antiquiori, noſtro idiomate das alte Jungfer Röhrwaſſer, et commentarius de vitiis in ea colenda commiſſis exhibetur.

Ordo me duceret ad plantas, quas fouet ager Wittenbergenſis, ad naturam terrae, et ad animalia, quae noſtris pabulis, noſtrisque fructibus, et noſtra aqua aluntur, quorum omnium copia ingens eſt.

Sed

Sed, si excipio plantas horti Medici, nemo quantum scio, de his in specie egit. Promisit quidem D Martinus Gotthelff Löscher, Professor olim Physices in hac Academia, specimen historiae naturalis Circuli Electoralis Saxonici, (vid. Kreysigii Bibl. Saxon. pag. 53.) in quo procul dubio plantae regionis Wittenbergensis primum tenere debebant locum. Sed num hoc specimen prodierit, prorsus ignoro. Attamen, quae Löscherus promisit, magna ex parte iam praestitisse Schneiderum legi in MSC. antea laudato.

Haec de naturalibus. Sequantur ciuilia. Primum hic esset, eos enarrare libros, qui omnem Wittenbergae historiam continent. Sed, quod mirandum fere est, cum de tot aliis vrbibus minoribus impressi existant libri chronici, annales, et eiusmodi, nemo tale quid de Wittenberga in lucem emisit. Extant tamen duo Manuscripta de hac materia, quae citat Kreysigius in der Biblioth. von Ob. Sachs. Diaconi olim nostri et deinde Pastoris Vratislauiensis *M. Ioannis Frimelii Chronicon*, et Archidiaconi olim nostri, postea Superintendentis Martisburgensis *D. Andreae Charitii Chronicon*. Posterius, quod secundum Kreysigii verba, tantum promissum est, numquam plene elaboratum fuit. Scriptum tamen, ex quo in ordinem redactis, quae collecta erant, illud elaborare voluit Charitius, et ipso mortuo, eius socer, a Berger, Eloquentiae olim apud nos Professor, morte quoque praeuentus, adhuc extat, et ab Ahlfeldio, Bibliop. et meritissimo vrbis Consule possidetur. Alterum, Frimelii, Chronicon non vidi. Proculdubio rarum est hoc manuscriptum, si vere existit. Nam in praefatione a Kettnero scripto suo de senatu Wittenbergensi praemissa, in qua etiam enarrat, Charitium Chronicon promisisse, huic narrationi additur, Charitium hac in re sequi exemplum Frimelii, qui 1646. ediderit Wittenbergam a Caluinismo grauiter diuexatam et diuinitus liberatam, nec tamen vlla alius Frimeliani chronici fit mentio. Recentiorum temporum res gestae inueniuntur in Ephemeridibus Titianis. Sueuus quoque et Georgius cum Schrödtero sparsim historiam ad totam vrbem pertinentem tractarunt, sed, vti instituti ratio hoc non postulabat, ita vndique nihil expletum et perfectum.

Quo rarior autem, vt apparet ex his, est Historiae Wittenbergensis generalis descriptio, eo facilius inueniuntur, qui vel specialem quandam historiam, vel plures historias eiusdem generis enarrarunt. Pertinet huc Pastoris olim nostri libellus: Joh. Bugenhagens wahrhafftige

hafftige Historie, wie es uns zu Wittenberg ergangen, in diesem vergangenem Kriege. (Smalcaldicum intelligitur.) Witt. 1547. (3. pl. in 4.) postea ab Hortledero magno eius operi de bello Germanico, Tomo II. qui inscribitur Handlungen von der Rechtmäßigkeit Anfang ꝛc. des teutschen Kriegs, Libro III. cap. 73. insertus, in quo miseriae eius temporis, inprimis, quae erant, cum vrbs post cladem Mühlbergensem ab exercitu imperatorio oppugnaretur, descriptae sunt. Huic descriptioni, cum aliquid deesse videretur Kirchmeiero iam laudato, id supplere voluit in commentatione de Lutheri imagine, etc. quae reperitur in collectione eius scriptorum supra citata pag. 1—93. et nonnulla specialiora de Wittenberga continet. Ad praesentem materiam §. 15. et sequentes inprimis referendi. Quos motus concitauit Caluinismus, iam supra allegatus liber germanica lingua compositus comprehendit, cuius inscriptio est: M. Ioh. Frimelii, *Witteberga a Caluinismo grauiter diuexata et diuiuitus liberata.* Wittenberg 1646. (16. pl. in 4.) Kettnerus in praefatione saepe laudata credit, hunc eundem librum esse, quem Seckendorfius de Lutheranismo L. 1. pag. 148. sub nomine: *historia oppidana de motibus Carolstadii et Sacramentariorum*, citauit. Ad eandem materiam referenda *disputatio M. Io. Ad. Calouis de Crypto-Caluinianis Wittenbergensibus, resp. Ge. Fr. Hammero habita.* Witt. 1714. (5. pl. in 4.)

De incendiis, quibus nonnunquam vastata fuit Wittenberga, egit iam memoratus Charitius. Scripsit enim sacram orationem sub titulo: Göttliches Zorn- und Liebesfeuer in den Mauern zu Wittenberg. Wittenb. (1727. 6. pl. in 4.) cui adiecta est pag. 35.—48. narratio sub hac inscriptione: historischer Beytrag von Wittenbergischen Feuersbrünsten. Iam Person in oratione sua de Witteberga supra citata meminit, tempore Friderici Sapientis vrbem incendio deformatam a principe electore restauratam esse. Deinde omnia suburbia an. 1546. exusta sunt iussu militum, qui vrbi praesidio erant, referente Mentzio. Anno 1640. narrante Charitio, iterum magna vrbis pars igne est consumta. Sed ista incendia omnia tantum detrimenti vrbi non attulerunt, quantum id, quod an. 1760. perpessi sumus, immedicabile vrbis vulnus, cuius descriptio cum in hoc ipso opere habetur, tum in beati Georgii libro: Wittenbergische Klagegeschichte über die schwere Bombardirung, womit diese Churstadt am 13. Okt. 1760. beängstiget und grossen Theils in einen Steinhaufen verwandelt worden, Witt. 1760. (8. pl. in 4.) in quo praeter enarrationem illius calamitatis continetur etiam venerabilis senis, Celeberri-

berrimi Trilleri, Prof. Med. noſtri, elegia, ſeparatim etiam edita (Witt. 1760. 2. pl. in 4.) Wittenberg im Feuer, et Diaconi M. Chriſt. Ern. Meerheim, paulo poſt placide defuncti, concio in memoriam triſtem huius rei habita. Adiectae ſunt figurae aeneae, huic operi etiam inſertae, proſpectum vrbis a flammis correptae, ichnographiam eiusdem incendio deuaſtatae, faciemque, quae erat ante exuſtionem, internam templi Academiae repraeſentantes. Edidit eadem occaſione Superintendens olim noſter ſumme venerandus, D. Carolus Gottlob Hofmannus, concionem poſt vrbis deditionem publice recitatam: Was ein armes geängſtetes Volk nach überſtandener harten Belagerung zu thun habe, Wittenb. und Zerbſt 1760. (4. pl. in 4.) cui adſperſit animaduerſiones hiſtoricas.

Haec de incendiis. Sed aqua etiam noſtram regionem nonnunquam deuaſtauit. Accidit hoc proximis annis 1771. de quo Titianum diarium huius anni euoluendum. Sed accidit etiam ſeculo praeterito an. 1655. de quo triſtiſſimo caſu habemus Paſtoris Dabrunenſis, M. Chriſtoph Schlüteri, ſcriptum: Scharfe Waſſerruthe Gottes, mit welcher ſeine entrüſtete göttliche Majeſtät die verſchlimmerte Welt ꝛc. und der ſchönen Gegend um der Chur-Stadt Wittenberg gelegene Oerter geſteupet. Witt. 1655. (17. pl. in 4) Eſt hic liber quidem oratio a Schlütero pro ſuggeſtu finita calamitate habita, ſed praemiſſa ei narratio: kurzer Bericht welchermaßen verwichener Zeit das erſchreckliche groſſe und undenkliche Elbwaſſer ſo ſchleunig gewachßen, wie es ausgeriſſen, und was es für Schaden in der Wittenbergiſchen Auen gethan hat. Hoc praeſenti ſeculo an. 1744. etiam magnum ab Albi metuendum erat periculum. Id deſcripſit M. Auguſt. Müllerus, Paſtor Bergwizenſis, in opuſculo: Schuldiger Waſſerzoll bey einer entſtandenen groſſen Waſſersnoth in zweyen Predigten abgetragen Wittenb. 1748. ($6\frac{1}{2}$. pl. in 4.) Medium inter iſtas orationes duas locum, pag. 29. — 34. occupant duo monumenta, vnum ſub titulo: Beylage von gegenwärtiger Waſſersfluth, quod continet literas Praefecti Wittenb. Heydelmanni deſcribentes periculum, alterum ſub titulo: Beylage von vormaliger Waſſersfluth, ab ipſo Müllero compoſitum, quo enarrat inundationes inde ab anno 1552. factas.

De homicidiis in hac vrbe, proh dolor, commiſſis, iterum D. Charitius ſemel iterumque laudatus in publicum emiſit ſchedas ſub titulo: beſondere Exempel von ſchrecklichen Mordthaten und deren Beſtrafung in Wittenberg. 1728. vid. Kettneri praefatio libri de ſenatu oppidano.

Occa-

Occasionem haec scribendi Charitio dedit Zimmermannia, quae liberos veneno interfecerat, et an. 1728. crimen morte luebat. Id triste spectaculum plurium excitauit ingenia ad scribendum. Prodiit enim: Sendschreiben Susannen Zimmermannin an. 1727. beschehenen Kindermord und Bestrafung betreffend, Wittenb. 1728. (3. pl. in 4.) Fortsetzung des Sendschreibens ꝛc. Wittenb. 1728. ($2\frac{1}{2}$. pl. in 4.) quarum epistolarum auctor nomen literis J. H. subscripsit: Kurzer Bericht der grausamen Mordthaten, so allhier in Wittenberg an. 1727. von einer Weibsperson vollbracht. (1. pl. in 4.) Historischer Bericht, der zu Wittenberg den 26. Oct. 1728. geschehenen Execution, so an einer Frauensperson, die ihre Stiefkinder mit Giffte vergeben, vollzogen worden, Wittenb. 1728. (1. pl. in 4.) et: Poetische Meditation über die entmenschte Menschheit einer dreyfachen Kindermörderin, welche ꝛc. vorgestellet von Oleandro. Witt. 1728. (1. pl. in 4.) Similis materiae est M. Ge. Schimmeri Diac. Witt. concio: das von einem Mordkinde erschreckte Wittenberg. Witt. 1688. edita.

Sed mitto haec tristia et ad laetiora transgredior. Saepius hic festi laetique dies celebrati sunt, inprimis ii, quos Iubilaea nominare solemus, cuiusmodi celebritates Sueuo et Georgio scribendi dederunt occasionem. Quae tamen ex his ad Academiam pertinent, postea tractabo, iam in eo solo occupatus, quod de tota vrbe enarrari potest. Eorum iubilaeorum quouis seculo 4. celebrari solent, anno 2. 17. 30. 55. primum propter fundatam Academiam, secundum ob restauratum sacrae scripturae vsum, tertium traditae Augustanae confessionis gratia, et quartum propter pacem religiosam. Praeterea festiuitates aliae fuerunt, vbi pax aliqua Saxoniae reddidit quietem, et vbi Electores vrbem adierunt, inprimis fidei a subditis recipiendae gratia. Iubilaei an. 1617. hic celebrati descriptionem dedit Zornius im Denkmal bey dem andern Jubelfest Waldenb. 1717. Deinde liber editus est: *Orationes Iubileae tres mandato Ser. Elect. Saxon. Ioannis Georgii II. in templo ad arcem Electoralem Academico habitae* Witt. 1618. (23. pl. in 4.) Continet orationes D. Frid. Balduini Prof. Theol. et Superint. de tenebris papatus circa doctrinam de sanctis et eorum cultu, D. Wolfg. Franzii, Prof. Theol. et Praepos. de mirabili occasione reformationis Lutheri, et D. Balth. Meisneri Prof. Theol. de iure canonico, tandem etiam Aug. Buchneri Poes. Prof. Carmen seculare. Sed pauciſſima ex his omnibus de rebus ad solam Wittenbergam pertinentibus agunt. De Iubilaeo anni 1630. prostat Charitii Kurzgefaßte Nachricht, wie das erste

Jubel-

Jubelfest der Augsburgischen Confession An. 1630. in Wittenberg begangen worden, Witt. 1730. ($6\frac{1}{2}$. pl. in 8. in quo tum historiam rei enarrauit, tum programmata edidit tunc scripta. Triboniani Cassii a Seesteruurt Pseudoiubilaeum Wittenbergense, Moguntii 1630. in contumeliam scriptum, per Charitium est refutatum. Prelo etiam tradita fuit oratio sacra D. Abraham Calouii, Superintendentis olim nostri: *Festum Iubilaeum eucharistico votiuum*, oder Christliches Jubel, Dank- und Betfest, wegen des vor 100. Jahren erhaltenen Augsburgischen Friedens und am öffentlichen Jubel-Fest den 25. Sept. 1655. in der Pfarrkirchen der Chur-Stadt Wittenberg vorgetragen. Wittenb. 1656. (5. pl. in 4.) De his Iubilaeis consulendi quoque sunt laudatissimi Kappii libri, quibus Wittenbergensium quoque solennitates insertae sunt. Anno 1667. effluxis CL. annis a reformatione sacrorum, semisecularis celebrabatur festiuitas, cuius causa emisit D. Ioh. Meisnerus, Prof. Theol. Iubilaeum Wittenbergense Witt. 1668. de quo infra plura. Ad Iubilaeum anni 1717. pertinet opusculum, quod laudat Kreysigius in bibl. Sax. das Evangelische Wittenberg, wie es das zweyte Jubelfest der Reformation Lutheri 1717. begangen, insertum Cypriani hilar. Euangel. P. I. pag. 139.—150. Iubilaeum anni 1730. scripto celebrauit D. Charitius, hoc elogio: Etwas zum andern Wittenbergischen Jubelfest der Augsburgischen Confession gehöriges. Witt. 1731. (8. pl. in 8.) In eo omnia enarrantur, quae per totum annum Wittenbergae gesta sunt, inprimis quae ad ea Euangelicorum gaudia referri possunt, quapropter latius describuntur solennitates in ipso festo seculari d. 25. 26. et 27. Iunii dicti anni adhibitae. De Iubilaeo anni 1755. prolixe egit Georgius in peculiari libro: Wittenbergische Jubelgeschichte, welche wegen des am 25. Sept. 1555. geschlossenen Religions-Friedens am Michaelis-Tage 1755. begangenen Lob- und Dankfestes ausgefertiget worden. Witt. 1756. (17. pl. in 4.) Ornatum est hoc opus multis figuris, huic operi etiam pag. 361. seq. insertis, et in eo post praefationem, cui immissum est poema celeberrimi Trilleri huic festo dicatum, historia ipsa enarratur, quae ornatus causa in templo Academico, et alias in vrbe facta sunt, commonstrantur, tenor orationum sacrarum publice propositarum et carminum festiuitatibus sacris et Academiae recitatorum additur, disputationes exacto etiam festo die eo anno habitae et fere omnes ad materias de pace religiosa et de iubilaeis referendae enumerantur, et duo alia eximii Trilleri carmina adiiciuntur, alterum de iubilaeo, alterum, ad commonefaciendos rudes ciuium animos, de ruina Lisbonensi. Nec

reticere possum D. Car. Gottlob Hoffmanni Unterricht für die Evangelische Jugend vom Jubelfest. Witt. 1755. ($4\frac{1}{2}$. pl. in 8.) propter appendicem historicam, ad res Wittenbergenses pertinentem, quamuis scriptum ipsum narrationem tantum de bello Smalcaldico, et pace Augustana contineat.

Praeterea istae festiuitates vsque ad annum 1756. omnes descriptae sunt in operibus Sueuiano et Georgiano. Restabant eae, quae post pacem Hubertiburgensem a nobis celebratae sunt, tum propter ipsam hanc pacem, tum propter Sereniſſimi Electoris, Friderici Augusti, cui Deus ter Optimus Maximus, ad summam senectutem valetudine optima viuere, et regimen concedat feliciſſimum, aduentum, tum propter templi Academici restaurationem, an. 1763. 1768. et 1770. Harum descriptio a. b. Schrödtero in continuatione Georgiani operis facta est. Sed Georgius ipse etiam opus de his festiuitatibus composuit sub titulo: Wittenbergiſche Freudengeſchichte, quod tamen ob nonnulla impedimenta in publicum nondum est emissum. Promisit etiam speciatim solennitatis in dedicatione templi Academici an. 1770. adhibitae historiam ipsius eo tempore Praepositus, Weickhmannus, vir fama clariſſimus, sed ipsius praematura mors nostram frustrata est expectationem.

Alia quoque Wittenbergensium, praeter secularia, gaudia scriptis fuisse celebrata, supra memini. Ex hac classe est: das frohlockende Wittenberg über die Ankunft Friedrich Augusts den 24. May 1728. (in 4.)

Minime autem praetermittenda est Academiae et ciuitatis nostrae pietas, qua b. D. Lutheri memoriam an. 1646. et an. 1746. coluit. Hanc legas in der histor. Nachricht von der Wittenbergiſchē Gedächtnißfeyer des vor 200. Jahren seelig verstorbenen Hrn. D. Martin Luthers. Witt. 1746. (3. pl. in 4.) Programma propterea a celebratiſſimo Weickhmanno scriptum anno eodem 1746. agit de concilio Tridentino, caet. aliud autem celeberrimi Baueri, Prof. Theol. de fide Lutheri morientis. Consulenda quoque Hofmanni disp. de funere et sepulcro Lutheri infra nominanda.

Ad hos, qui ad Wittenbergensem historiam aliquid contulerunt, refero etiam eos, qui catalogos vel suo vel alio quodam tempore simul Wittenbergae viuentium contexuerunt. Sed paucos inuenio ex hac classe

classe. Quamuis enim Professorum, qui certo tempore vixerunt, enumerationem Sueuus et alii suis scriptis adiecerunt, silent tamen fere omnes reliquos huius ciuitatis primores. Extat tamen das itztlebende Wittenberg, 1701. (2. pl. in 12.) cui libello facies vrbis externa siue prospectus, et breuis de vrbe et Academia condita narratio est praemissa, deinde Ioh. Christ. Crellii das im Jahr 1730. florirende Wittenberg, (in 8.) Qui fuerunt anno 1746. in Senatu Academico, oppidano Senatu, et ministerio templi parochialis, nominantur ad finem scripti, modo citati: Nachricht von der Wittenbergischen Gedächtnißfeyer des Herrn D. Martin Luthers. Eos autem, qui Wittenbergae vixerunt an. 1772. ad calcem huius libri, annotauit Schrödterus. Plura de hoc scribendi genere non reperio.

A viuis ad mortuos. Nam, et eos commemorare, iuuat historiam. Epitaphia enim quam ob rem ponuntur, nisi futurae memoriae, ideoque historiae causa. Ingens autem numerus est eorum, qui inscriptiones Wittenbergenses, cum alias, tum inprimis sepulcrales, posteritati prodere voluerunt, vt, si hos compares cum iis, de quibus antea, crederes Wittenbergam magis de mortuis quam viuis fuisse sollicitam. Occurrit hic primus Nicol. Selnecceri libellus: *epitaphia aliquot et praestantium virorum, et iuuenum, qui Wittenbergae nuper obierunt.* Witt. 1557. (2. pl. in 4.) Opusculum est sterile, in quo in nouem hominum, Försteri, Maieri, Waltheri, Doctorum et Professorum, Ortelii, etc. studiosorum mortem scripta inueniuntur epicedia. Deinde sequitur Mentzius, Adiunctus olim Ordinis Philosophici hic florentis. Libri titulus est: *Syntagma Epitaphiorum, quae in inclyta septemuiratus Saxonici metropoli Witteberga conspiciuntur* etc. *in 4. libros diuisum, auctore Balthasare Mentzio, Saxone-Magdeb.* 1614. (36. pl. in 8.) Quid liber contineat, ipse cuilibet parti praeposuit. Istae igitur sunt inscriptiones: *liber primus, continens descriptionem oppidi Wittebergensis et epitaphiorum eius, quae in templo arcis et coenobio Franciscanorum visuntur. Liber secundus continens descriptionem templi parochialis eiusque epitaphia. Liber tertius complectens epitaphia, quae in coemeterio templi parochialis reperiuntur. Liber quartus, continens epitaphia, quae Wittebergae in campo sancto visuntur.* Quod appellat coemeterium templi parochialis, est area circum hoc templum in ipsa vrbe iacens, nobisque nominatur Kirchhof. Hodie exceptis personis, quibus id honoris priuilegium datum est, in eo raro. vt etiam in templo vtroque, parochiali et Academico, sepeliuntur mor-

tui. Campus ſanctus, ſecundum denominationem Mentzii, eſt extra vrbem, et ſub nomine Gottes-Acker vulgo notus, isque inde a Mentzii tempore duplex, alter vetus, qui iacet ad ſacellum Sanctae Crucis, vti olim nominabatur, alter nouus, qui non procul ab iſto, e regione ipſius, ſitus eſt, vterque ordinarius corporum humandorum locus. Durante nouiſſimo bello propter multitudinem mortuorum peregrinorum in vrbe tertio opus erat, iuxta nouum conſtituto, poſt bellum iterum exaugurato. Templum Franciſcanorum pridem deſiit locus eſſe ſepulturae: area autem ad id pertinens per obſidionis tempus an. 1760. in hunc vſum inſeruiebat. Haec obiter occaſione Mentzii, quia hic in libro ſuo non ſolas dedit inſcriptiones. Habes enim in principio libri I. nonnulla de Wittenbergae ſitu, incolis antiquis et nouis, conditore, nomine, dominis, hiſtoriam eius, quod ſub ſingulorum regimine ad memoriam inſigne, hic inprimis, accidit, et deſcriptionem eorum, quae in templo Academico praeter epitaphia viſu digna occurunt, pompae funebris, cum beati Lutheri corpus terrae mandaretur, et coenobii Franciſcanorum: ab initio libri II. deſcriptionem templi parochialis, et additarum turrium, eorumque, quae intrinſecus conſpiciebantur: in libro III. relationem de ſitu areae ad templum parochiale pertinentis, ſchola oppidana, iis, quae extrinſecus in templi muro monſtrantur, et miranda domus, quae poſtea myropolium facta, exſtruendae occaſione: et in libro IV. narrationem de ſitu coemeterii extra vrbem, et de his, quae, cum vrbs traderetur Carolo V. acciderunt, deinde etiam templorum, quae olim hic fuerunt, numerationem: tandem ad finem libri appendicem, epitaphia nonnulla conſanguineorum et patronorum Mentzii alibi ſepultorum, inprimis quorundam e familia de Schulenburg Liberoſana. Haec de Mentzio. Tertius, qui commemorauit inſcriptiones, eſt Hagmeierus. Inſcribitur liber, narrante ex Biblioth. Hamburg. hiſtor. cent. II. Kreyſigio: Ioachim Hagmeieri, Hamb. *Inſcriptiones Wittebergenſes*. Witt. 1637. (8. pl. in 4) Praeter hos autem Meisner et Faber inſcriptiones ſepulcrales in templo Academico, Sueuus et Sennertus inſcriptiones in quinque dictis locis exhibuerunt, Sueuus autem etiam non ſepulcrales addidit. Supplementa horum omnium dederunt Georgius et Schrödterus in hoc opere.

Scripta reliquorum, qui pauca quaedam hiſtoriam totius vrbis illuſtrantia enarrarunt, ad Academiae inprimis fata pertinent, infra enumeranda.

Ad

Ad ſpecialiora enim veniens primo nominanda eſt Curia Prouincialis in noſtra vrbe an. 1529. inſtituta. An aliquid ad eius hiſtoriam conferat D. Caſp. Achat. Beckii diſp. de curiis prouincialibus Saxonicis, reſp. Io. Paul Vockel Ien. 1720. (7. pl. in 4.) habita, cum non ſit ad manus, neſcio. Ordinationes auriae an. 1529. et 1550. ſimul cum aliis huc referendis mandatis exhibet Lünigius in Codice Auguſteo Tom. I. p. 134. ſeqq. quamuis multa hodie mutata ſint, vt ne Wabſtio quidem, qui in libro: Hiſtoriſche Nachricht von des Churfürſtenthums Sachßen Verfaſſung der Juſtiz, pag. 115.—118. quoque de curia noſtra agit, in omnibus credi poſſit. Huic curiae immediate vel mediate ſubiiciuntur praefecturae: Wittenberg, Seyda, Beltzig, Schweinitz, Pretſch, Annaburg, Bitterfeld, Grafenhaynchen, Liebenwerda, Schlieben, Gommern et Barby, cum omnibus Schriftſaſſiis et Amtſaſſiis praediis, intra fines harum praefecturarum ſitis, quae hodie circulum electoralem efficiunt, et olim fere ducatum conſtituebant Saxoniae.

Curiam excipiat Scabinatus Collegium, certo reſpectu cum ipſa curia coniunctum. De eo breuiſſimis agit Wabſtius allegatus pag. 296. et 297. Primordia huius dicaſterii in ipſum initialem annum curiae 1529. ponenda ſunt. Prima tamen ordinatio eius eſt d. a. 1536. (vid. citatus Wabſtii locus) cui ſucceſſit altera d. a. 1588. in Lünigii Cod. Aug. T. I. pag. 1347.

Ante Academiae inſtaurationem ciuium ſeniores vel praefecti dicaſterii ſpeciem habebant, de quo poſtea.

Nunc enim de conſiſtorio Eccleſiaſtico agendum eſt, vbi ſimul, propter cauſae connexionem ſtatum noſtrum eccleſiaſticum pertractabo. Et de conſiſtorio quidem agit Wabſtius nominatus pag. 178.—182. Sed manca eſt relatio adeo, vt quodammodo narratio Crellii, qui ſe ICCandrum nominauit, im itztlebenden geiſtlichen Miniſterio im Churfürſtenthum Sachßen. (Leipzig 1723.) pag. 294.—349. praeferenda ſit, qui praeterea iſta pauca, quae ibi errabundus ſcripſerat, in ſupplementis correxit. Iurisdictionem hodie exercet in Superintendentias Wittenberg, Kemberg, Grafenhaynchen, Bitterfeld, Barby, Gommern, Beltzig, Zahne, Seyda, Ieſſen, Hertzberg, Torgau, Liebenwerda, Schlieben, Iüterbog, Dahme, Baruth, et praepoſituram Clöden, et omnes tum clericos tam laicos in his dioeceſibus habitantes, in cauſis ad forum eccleſiaſticum referendis, omniaque templa et bona eccleſiaſtica intra hos fines ſita, pauciſſimis exceptis, quae

immediate ſubiiciuntur Senatui Sanctiori Summo, qui Dresdae conſtitutus eſt, v. g. templo Wittenbergenſi Academico, Profeſſoribus Theologiae, quatenus in eo verbum docent Diuinum, orphanotrophio Torgauienſi et paſtore in eo conſtituto, etc. Dioeceſes iſtae ſingulae, ſingularumque parochiae in peculiari de Conſiſtorio Wittenb. edita mappa geographica repraeſentantur. Ordinatio huius iudicii eccleſiaſtici ordinationi Auguſti eccleſiaſticae inſerta inuenitur in Lünigii Cod. Aug. T. I. p. 633. ſeqq. quae tamen non in ſpecie de Wittenbergenſi, ſed de omnibus Saxonicis Conſiſtoriis agit. Extitit autem antiquior, quam refert Kreyſigius in bibl. Sax. ſub titulo: *Conſtitution* und Artikel des geiſtlichen *Conſiſtorii* zu Wittenberg, aus Befehlich weyland des Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Johanns Friedrichen, Hertzogen zu Sachßen, des H. R. R. Ertzmarſchalcken und Churfürſten ꝛc. durch ſeiner Churfürſtl. Gnaden fürnehmſte Theologen und Juriſten geſtallt *anno Domini* 1542. durch Georgen Buchholtzer Probſt zu Berlin in den Druck gegeben, an. 1563. Frankf. an der Oder (in 4.)

Scriptorum, quae de Synodo purioris doctrinae cauſa hic an. 1536. habito agunt, idem Kreyſigius duorum meminit, quae ſunt: Fr. Myconii *relatio epiſtolica ad Vit. Theodoricum Paſt. Norimberg. ex edit. Selnecceri cum praef. ad Petr. Vlnerum Abb. Bergenſem* 1581. et *Acta Synodi Wittenbergenſis.* Witt. 1559. (in 4.) Myconii relatio inuenitur in aliis quoque operibus, vt in libro: Wahrhafftige *Hiſtoria* von der Augsburgiſchen *Confeſſion, item:* von der *Concordia*, ſo *an.* 1536. zu Wittenberg von dem Artickel vom H. Abendmahl aufgerichtet, geſtellet durch etliche hierzu verordnete Theologen 1584. (in 4.) Fol. t. 2. — v. 4. in quo libro ſimul alia huc referenda commemorantur. Late quoque de omni iſta hiſtoria agit D. Val. Ern. Löſcher in hiſt. motuum zwiſchen den Evangel. und Reform. II. Buch 2. Cap. Seckendorfius et alii.

Proximum in eccleſiaſticis a venerabili Conſiſtorio Eccleſiaſtico locum occupat Superintendens noſter, quod munus a Summo Senatu Sanctiori clementer mandari ſolet Paſtori eccleſiae Parochialis, ideoque praecipui aliquid in ſe habet, quod Superintendentia eſt generalis Circuli Electoralis, et cum officiis Aſſeſſoris Conſiſtorii et Profeſſoris Theologiae coniuncta.

Par fere dignitas eſt Praepoſiti templi Academici, quae a Summo Senatu Eccleſiaſtico vni ex reliquis tribus Profeſſoribus Theologis, qui

in

in iſto templo ſacris funguntur officiis, committitur. Ille enim itidem Conſiſtorio aſſidet.

De vtroque autem non memini aliquem in ſpecie ſcriptum aliquid reliquiſſe, quamuis Meisnerus et alii, data occaſione, nonnulla de *iis in* ſuis libris adiecerint.

Templa et capellae olim plurimae fuerunt in noſtra vrbe, et prope illam. Scilicet templum omnium ſanctorum, ſiue arcis, quod nunc eſt Academicum, templum Parochiale, quod videtur antiquiſſimum ex noſtris templum eſſe, templum Franciſcanorum, quorum coenobium hic fuit, poſtea granarium factum anno 1760. igne deuaſtatum, capella S. Spiritus, prope coenobium Auguſtinianorum, quod hic erat, nunc autem vſibus Academicis inſeruit, poſtea deſtructa, capella Antonii in platea exinde etiam nunc clericorum, Pfaffengaſſe, nomen gerente, ex qua poſtea carcer in vſum praefecturae factus eſt, capella Sancti corporis Chriſti, prope templum parochiale, in qua hodie, qui aerario eccleſiaſtico praeſunt, ſolent conuenire, capella S. Crucis ſiue Matthaei et Mariae Magdalenae extra vrbem prope portam orientalem, et capella Barbarae, prope Franciſcanorum coenobium, in qua hodie adhuc ſacra rite fiunt. Mentzius huc etiam referre videtur Capellam Annae, quae ſita fuit in monte Bollusberg.

In his omnibus erant olim certa altaria, ſanctis dicata, et ius patronatus in haec altaria ad varios pertinebat. Habebant pannifices, ſutores aliique opifices, et ſocietates ſiue, ſecundum eorum temporum morem, fraternitates, altaria ſua peculiaria. Altaris fraternitatis ſagittariorum fundationem exhibet Ziegler de dote eccl. cap. V. §. 22. ſicut alia quoque ad hanc rem facientia ibid. §. 20. et 23.

De templo Academico, quia Academiae eſt incorporatum, vt dicimus, et parochialibus iuribus deſtituitur, poſtea agam; de templo Franciſcanorum et de capellis nihil in ſpecie ſcriptum inuenio, exceptis, quae Mentzius ſupra citatus, Meisnerus et alii, velut aliud agendo, reliquerunt.

Parochiale autem, praeter iſtos, etiam, pauciſſimis tamen verbis, celebrauit b. D. Hofmannus in praefatione hymnarii Wittenbergenſis, vbi opinatur, illud ſeculo XI. exſtructum eſſe. In muro huius templi auſtrali eſt quaedam imago lapidibus in Iudaeorum ludibrium inciſa, cum

cum inſcriptione Schemhamphoras. De hoc Schemhaphoras Lutherus ſcriptiunculam reliquit. Officia ſacra in hoc templo adminiſtrant hodie Paſtor et quatuor Diaconi. De his miniſtris verbi diuini conſcriptus eſt: D. Abrah. Calouii, Superintend. olim noſtri, *Catalogus Paſtorum et Diaconorum eccleſiae Wittenbergenſis*. Witt. 1674. Deutſchmanni *pyramis Wittenbergenſis* iure ad hanc materiam etiam referenda eſt, quorſum etiam Kettnerus retulit. Eius ſcripti ſupra inieci mentionem. Kettnerus hic ſaepe laudatus in praefatione hiſtoriae ſuae de ſenatu promiſit quidem perfectum aliquod de Diaconis Wittenbergenſibus opus. Sed non prodiit haec tractatio. De paſtoribus in ſpecie conſulenda quoque Mentzii *narratio de Septem Electoribus* infra nominanda, et, quod recentiora inprimis tempora, cum ſpeciale deſit, Dittmanni Churſächſiſche Prieſterſchaft, Crelliique liber ſupra allegatus. Ordo rituum ſacrorum in hoc templo parochiali celebrandorum obſeruandus antiquitus praeſcriptus erat in miſſalibus, quae forſitan adhuc in manuſcripto latent. Repurgatis ſacris, huc referri poſſunt: Neue Ordnung der Stadt Wittenberg MDXXII. Jahr (2. pl. in 4.) opuſculum inſertum quoque libro: Sammlung von Alten und Neuen an. 1721. pag. 549. et libri Lutheri: von Ordnung des Gottesdienſtes in der Gemeinde, Witt. 1523. 4. et deutſche Meſſe und Ordnung Gottesdienſtes, Wittenb. 1526. 4. Deinde ea, quae ad ſacra pertinent, ſecundum conſtitutiones Sereniſſimorum Electorum eccleſiaſticas generales ordinata fuerunt. Sed non omitti poteſt Wittenbergenſe hymnarium (Geſangbuch) in vſum eccleſiae noſtrae primum a Luthero an. 1524. deinde ſaepius et nouiſſimis temporibus ab ipſius Paſtoribus D. Abrah. Calou an. 1672. D. Caſp. Löſcher an. 1713. D. Gottlieb Wernsdorf an. 1719. et D. Carolo Gottlob Hofmann an. 1749. editum, cuius hiſtoriam D. Hofmannus in praefatione (1. pl. in 8.) enarrat.

Inlocum templi Franciſcanorum ſucceſſit certo reſpectu aedicula vſibus eorum, qui, poſtquam coenobium in Gerontocomium mutatum eſt, in eo aluntur, deſtinata, quae propterea noſtris Cloſter-Spital-Kirche nominatur. Sacra in hoc templo curat Diaconus parochialis eccleſiae quartus. Eſt haec aedicula eadem, quae olim capella Barbarae dicta eſt, et de ipſius reſtitutione videri poteſt Schrödterianum opus praeſens pag. 404. et Wochenbl. an. 1771. pag. 381.

Liceat hic ſtatim ſcholam oppidanam ſubiungere, in qua praeter Rectorem, Conrectorem, Cantorem, tres collegae docent, quibus accedit

accedit praeceptor puellarum. De hac exstat D. Io. Peiskeri, qui olim Rector erat, Gedenkschrift bey *Reparir*ung der Stadtschule, Witt. 1702. (2. pl. in Fol.) Conferantur etiam M. Wagneri, conrectoris olim scholae constituti, *programma seculare ad actum oratorium anno* 1717. et praefatio Kettneriani operis de senatu Wittenbergensi.

Ius eligendi Pastorem competit Academiae, Senatui et ciuibus oppidanis. Caeterum ius patronatus exercet Senatus ciuitatis, et in publicum emissa est Casp. Henr. Hornii, Professoris Iuris olim nostri, *disquisitio de iure patronatus ecclesiae parochialis Wittenbergensis D. Mariae consecratae*, scripta 1709. inserta ipsius Responsis Cl. I. no. 39.

Iam veniamus ad Academiam, de qua farrago scriptorum extat. Generalia scripta sunt haec. *Athenae itemque inscriptiones Wittenbergenses Libri II. auctore Andrea Sennerto, Prof. Publ. in Vniuers. patria Wittenb.* 1655. ($26\frac{1}{2}$. pl. in 4.) Agit autem Libr. I. cap. 1. de vrbe Wittenberga, eiusque nomine, origine, incremento, situ, forma externa, locis aedificiisque in eadem publicis, forma regiminis, praerogatiuis, munimento, occupatione eius a Carolo V. facta, et schismaticorum turbis, cap. 2. vero de Academia, in specie eius fundatione, et nutriciis munificentissimis vsque ad tempora Sennerti. Cap 3. sistit documenta, fundationem, priuilegia, statuta, alia concernentia. Cap. 4. pertractatur historia de inauguratione Academiae, primis Rectore, Senatoribus, Professoribus; nec non inscriptis quibusdam: item forma regiminis, senatu Academico, lectionibus, disputationibus, promotionibus. Cap. 5. exhibet leges et statuta Academiae, iusiurandum studiosorum, et nonnulla de fisco et pagis Academiae, cap. 6. Rectorum Academiae nomina, ordinem et numerum, inde a fundatione Academiae, item inscriptorum numerum, additis quibusdam paucis notatu dignis, cap. 7. Decanos Collegii Facultatis Philosophicae inde a fundatione Academiae, nec non promotorum a singulis numerum, cap. 8 Professores Philosophos ordinarios inde a Philippo Melanchthone, tum secundum ordinem receptionis, tum distinctos secundum professionis munera, quae iis demandata erant. Cap. 9. agit de templo Academico et notatu in eodem dignis quibusdam, item de templo parochiali et nonnullis in eo visu dignis, quibus cap. 10. iungit chronologicam dictorum in capitibus praecedentibus Synopsin, et Genealogiam Electorum Saxoniae. Liber II. totus inscriptionibus mancipatus, cap. 1. quae in templo Franciscanorum, cap. 2. quae in templo Academico, cap. 3. quae in tem-

plo oppidano, cap. 4. quae in eiusdem coemeterio, et cap. 5. quae in coemeterio ſuburbano reperiuntur monumenta, ſed potiora tantum, ſiſtit. Deinde huc pertinet: Gottfried Sueui *Academia Wittenbergenſis* Witt. 1655. (77. pl. in 4.) Continet hic liber ab initio documenta, quae ad fundationem Academiae pertinent, formulas iuramentorum, leges Academiae, et communis menſae (conuictorium dicimus) leges. Sequitur catalogus inſcriptorum in primo Rectoratu Pollichii, quem excipiunt nomina ſingulorum Academiae Rectorum vsque ad Sueui tempora. Adiecit inſcriptorum ſub quolibet Rectoratu numerum, qui ex parte diſcrepat ab eo, quem Sennertus indicauit, nomina quoque Illuſtrium, nobilium aliorumque egregiorum, qui nomina dederunt ſtudiis in hac Academia, enarrauitque, ſi quid inprimis dignum, vt poſteritati relinqueretur, acciderat, inter quae multa occurrunt ad religionis, Academiae, iubilaeorum, bibliothecae, bellorum hiſtoriam facientia. Poſtea ſubnectitur catalogus Baccalaureorum Biblicorum, Sententiariorum, Licentiatorum et Doctorum in Facultate Theologica, Doctorum et Licentiatorum in vtroque iure, Doctorum et Licentiatorum in Facultate Medica, in hac Academia promotorum, catalogus Decanorum et numerus promotorum in Facultate Philoſophica, catalogus eorum, qui Rectoratum ſuſceperunt, primo Illuſtriſſimorum et Illuſtrium, deinde Theologorum, poſt Iureconſultorum, tum Medicorum, poſtremo Philoſophorum, ordo inſcriptionis Profeſſorum Ordinariorum in Facultate Philoſophica ab anno 1536. et index nominum Profeſſorum an. 1655. docentium. His iunguntur inſcriptiones ſepulcrares partim in templo Franciſcanorum, partim in templo ad arcem ſiue Academico, vbi ſimul de condito prius ſacello deinde templo, de funere Ioannis Electoris, et Lutheri, vitaque Georgii Maioris agitur, partim in templo et coemeterio Parochiali, partim in coemeterio ſuburbano, et inſcriptiones publicorum aedificiorum et aliae praeter ſepulcrales, addito ad finem indice ſepulcralium inſcriptionum. Huic Sueuo nunc addendi ſunt Georgius et Schrödterus, quorum liber hic lectori traditur, eadem forma, qua opus Sueuianum, conſcriptus. Porro ad generales de Academia ſcriptores refertur a Kreyſigio: Chr. Thomaſii Verſuch von *Annalibus* von an. 1409. bis 1629. von Urſprung und Fortgang der Univerſitäten in Deutſchland, ſonderlich zu Leipzig und Wittenberg, Halle 1717. (in 4.) ſed de Wittenbergenſi Academia pauciſſima, eaque a Sueuo, Sennerto et aliis multo melius et latius expoſita, in his annalibus inueniuntur. Ab eodem

Krey-

Kreyſigio commemoratur Ge. Sibuti, Daripini Thuringi, qui Doctor et Prof. Poeſeos in hac Academia fuit, *Siluula in Albiorim illuſtratam* (in 4.) circa 1508. quam credo huic claſſi inſerendam eſſe. Forſitan etiam D. Chriſtoph Scheurl *oratio habita ſub auſpicio Rectoratus* Witt. 1507. in eam ponenda eſt.

Multi ſunt, qui materiam ſibi de beneficiis Diuinis in hanc Academiam dicendi ſcribendique ſumſerunt. Primus ſit D. Salom. Geſner Profeſſor olim noſter Theol. cuius extat *oratio de tribus ſummis beneficiis quibus Deus Academiam Wittenbergenſem clementiſſime condecorauit, in congreſſu innouandi magiſtratus ſcholaſtici* (Academici) *ergo celebrato habita* Witt. 1601. ($3\frac{1}{2}$ pl. in 4.) Illa tria ſunt, vt ipſe indicauit: doctrinae puritas, artium liberarum nobilitas, qua occaſione Melanchthonis laus praedicatur, et Wittenbergenſis Academiae celebritas, quae praecipue ex eo deducitur, quod multi ex ordine Principum ſua praeſentia eam condecorauerunt. Multo plura de eodem argumento idem Geſnerus attulit Iubilaei 1602. celebrati cauſa publice d. 18. Oct. d. a. ex ſuggeſtu verba faciens, quae ſacra ipſius oratio comparet in Actis Acad. Iubil. 1602. plaga D. 2.—M. 4. in qua, germanice tamen, propoſuit quintuplex Dei beneficium, his laudatum inſcriptionibus: domus Dei repurgatio, ciuitatis Dei aedificatio, pacis conſeruatio, libera religionis confeſſio, iuſtitiae adminiſtratio, quibus multa hiſtorica adſpergunt tur. Idem fuit propoſitum Adami Theodori Siberi, Eloqu. apud nos Prof. in *oratione ſeculari* 1602. *habita* Witt. 1602. (3. pl. in 4.) qua laudes Dei pro beneficiis in hanc Academiam per Electores Saxoniae, et Doctores, inprimis Lutherum et Melanchthonem, tributis commemorat, ſubiiciens ſimul carmen ſeculare ab ipſo, vt docet inſcriptio, compoſitum. Inſerta quoque eſt iſta oratio Actis Acad. ſecul. an. 1602. plag. Qq. 2.—Ss. 2. Porro de beneficiis Diuinis, vt ipſius verba ſunt propoſitionis, in Academiam collatis egit celebris ille M. Eraſm. Schmidt, Graec. Lingu. et poſtea Matheſ. quoque Profeſſor in hac Academia, in *oratione ſeculari habita* 1601. (3. pl. in 4.) in qua, cum pertractet modos docendi artes, moresque cum praeceptorum tum ſtudioſorum, comparat tria ſecula, quod Academiae fundationem anteceſſit, iam effluxum a fundatione, et futurum, hoc metuendum et male ominatum, illud illuminatum, iſtud obſcurum appellans. Non multa hic ad Wittenbergam pertinentia, orationem ipſam autem in Actis Acad. ſecul. 1602. plaga Ss. 2.—Xx. inuenies, quae etiam ſeparatim cum alia Auctoris oratione de America 1602. dicta prodiit Witt. 1602. ($4\frac{1}{2}$. pl. in 4.)

Mala Schmidii omina exitum, quod in honorem Dei addendum eſt, non habuerunt. Nam et religioni puritas, et ſcientiis lumen, et Academiae celebritas manſit. D. Aegidii Hunnii Prof. Theol. *oratio ſecularis*, eodem Iubilaeo feſto 1602. et in iisdem actis ſecul. pl. N. 4.— Q. 2. exhibita, huc etiam pertinet. In ea enim, (ſunt ipſa Hunnii verba) praedicantur beneficia Dei in hanc ſcholam collata, cumprimis vero beneficium repurgatae doctrinae Euangelicae, et admirandae protectionis ſcholae huius aduerſus inſidias diaboli. De Rhodomanno idem argumentum fere pertractante poſtea ſcribendi locus erit.

De meritis peregrinorum (de meritis Electorum Saxoniae enim infra pluribus dicetur) in Academiam etiam nonnulla prelo ſubiecta ſunt, veluti: D. Io. Ge. Neumanni Prof. Theol. *programma de meritis Regum Suecicorum in Academiam Wittenbergenſem* Witt. 1706. (in 4. et in ei. program. Academ. pag. 183.—191.) et C. G. Schwartzii *program. de Noribergenſibus de Academia Wittenberg. bene meritis.* (in 4.) quae duo in Biblioth. Sax. nomiat Kreyſigius. Deinde D. Frid. Börneri Prof. Med. Extr. *epiſtola de Hungarorum atque Hungaricae gentis ad ornandam Academ. Wittenb. ſtudio*, adiecta ipſius diſp. de antiquit. Med. Aegypt 1756. habitae, et ad Reſpondentem, Paull. Fabri, ſcripta, (2. pl. in 4.) huc referenda, non tamen tota, ſiquidem in ea etiam de meritis Academiae in Hungaros agitur.

Initia et prima incrementa Academiae perſecutus eſt M. Martinus Oberndorfer in *oratione de initiis atque incrementis Academiae Wittenbergenſis et in hac repurgatae doctrinae Euangelii in exordio ſuae profeſſionis an.* 1574. *recitata* Witt. (2. pl. in 8.) in qua agit de appellatione et ſitu oppidi et vicinorum, fundatione Academiae, eiusque occaſione, primis Profeſſoribus, praecipue vero de Luthero et Melanchthone: D. Stephan Gans Baro in Pudlitz in *orutione de cauſa ob quam Fridericus Sapiens Wittenbergae potius quam in aliis ſuae ditionis oppidis Academiam eſſe voluerit*, quae inuenitur in Tomo VII. declamationum, ſub Melanchthonis nomine notarum: et Ge. Wilh. Kirchmeier iam laudatus in *programm. de admiranda Academiae Wittenbergenſis origine.* Witt. 1715. (2. pl. in 4.) Scriptum eſt hoc ad Candidatos ſummorum in Philoſophia honorum, poſtea editum ſimul cum oratione habita ab ipſo in ſolemni Magiſtrorum renunciatione, quae de ſingulari prouidentia Diuina in Auguſtum II. Sarmatarum Regem tractat, Witt. 1716. (8. pl. in 4.) et iterum, auctum vero, ſimul cum operibus caeteris de Wittenberga et Luthero agentibus, in ea collectione, quam ſupra iam allegaui, pag. 220.—230. De-

mn-o

monſtrare in hoc programmate conatus eſt, vt exinde probet admirandum in origine, Wittenbergam ante Academiae ortum viliſſimum fuiſſe oppidum, quod vtrum recte fecerit, aliis diiudicandum relinquo. Referenda huc quoque videtur diſputatio M. Hermanni Becker : *Fridericus III. Sapiens, Saxoniae Elector, et Academiae Witenbergenſis fundator, pro loco in ordine Philoſophico reſp. Io. Phleps habita.* Witt. 1702. (6½. pl. in 4.) Verum enim vero tantum §. 5. de vrbe Wittenberga, et quomodo Fridericus eam aedificiis condecorauerit, §. 30.—33. et 39. de Academia a Friderico inſtituta, et caeteris eius in eam meritis nonnulla enarrat, reliqua autem diſputationis totam Friderici vitam illuſtrant. Nec multum ad hanc rem faciunt: *oratio de initiis, progreſſionibus, et incremeutis doctrinae eruditae in Academia Lipſienſi et Wittenbergenſi*, 1560. habita, quae in T. V. Declam. Melanchth. pag. 375.—394. edit. Witt. 1572. reperitur, et *oratio iubila inauguralis D. Phil. Ludou. Hanneckenii* in Act. Iub. 1702. pag. 85.—89. potiſſimum de his initiis agens. Non autem reticenda eſt Illuſtris Ioannis Gottlob Böhmii *oratio de bonarum litterarum in Saxonia floreſcentium ſtatu ſeculo ineunte XVI. habita, cum in Academia Lipſica profeſſionem hiſtoriarum adiret.* 1758. L. et Dresd. (5. pl. in 4.) in qua multa praeclara de primordiis noſtrae Academiae occurrunt.

Fundatio autem Academiae etiam cum mandatis Electoralibus ad ſtatum Academiae pertinentibus a Lunigio in Codicem Auguſteum relata eſt Tom. I. pag. 951. ſeqq.

Prima Academiae incrementa iu iſto quoque libro continentur: *centuria inſignium ſcriptorum, qui in Lipſienſi, Wittenbergenſi et Francofurtenſi ad Oderam Academiis a fundatione ipſarum vsque ad annum* 1515. *floruerunt, ex edit Ioach. Io. Maderi* Helmſt. 1660. (8. pl. in 4.)

Reliquum tempus ſeculi XVI. illuſtratur variis libris. Et primo quidem huc referas collectiones ſcriptorum e tabula publica propoſitorum. Vna eſt, quam edidit Academiae miniſter publicus, Michael Maius, vt apparet ex dedicatione : *Scripta publice propoſita a Gubernatoribus ſtudiorum* (in recentiori editione poſitum eſt a Profeſſoribus) *in Academia Wittenbergenſi* Tomi VII. in 8. ex quibus tomus I. ſcripta ab an. 1540.—53. II. ab an. 1553.—56. III. ab an. 1556.—1559. IV. ab an. 1559.—61. V. ab an. 1561.—63. VI. ab an. 1563.—66. et VII. ab an. 1566.—69. propoſita comprehendit, quique ab an. 1553. vſque 1572. ita editi ſunt, vt primi quoque recuderentur. (circit. 250. plag.)

Altera collectio hunc prae se fert titulum: *Scripta quaedam in Academia Wittenbergensi a Rectoribus Decanis et aliis eruditis quibusdam viris publice proposita ab anno* 1544. *vsque ad finem anni* 1545. (quamuis etiam nonnulla anui 1546. contineat) Witt. 1545. et 1549. (12. pl. in 8.) item: *Scripta quaedam* etc. *proposita ab an.* 1546. *vsque* 1548. Witt. 1548. (11. pl. in 8.) Priorem Lufftius et inprimis haeredes Georgii Rhau, posteriorem Ioseph Klug excuderunt, et neutra ab Eichsfeldio alias diligenti, commemorata. Hae collectiones, vt tituli ostendunt, nihil quidem praestant, quam quicquid tabulae Academicae publicae per istos annos affixum fuit: attamen ad historiae Wittenbergensis eius temporis, inprimis autem Academiae, cognitionem egregie conferunt. Ita v. g. vt pauca exempla addam, 1545. d. 25. Mart. notum fit, Academiam emisse domum, quae futura sit nosocomium aegrotantium scholasticorum, pridie Paschatos mandat Concilium Scholasticis, vt munera offerant ministris Euangelii, d. 17. Apr. prohibetur vsus bombardarum, d. 19. Apr. hortantur scholastici vt interfint funebribus caerimoniis mortua Anna de Thumen vidua de Cieser, die Quasimodogeniti citantur ad audiendam praelectionem legum publicarum, d. 21. Apr. Decanus Facultatis artium vocat collegas et Magistros ad examen publicum trium, qui Magisterii gradum ambierant, d. 23. Apr. idem Doctores, Magistros et Scholasticos rogat, vt ad eorundem Magistrorum renunciationem publicam conueniant, pridie Calendas Maii Rector scholasticos ad crastinam Rectoris electionem vocat, etc. Non in omnibus conueniunt duae istae collectiones. Nonnunquam haec, nonnunquam illa locupletior est. In Rhauiana nomina Rectorum, et Decanorum singula proponentium addita sunt, vt puto, contra fidem originalium. Alia huc quoque pertinet collectio, scilicet declamationum, quae solet a veteribus sub nomine declamationum Philippi allegari. Cum non omnes huius collectionis tomos nanciscì potuerim, sequentia ex Kreysigii Bibl. Sax. describere liceat. Phil. Melanchthonis *selectarum declamationum, quas conscripsit et partim in schola Wittebergensi recitauit, partim aliis recitandas exhibuit* in 8. Tom. I. et Tom. II. vterque Arg. 1544. 1558. T. III. Erf. 1551. Arg. 1559. 1566. T. IV. Arg. 1558. 1560. 1566. 1567. T. V. ab an. 1555.—65. (scilicet continet declamationes his annis habitas) Witt. 1565. 1572. hi quinque tomi in ordinem redacti et tribus voluminibus comprehensi editi sunt Arg. 1570. T. VI. ab an. 1565.—71. (eadem, quae de quinto, intelligenda sunt) Witt. 1571. Fr. ad Moen. 1583. T. VII. ab an. 1571.— 74. Serueſtae 1586. Haec Kreysigius. Quod ille scripsit de ordine in prioribus editioni-

tionibus turbato, verum omnino est, vti apparet ex operis inspectione. Edita autem est Chronologia scriptorum huius luminis orbis litterati Görlicii 1582, quae, quo ordine collocandae sint orationes, ostendit. Haec caeteroquin collectio multa etiam praebet, quae ad historiam Academiae nostrae, imo ipsius vrbis et regionis contribuunt. Porro huc refero Laurentii Rhodomani Histor. olim apud nos Prof. *orationem de praecipuis Dei beneficiis per VII. Illustrissimos Saxoniae Electores, eximiosque Dei Viros, D. Mart. Lutherum, et D. Phil. Melanchthonem in Academiam Wittenberg. collatis, habitam in solemni Magistrorum creatione* Witt. 1602. (3. pl. in 4. et in Actis Iubil. 1602. V.—3. Z 2.) et Friderici Taubmanni, Poes. Prof. *Carmen seculare dictum, cum Academia natalem suum centesimum celebraret*, quod cum alio carmine M. Valentini Trebatii, ecclesiast. et P. L. prodiit 1602. (Witt. 3. pl. in 4. et in Act. Iub. 1602. Q. 3.—S. 1.) Vterque enarrat laudes et beneficia Electorum Saxoniae a Friderico sapiente vsque ad Christianum II. in Academiam hanc collata, Rhodomannus praeterea, quid Lutherus et Melanchthon auxilii praestiterint eidem, adiecit. Eandem materiam tractant, latius tamen, M. Balth. Mentzius in *historica narratione de VII. Electoribus Saxoniae et vno Pro Electore* (intelligitur Dux Saxoniae Fridericus Wilhelmus, Septemuiratus Saxonici Administrator, cuius nec Taubmannus nec Rhodomannus obliti sunt) *qui Academiam Wittenbergensem condiderunt* etc. *insertis simul X. Pastorum Wittenbergensium primariorum vitis* Witt. 1611. (18. pl. in 8.) et pro parte M. Christoph. Henr. Zeibich *in oratione seculari* an. 1702. dicta, quae agit de Friderico et Augusto fundatoribus Academiae. (in Act. Iubil. 1702. pag. 140.—146.) Qui per istud seculum XVI. principes fuerint Rectores Academiae nostrae, enarrat oratione sua, Actis Iub. 1602. (Xx 2.—Yy 3.) apposita sub hac inscriptione: *Illustrissimi Principis Domini Augusti, Ducis Saxoniae, postulati Administratoris Naumburgensis caet. Wittenbergensis Academiae Rectoris Magnificentissimi solemnis renunciatio, XVI. Oct. 1601. facta, Sereniss. Electoris, Fratris ac Tutoris, pridie renunciationis homagium ab Academia, Nobilitate, et Plebe ditionum Electoratus suscipientis, iussu biduum anticipata*, D. Bartholom. Reusnerus, Iur. in hac Acad. Prof. Statum Academiae, qui fuit an. 1555. magna eruditionis copia recensuit D. Frieder. Imman. Schwartzius, qui nunc Zizae Eccles. Cathedr. Superintendentis et Assessoris Consistorii officiis fungitur, in disputatione inscripta: *memoria secularis Wittenbergae anno, quo pax religioni sanctiori diuinitus data est, florentis*, resp. Car. Frid. Hofmanno Witt. 1755. habita.

(6. pl.

(6. pl. in 4.) Praemissa de migrationibus Academiae ante annum 1555. in primis ea, qua Torgam concesserat, et de his, quae ibi acciderant Academica, item de morte Electoris Mauritii et viduae Lutheri narratione, §. 1. — 5. Rectorem, Decanos, caeterosque Professores et Doctores priuatos, qui eo anno docuerunt electique sunt, nominat §. 6. 7. de Consistorio ecclesiastico eodem anno denuo confirmato, §. 8. de his, qui sacra parochialis ecclesiae administrabant, §. 9. de censura, vel, vt nominari solet, visitatione ecclesiarum in circulo Electorali, ad quam lecti erant duo Professores ex nostris, de laudibus Bugenhagenii et constitutione Superintendentium Kembergensis et Beltzigensis §. 10. de conuentu Numburgensi, et Augustano, cui ICtus Wittenbergensis interfuit, et de Theologorum nostrorum improuida cura, §. 11. de gestis Melanchthonis per eum annum § 12. et de morte Iustae Ionae §. 13. agit, omnia accommodatissimis comprobans veterum monumentis. Ea, quae sub suo Decanatu notauit M. Balth. Mentzius, publici iuris fecit in libro: *Balth. Mentzii Decanatus* Witt. 1606. (11½. pl. in 8.) in quo ritus omnes recepti ab ordine Philosophorum, deinde programmata et orationes per istud Decanatus semestre, ob creationem Baccalaureorum, et Magistrorum aliasque causas composita, et in conseßu Collegii Philosophici vel publice recitatae, collecta sunt.

Quae iam supra de Synodo Wittenbergensi, et de Crypto-Caluinismo Wittenbergam turbante scripsi, non opus est, vt repetam. Academiae ex doctrinae violatione damna paucis enarrat Sueuus ad annum 1574. Nonnulla de his temporibus, quatenus Academiae nocuerunt, exposuit D. Georg. Maior in oratione *de statu eius temporis, quod Euangelii lucem praecesßit, et quae eius initia, ac qui inter varia impedimenta eius progressus, qui item faces dissidiorum fuerint, et adhuc sint.* habita 1567. et inserta declam. Melanchth. Tom. VI. (pl. V. 4. Witt. 1571.)

Seculum XVII. inchoant saepius iam citata *Acta Iubilaei Academiae Wittenbergensis celebrati* an. 1602. Witt. 1603. (47½. pl. in 4.) Insunt in hac collectione programma, sub nomine Sereniſſimi Augusti, Rectoris Academiae, promulgatum, oratio sacra D. Aegidii Hunnii, in quibus duabus nihil, quod ad Wittenbergam in specie attinet, inuenio, oratio sacra Gesneri, preces finita oratione recitatae, oratio secularis D. Hunnii, carmen seculare Taubmanni, carmen Trebatii, quorum supra mentio facta, D. Georgii Weckeri Physices Prof. oratiuncula in renunciatione noui Prorectoris in semestre hybernum, nullate-

nus

nus ad res noſtras pertinens, Siberi carmen ſeculare, programma Facultatis Philoſophicae de honoribus Magiſterii Candidatis in ſolennitate Iubilaea ad XIX. Oct. conferendis, in quo laudes Wittenbergae propter Lutheri et Melanchthonis doctrinas extolluntur, Decani Philoſophici D. Andreae Vrſini intimatio, quo inuitantur ad Magiſterii actum membra Academiae, quae generalia quaedam de Iubilaeis comprehendit, oratio ſecularis Rhodomanni, quam ſupra allegaui, quamque ſequitur totius actus Magiſterii deſcriptio, promiſſio magiſtrandorum, Vrſini petitio, renunciatio et caerimoniae ſuetae, et a Melanchthone praeſcriptae, quaeſtio a M. Caſp. Sueuo propoſita, agens de iubilaeis, reſponſio Io. Hagii, Prof. Mathef. et Senioris ordinis, et gratiarum actio Neo-Magiſtri ad Deum, Electorem, Eiusque Legatos, Principem Rectorem, Legatos Lipſienſes, Promotorem, Profeſſores, Praepoſitos, Senatum oppidanum, (qui intererat actui) et ſtudioſos directa, programma Rectoris Magnificentiſſimi ad audiendam orationem Zangeri, oratio Zangeri ſecularis, programma nomine Rectoris ſcriptum ad audiendam Schatonis orationem, ipſa Schatonis ſecularis oratio, de quibus poſtea, carmen Rhodomanni graecum et latinnm et aliud latinum Siberi, quibus gratias agunt Electori pro inſtituta ſolennitate iubilaea, oratio Ludouici Perſon de Witteberga, orationes ſeculares Siberi et Schmidii, Reusnerii oratio, adiecto indice Principum, Comitum et Baronum, qui ſeculo XVI. Rectoris dignitatem obtinuerunt in hac Academia, quas orariones antea citaui, poſtremo eiusdem Reusneri, D. Wolfgang Hirsbach, Prof. Iur. et D. Matthiae Groſſ, ordinis Iuridici Adiuncti acclamationes et vota.

Ad anni 1608. hiſtoriam confert Fr. Taubmanni *Rectoratus ſiue* (haec duo verba habet Kreyſigius in bibl. hiſt. Sax. non tamen inuenio ea in editione Wittenbergenſi) *otium ſemeſtre publicum* Gieſſ. 1609. Witt. 1610. (11. pl. in 8.) Reperiuntur in hoc opuſculo omnia, quae per aeſtatem anni 1608. dum Rector erat Taubmannus, in tabulis publicis nomine Academiae propoſita fuerunt, ſecutus, vt ipſe fatetur in praefatione, exemplum miniſtri Maii. Inſeruit quoque teſtimonia aliquot ſtudioſis data, et adiecit orationem, quam a magiſtratu abiens recitauit.

Iubilaei an. 1617. celebrati hiſtoriolam exarauit D. Dan. Sennert, quam libro ſuo intexuit Sueuus ad hunc annum, adiectis eidem et mandato Electorali, et programmate Academico. Editas hac occaſione orationes ſupra nominaui.

Idem Sueuus ad annum 1630. exhibet Academiae intimationem in memoriam ſecularem exhibitae Auguſtanae confeſſionis. Alias de hoc feſto die ſcriptiones antea recenſui.

Memoriam Lutheri an. 1646. renouatam eſſe, ſupra quoque monui.

Anno 1650. recuperatae pacis cauſa publicam ſolennitatem indictam, inſerto programmate Academico, iterum Sueuus enarrat.

Acta Iubilaei 1655. breui hiſtoria comprehenſa idem Sueuus exhibuit, et ſimul Academiae intimationem ad celebrandum hoc feſtum adiecit. Programma quod in ſupplicationibus 1667. ab Academia emiſſum, in hoc Georgii opere extat. Nihil tamen in his programmatibus an. 1617. 1630. 1650. 1655. et 1667. inuenio, quod res Wittenberſes in ſpecie illuſtret. Nam, quae ſaepius antea dicta ſcriptaque ſunt, de Lutheri virtutibus, initiis reformationis, et aliis eiusmodi, licet omnino magna ſint et digna, vt Deo Sapientiſſimo ſummas habeamus gratias, cum Wittenbergae non ſint propria, opus non duco iterum commemorare.

Potiora quae per totum hoc ſeculum ratione Academiae acciderunt, et inter ea nonnulla ſingularia, breuiter enumerauit Ioh. Chriſtoph. Wichmannshauſen LL. OO. Prof. *in oratione an.* 1702. cum deponeret ſceptra Academiae, *habita*, quae in Actis Iub. 1702. pag. 68. — 72. ſimul cum deſcriptione omnis adhibitae in transferendo magiſtratu ſolennitatis inuenitur. Georg. Wilh. Kirchmeier ſaepius iam nominatus etiam tradidit nobis *expoſitionem rerum ſingularium, quae ſuperiori hoc ſeculo ad Academiam pertinentia euenerunt*, iisdem Actis Iubil. an. 1702. pag. 175. — 183. adiunctam.

Conferunt quoque ad totam huius ſeculi hiſtoriam collectiones orationum et programmatum, aliorumque ſcriptorum, quae a diuerſis noſtris Profeſſoribus, qui per id ſeculum docuerunt, tum eloquentiae, tum aliis, publico inprimis nomine confecta ſunt, vt: Io. Wanckelii *Academicorum ſcriptorum Voll. II.* Witt. 1616. (in 8.) Aug. Buchneri *diſſertationes Academicae ſiue programmata publico nomine edita Voll. II.* Witt. 1650. et 1651. (in 8.) et auctiora Francof. et Lipſ. 1679. (5. A. 17. pl. in 4.) quae collectio continet 704. interdicta et mandata Academica, relegationum elogia, programmata tum funebria, tum, quibus orationes habendae aut carmina recitanda indicata fuerunt, et publicationes praelectionum publicarum, quibus 5. orationes adiectae ſunt. Porro huc referas eiusdem Buchneri *orationes panegyricas et funebres per*

Ott.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/40
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Ott. Praetorium Witt. 1669. (2. A. 17. pl. in 4.) et iterum sub titulo: *Orationum Academicarum Voll. II. per M. Io. Iac. Stübelium* Dresd. 1682. (in 4.) *et denuo cum vita Buchneri per eundem* Franc. et. Lipſ. 1705. (2 A. 19. pl. in 8.) et ibid. 1727. (2. A. 14. pl. in 8.) Conr. Sam. Schurtzfleiſchii *Orationes panegyricas et allocutiones varii argumenti* Witt. 1697. (1. A. 4. pl. in 4.) *eiusdem diſſertat. Academicas varii generis publico nomine conſcriptas* Witt. 1699. (4. A. 3. pl. in 4.) Haec iam habet Kreyſigius. Sed addi poſſunt aliorum quoque programmata publico nomine propoſita, vt in primis Grorg. Caſpar. Kirchmaieri, qui eorundem aliquot centum compoſuit. Nec, qui penitius perſpectas habere cupit res Witrenbergenſes, ſine fructu perleget epiſtolas nonnullorum, quae deinde etiam collectae ſunt, quorſum pertinent: Conr. Sam. Schurtzfleiſchii *epiſtolae arcanae cura H. L. Schurtzfleiſchii* Tom. II. Hall. 1711. et 1712. (3. A. 17. pl. in 8.) et multo magis laudati Buchneri *epiſtolarum partes tres, op. M. Io. Iac. Stübelii.* Franc. et Lipſ. 1720. (2. A. 17. pl. in 8.)

Seculum praeſens ſtatim ab initio ſiſtit electionem Rectoris ante omnes nominandi Magnificentiſſimi, Friderici Auguſti, Principis Regii, poſtea vero Potentiſſimi Sarmatarum Regis et Electoris Saxoniae. Separatim, quibus haec electio facta eſt, ſolennitates deſcriptae ſunt in opuſculo: Das über dem Durchlauchtigſten Rectore Magnificentiſſimo, Ihro Hoheit dem Königl. Pohln. und Hochfürſtl. Sächſiſchen Churprinzen, Herrn Friedrich Auguſt, anjetzo frohlockende Wittenberg, 1702. (Witt. 4. pl. in 4.) Addita ſunt deſcriptioni programma Academiae, et carmina feſtiua. Paulo poſt prodiere *Acta ſecularis ſacri Academiae Wittenbergenſis anno 1702. ſolenni ritu celebrati*, Witt. 1704. (49. plag. in fol.) quae collectio his ſcriptis abſoluitur: Commemoratio ſolennium in ipſo hoc feſto duplex, altera Latina, altera Germanica. Programma Academiae, quo Academiae regimen Principi Regio, Friderico Auguſto, delatum ſignificatur. Sermo Rectoris D. Chriſt. Vateri, Prof. Med. cum magiſtratu abiret, et Principem Regium, Electoratus Saxoniae heredem, Fridericum Auguſtum, Rectorem Magnificentiſſimum proclamaret. Carmina quatuor, vernacula lingua, huius ſolennitatis cauſa conſcripta. Programma, quo nomine Rectoris Magnificentiſſimi, inaugurationis Academiae ſecundi ſeculi ſolenni ritu celebrandi inſtitutum promulgatur. Orationes ſacrae duae huius iubilaei cauſa habitae lingua patria, altera D. Caſp. Loeſcheri, Superint. altera D. Ioh. Georg. Neumanni, Prof. Theol. cum precibus, recitatis orationibus, publice ad Deum fuſis. Actus translati regiminis Academici, ſcilicet Io. Chriſtoph. Wichmannshauſen

hauſen Prorectoris oratio, qua ſententias de futuro ſucceſſore exquirit. D. Phil. Ludou. Hanneckenii, nomine Senatus Academici, reſponſio: Wichmannshauſenii ſermo, quo Neumannum nouum Prorectorem ſalutat, Neumanni ſermo, quo dignitatem in ſe ſuſcipit, et Wichmannshauſeni oratio, qua munus hoc ſuum finit, Neumannumque inueſtit. Conrad Samuel. Schurtzfleiſchii, Prof. Eloq. oratio ſecularis, qua omnium Electorum Saxoniae inde a Friderico III. laudes perſequitur, adiecto carmine graeco. Oratio Hanneckenii inauguralis, praemiſſa renunciatione Doctorum Theologiae, cum ipſis renunciationis et creationis ſolennibus. D. Caſp. Loeſcheri, Procancellarii, ſermo, quo hanc renunciandi facultatem Hanneckenio concedit. D. Gottfr. Sueui oratio, qua petiit a Io. Henr. Bergero, Procancellario Ord. Iurid. vt ſibi liceret, eos, qui nomina ſua dederant, Doctores Iuris renunciare. Bergeri conceſſio. Sueui ſolennis renunciatio et creatio nouorum Iuris Doctorum. D. Io. Gottfr. Bergeri oratio habita ante ſolennem renunciationem Doctorum Medicinae. D. Pauli Gottfr. Sperlingii, Procancellarii, ſermo, quo Bergero facultatem renunciandi eosdem tribuit. Ipſius actus renunciationis et creationis nouorum horum Doctorum Med. deſcriptio. Recens declarati Doctoris, (vt puto, Andr. Kunadi, etenim neque in Actis neque a Georgio nominatus eſt) gratiarum actio, quae Deo, Regi atque Electori Potentiſſimo, Principi Regio Sereniſſimo, Legatis Regiis et Principalibus, Procancellariis, Senioribus et Promotoribus, et reliquis Senatus Academici Membris, Hoſpitibus, aduenis et Ciuibus Academicis dicta eſt. Io. Andr. Planeri programma, quo ad capeſſendos in Philoſophia ſummos honores inuitat. Io. Wilh. Bergeri Poeſ. Prof. Carmen ſeculare. Io. Bapt, Roeſchelii allocutio, qua competitores in ſummo Philoſophiae gradu locandos commendat. Io. Wilh. Bergeri, Decani, refponſio, cum formula creationis Magiſtrorum ſolennis, et nominibus eorum virorum, qui tunc gradu iſto Academico ornati ſunt. Quaeſtio a Volkuto Stephano in hac celebritate propoſita. Schurtzfleiſchii reſponſio. Juſti Chriſt. Vthenii gratiarum actio. Programma Academiae, ad audiendam orationem, alumnorum nomine publice recitandam. Haec ipſa oratio, a M. Chriſtoph. Henr. Zeibichio, Ord. Phil. Adi. concinnata. D. Gottfr. Wegneri, Prof. Theol. Regiomontan. Io. Andr. Gleichii, Orat. Eccleſ. Aul. et Io. Praetorii, Rect. Gymnaſ. Hallenſ. gratulationes, ad Academiam ſcriptae. D. Io. Henr. Bergeri oratio, infra denuo alleganda, et Kirchmeieri ſupra laudata narratio hiſto-

hiſtorica. Adiicitur vltimo ſeries Rectorum et Ordinariorum Profeſſorum Theologiae, Iuris, Medicinae, et Philoſophiae, qui per iſtud ſeculum Academiae ſecundum Academiam rexerunt, amplificarunt.

Deſcriptionem ipſorum huius Iubilaei ſolennium inuenies etiam in hoc Georgii opere, et in alio opuſculo: das jubilirende Wittenberg anno 1702. (3. pl. in 4.) D. Caſp. Löſcheri quoque iubila concio ſupra nominata ſeparatim ſub titulo: Wittenberg Gottes Luſtberg vna cum formulis precationum publice tum recitatarum, et ſolennium in templo parochiali celebratorum rituum deſcriptione edita eſt. (Witt. 1702. 5. pl. in 4.)

Ad generalem huius ſeculi hiſtoriam certo reſpectu iterum pertinent, vt ratione priorum ſeculorum, collectiones nonnullae orationum et ſcriptorum a noſtris Profeſſoribus elaboratorum. Refert huc Kreyſigius D. Io. Georg. Neumanni *programmata Academica,* Witt. 1707. (1. A. 7. pl. in 4.) et Witt. 1722. (1. A. 13. pl. in 4.) et Io. Guil. de Berger *diſſertationes Academicas* Witt. 1717. et 1720 (3. A. 12. pl. in 4.) Sed addi debent eiusdem Bergeri *Stromateus Academicus* Lipſ. 1745. (6. A. 8. pl. in 4.) nec non Chriſtiani Cruſii, et poſtea Celeberrimi Ioann. Frider. Hilleri Eloquentiae apud nos Profeſſorum programmata, quae variis dátis occaſionibus promulgata ſunt. Et Cruſiana quidem pleraque continet opus a Klotzio, Hallenſis Academiae quondam ornamento, editum: Chr. Cruſii *opuſcula ad hiſtoriam et humanitatis litteras ſpectantia.* Altenb. 1767. (23. pl. in 8.) Verum quod intuitu horum ſcriptorum omnium animaduertendum eſt, per ſe intelligitur, ea non omnia agere de Wittenberga, aut rebus Wittenbergenſium, ſed de quibuscunque, quae placuerunt auctoribus, materiis, his tantum, quae funebria ſunt, et vitam demortuorum continent, et nonnullis forſitan aliis exceptis. Itaque reliqua eatenus tantum rebus Wittenbergenſibus lucem affundunt, quatenus ex iis cognoſcimus, hoc et illud certo tempore apud nos accidiſſe.

De Iubilaeorum anni 1717. et 1730. celebratione, nec non de pia memoriae beati Lutheri recordatione anno 1746. iam ſupra nonnulla. Sequatur igitur annus 1748. quo Academia memoriam pacis Weſtphalicae ſolenni ritu renouauit. Oratoris prouinciam in ſe ſuſcepit Illuſtris D. Erneſtus Martinus Chladenius, qui nunc Ordinem Iuriſconſultorum huius Academiae, Scabinatum, et Conſiſtorium Eccleſiaſticum, quae in hac vrbe conſtitutae ſunt curiae, decentiſſime dirigit,

Sereniſſimo Electori Sax. a conſiliis aulicis, et Curiae Prouincialis Aſſeſſor, Patronus meus ſummo pietatiu cultu proſequendus, cuius oratio, meis laudibus maior, qua, pacem Weſtphalicam plane inter exempla haberi, demonſtrauit, vna cum ipſius elegantiſſimo programmate, quo feſtus ille dies indictus eſt, de abuſu bullae Brabantinae, et carmine ſeculari vernaculo iunctim eodem anno 1748. edita eſt.

Quae anni 1755. et vrbis et Academiae fuerit laetitia, et quod eam deſcripſerit Georgius, ſupra iam recenſui.

Annus 1760. medios quamuis inter belli ſtrepitus, Academiae tamen, et Ordini praeſertim Philoſophico eatenus laetus erat, quatenus memoriam recoluit Melanchthonis, viri, cui Academia, quod attinet ad ſcientias elegantiores, inprimis famam laudesque ſuas debet. Cum enim ante CC. annos mortuus fuiſſet hic Germaniae Praeceptor, feſtos dies in ipſius honorem agebamus, quibus et Celeberr. Titius. Decanus t. t. Ord. Philoſ. et Benj. Gottl. Laurent. Boden, nunc Prof. Gr. Lingu. Meritiſſimus, et Adolph Iulian. Boſe, poſtea Med. Doctor et Prof. Extraord. ſed placide iamiam defunctus, publice verba fecerunt, vt orationibus Philippi laudationes proſequerentur, quod factum quoque in duobus programmatibus, quibus ad has orationes audiendas inuitauit, Boſii patris, Prof. Phyſ. paulo poſt mortui eo tempore Rectoris Academiae (1. pl. in 4.) et Ordinis Philoſ. (1. pl. in 4.) nomine Eloq. Prof. Cruſius, quae duo ſcripta in collectione quoque Cruſianarum proluſionum paulo ante citata pag. 112—128. reperiuntur, Edita etiam ſunt una cum aliis huc pertinentibus in opere, quod Optimi Titii noſtri cura prodiit, ſub titulo: *Memoria Philippi Melanchthonis finito poſt eius obitum ſaeculo ſecundo auctoritate Ord. Philoſ. Wittenb. celebrata, cum Decanus eſſet Ioannes Daniel Titius.* Lipſ. 1760. (13. pl. in 4.) Continet hoc opus programma Cruſii nomine Ordinis Phil. emiſſum, eiusdem Cruſii in examine Candidatorum publico pro candidatis ad Decanum rogationem, Titii Decani reſponſionem, Titii in ſolennibus Magiſtrorum creandorum recitatam orationem, fragmentum allocutionis Boſii patris, qua candidatos in actu promotionis commendauit, reſponſionem Decani cum ipſa renunciatione nouorum Magiſtrorum, Chph. Hofmanni recens creati Magiſtri propoſitam, ex more antiquo, quaeſtionem, Car. Gottlob Sperbachii Prof. Orient. Lingu. et Ord. Phil. Senioris ad eam quaeſtionem reſponſionem, Bodeni orationem in laudem Melanchthonis, barbariem ſaeculi ſui repellentis, Boſii filii gratiarum actionem

quae

quae ex maiorum inſtitutione ſolet ab vno ex recens creatis Magiſtris peracta fieri promotione, vitas omnium, qui hoc feſto die gradum aſſecuti erant Magiſtri, alterum Cruſii programma ſupra laudatum, et Boſii orationem in templo Academico recitatam, cum poemate germanico ante et poſt hanc orationem decantato, quorum pleraque vitam Melanchthonis et antiquitates Academicas, noſtrae inprimis, egregie illuſtrant.

Quae tandem de gaudiis annorum 1763. 1768. et 1770. enarrari poterant, horum ſupra memini.

Praeterea, quicquid annis 1712. 1713. 1719. 1720. 1722. — 1724. in Academia geſtum propoſitumque eſt, comprehenditur in libris: *Acta Academiae Wittenberg. ab anno* 1712. — 1713. Witt. 1724. (in 8.) Io. Chriſtoph. Coleri Facult. Phil. Adi. *Acta Litteraria Academiae Wittenbergenſis*, Witt. 1719. (7. pl. in 8.) et Witt. 1720. (6. pl. in 8.) item: Anonymorum *Acta Academiae Wittenb. in Rectoratu Ge. Fr. Schröeri annis 1722. et 1723.* Witt. 1724. (15. pl. in 8.) *Acta Acad. Witt. in Rector. Chriſtoph. Henr. de Berger anno 1723.* Witt. 1724. (17. pl. in 8.) et *Acta Acad. Witt. in Rector. Io. Henr. de Heucher annis 1723. et 1724.* Witt. 1725. (13. pl. in 8.) Siſtunt hae collectiones nomina Profeſſorum, lectiones eorum publice indictas, (quibus tamen hac in re tempore praeſenti palmam eripit cel. Titii diarium, quod lectiones priuatorum docentium quoque exhibet) titulos et contenta diſputationum publice habitarum, programmata, et eorum quidem, quae Rectoris nomine publicata ſunt, plurima integra, commemorationem de orationibus dictis, ſcriptis alias editis, obſeruationibus Mathematicis et Phyſicis, et ſolennibus Doctorum Magiſtrorumque creationibus, quorum nomina adiecta ſunt, vt haec ephemerides locupletiſſimum rerum Academicarum noſtrarum exhibuiſſent theſaurum, ſi continuatae eodem modo fuiſſent. Sed ſucceſſit inde ab anno 1734. aliud inſtitutum, a quo tempore conſpectum hiſtoriae Academicae miniſtri publici quotannis compilarunt, quem ſtrenae loco offerre ſolent. Varium iſta collectio titulum quidem habet, ſed, quae ibi continentur, quotannis ſibi fere ſimilia ſunt. Ab an. 1734. — 1750. titulus eſt: *Conſpectus Diſputationum et Programmatum ſcriptorumue aliorum in Acad. Wittenb. confectorum, additis nominibus Doctorum et Magiſtrorum renunciatorum.* Anno 1751. *horti Muſarum amoeniſſimi, id eſt, Conſpectus Diſſertationum etc.* Anno 1752. *Acta litteraria Academiae Wittenberg. ſiue Conſpectus etc.* ab anno 1753. vsque ad praeſentem: *Wittenberg. Academiae monumenta publica ſiue conſpectus etc.* Witt. 1734. — 1774. (85. pl. in 4. omnibus his ſchedis computatis.)

Pro-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/45
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Profeſſorum, qui in Academia fuerunt, famam nonnulli praeter eos, quos huc vsque nominaui, et qui generaliter de hac noſtra Muſarum ſede ſcripſerunt, peculiaribus celebrare ſchedis annisi ſunt. Huc pertinet: Godofr. Wegneri *gratulatoria epiſtola ad Academiam* Iubilaei anni 1702. cauſa miſſa, in Actis hui. Iub. p. 146. — 157. inuenienda, qua Profeſſores omnium Facultatum plerosque, qui per duo ſecula docuerant, praeſertim tamen Theologos, nominat, nonnullos laudat. Peculiari Diſputatione M. Io. Barthol. Lenzius *Profeſſorum natione Francorum, qui Wittebergam illuſtrarunt, ſeriem recenſuit*, reſp. Chr. Sam. Lozbeck. Witt. 1702. (5. pl. in 4.) Hos non tantum nominauit, ſed de vita eorum ſcriptisque multa memorabilia enarrauit. Extat quoque Io Toſtii, Vratislau. Poetae Coron. *Wittebergenſium Profeſſorum deſcriptio, qui an. 1582. floruerunt, et publice in Academia docuerunt.* Witt. 1582. ($1\frac{1}{4}$. pl. in 4.) quae ſcriptiuncula continet epigrammata in ſingulos Profeſſores aliosque, qui eo tempore docebant. Similis huic eſt M. Dan. Ieſſensky de Kis Ieſſen *Coloſſus Anagrammaticus quam ex nominibus illuſtris ad Albim Academiae erexit* Witt. 1703. ($1\frac{1}{2}$. pl. in 4.) luſus in nominibus Principum Nutritorum et Profeſſorum, qui eo anno viuebant.

Nec deſunt, qui de ſingulis, vt vocari ſolent, Facultatibus nonnihil prelo tradiderunt. Ad ordinem Theologorum pertinet D. Iac. Andraeae *oratio de inſtauratione ſtudii Theologici in Academia Wittenberg. ſecundum doctrinam Lutheri*, Witt. 1577. (5. pl. in 4.) et Ien. 1577. (2. pl. in 8.) ex quo ſcripto videre licet ordinem lectionum et diſputationum Theologicarum, methodum docendi in ſchola et templo, aliaque eius temporis notatu digna. M. Balth. Mentzii liber: *Elogia praecipuorum Doctorum ac Profeſſorum Theologiae in Academia Wittenbergenſi*, Witt. 1606. (11. pl. in 8.) comprehendit, praemiſſa in vernacula praefatione hiſtoria de ſtatu religionis Wittenbergae tempore Lutheri et inſequenti, deinde latina narratione de initiis et incrementis Academiae Wittenbergenſis, deſcriptionum vitarum et ſcriptorum Lutheri, Caſp. Crucigeri, Inſt. Ionae, Io. Förſteri, Io. Bugenhagii, Melanchthonis, Io. Draconitae, Paul. Eberi et Ge. Maioris. Cum hoc libro eiusdem Mentzii opuſculum iam allegatum de Electoribus Sax. et Paſtoribus Witt. coniungendum, ſiquidem illi Paſtores ſimul Theologiae Profeſſoris munere functi ſunt. Paſtores, quorum vitas enarrauit, ſunt, Sim. Heins, Bugenhagen, Eberus, Fr. Widebram, Caſp. Eberhard, Polyc. Leyſer, Dau. Voit, Vrb. Pierius, Aeg. Hunnius, Ge. Mylius, et Fr. Balduin. Porro ad hanc claſſem referendi; M. Io. Ad. Calonis *renouatus Theologorum Witten-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/46 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Wittenbergenſium conſpectus Witt. 1713. (1. pl. in 4.) *Catalogus Theologorum Wittenbergenſium* adiectus Scharfii diſſert. de reformat. Lutheri Witt. 1625. (3. pl. in 4.) Pezelii Erzählung, was ſich mit denen an. 1574. vertriebenen Wittenbergiſchen Theologen begeben, Bremen 1580. (in 4.) Io. Bismarci *vitae et res geſtae praecipuorum Theologorum Wittebergenſium*, Hall. 1614. et Baſ. 1657. (in 4.) et, ſi prodiiſſet, cuius Kreyſigius tanquam promiſſi libri meminit, Io. Chriſtoph. Coleri *vitae Theologorum Wittenbergenſium.* Primam poſt eccleſiae reformationem inaugurationem Doctorum Theologiae, quae incidit in annum 1533. celebrauit peculiari ſcripto b. D. Car. Gottlob Hofmann, ſcilicet in *programmate, quo ad ſolennem D. Hirſchii renunciationem inuitauit*, Witt. 1753. (2½. pl. in 4.) in quo huius panegyris hiſtoria partim enarratur, partim contra Arnoldum in ea re laſciuientem defenditur. Alius ex inſequentibus hiſtoria explicatur in libello: *Solennitas Doctoralis, qua in Academia Wittenb. per D. Salom. Geſnerum quinque reuerendis et clariſſ. viris D. Dan. Cramero etc. honores Doctorei in Facult. Theolog. collati ſunt*, Witt. 1599. (12. pl. in 8.) quem ipſe Geſnerus, vt docet dedicatio, edidit, et qui non ſolum ſolennitatum in renunciatione deſcriptionem, ſed integras etiam orationes, quae habitae ſunt, continet. Solennitates renunciationis etiam in Actis Acad. Iubil. a 1702. enumerantur, quod ſupra annotaui. Cum haec Facultas purae doctrinae lumen, ab ipſius membris reſtitutum, tueri plerumque anniſa ſit, fieri vix potuit aliter, quin nonnunquam ab his, quorum aut ambitio, aut nouitatis ſtudium, aut alia animorum commotio veritatem ferre nolebat, vel conuitiis ſit laceſſita, vel ſaltim contemtim habita. Ea res autem effecit, vt neceſſariae fierent Ordinis defenſiones, quarum quam plurimae editae ſunt, quae tamen, ſi recte opinor, magis ad hiſtoriam litterariam, quam ad ſcripta de rebus Wittenbergenſibus pertinent. Vltima, niſi fallor, prodiit an. 1752. ſub titulo: der Theologiſchen Facultät zu Wittenberg gründliche und Actenmäßige Ablehnung derer wieder dieſelbe zeithero ausgeſtreueten Unwahrheiten, Witt. (4. pl. in 4.) Ad eruditos Ordinis labores pertinent diſputationes. Ex his nonnullae aliquando fuerunt collectae. Ita extant: *Diſputationum Theologicarum in Acad. Wittenberg. ab an. 1600. vsque ad annum 1615. publice habitarum Tomi III.* Witt. 1623. et 1625. (9. A. 9. pl. in 8.) Taceo eas collectiones, quae continent ſingulorum quorundam Wittenbergenſium Theologorum, vt Wernsdorfii, Hofmanni all. diſſertationes.

Ordo Iurisconſultorum primum, qui eius laudes celebrauit, habuit D. Ioann. Zangerum, ipſius ſeniorem, in *oratione ſeculari habita* 1602. quae cum Reusneri, Hirsbachii, Groſſii et Förſteri, Ordinis Aſ-

feſſorum, carminibus ſecularibus Witt. 1602. prodiit, (6 pl. in 4.) deinde etiam Actis Iub. 1602. (Cc. 3.—Gg. 4.) et Sueui libro (Dd 3.—Hh 1.) inſerta. In hac habemus, vt ipſius auctoris verba ſunt, hiſtoriam de initio et incrementis ſtudiorum iuris in hac Academia ſub Electoribus Saxoniae ſex Illuſtriſſimis, (Friderico III. vsque ad Chriſtianum I.) et de eorum beneficiis cum in facultatem Iuridicam tum in totam Academiam collatis, ex opuſculis et manuſcriptis reliquis bona fide collectam. Sed multa etiam tractat de ipſa vrbe, Academiae fundatione, et his, quae ad famam Iurisconſultorum Wittenbergenſium illius temporis facere poſſunt. Hunc ſecutus eſt poſt centum annos D. Ioann. Henr Berger, Profeſſor Iuris apud nos, in *oratione de ICtis ſuperioris ſeculi in Academia Wittenbergenſi*, habita 1703. cum magiſtratu Academico abiret, addita Actis Iubil. 1702. pag. 161. — 175. et, quam promulgauit Lipſ. 1705. enarrationi L. X. D. de iure fiſci, et L. II. C. qui et aduerſ. quos in integr. reſt. non poſſ. pag. 181.—215. In hac oratione nomina, doctrinam, et opera Iureconſultorum, quos in numerum Profeſſorumm recepit Academia ſeculo XVII. poſteritati commendat. Latet etiam opus Sueui, referente Kreyſigio: *Vitae ICtorum Wittenbergenſium*, quod publicatum eſſe non comperi. Formula et ſolennitates, qua Doctores Iuris olim publice renunciati ſunt, (hodie enim a ICtis et Medicis illud in ſolius ordinis conſeſſu ſine magnis ambagibus fieri ſolet,) inueniuntur in Tom. II. Declamat. Melanchth. pag. 467.—480. et in Actis Iubil. anni 1702.

Medicus ordo ſequitur, cuius exiſtimationem plures quoque ſcriptis ſuis condecorarunt. Primus eſt D. Andreas Schato, Prof. Medic. in *oratione ſeculari an. 1602. habita.* Witt. 1602. (4. pl. in 4. et in Act. Iubil 1602. Hh. 2.—Ll. 2. item in Sueui libro Hh. 2.—Ll. 1.) Hunc excipit D. Ioa. Gottfr. Berger, Med. Prof. *in oratione, quam recitauit in ſeculari inauguratione Doctorum Medicinae*, 1702. in Act Iubil. anni 1702. pag. 100. — 105. (vbi ſphalma CIↃ IↃ C C IIII corrigendum) Ille initia et incrementa ſtudii Medici in hac Academia, hic potiores, quibus ornata vsque ad ſua tempora Witteberga fuit, collaudat Medicos. Tertius eſt D. Frider. Börner, Med. olim apud nos Prof. Extraord. qui duo programmata, quibus lectiones ſuas indicebat, hac inſcriptione edidit: *Memoriae Profeſſorum Medicinae in Academia Wittenbergenſi inde a primis illius initiis renouatae ſpecimen I.* Witt. 1755. ($2\frac{1}{2}$ pl. in 4.) *ſpecimen II.* Lipſ. 1756. ($2\frac{1}{2}$ pl. in 4.) In his ſpeciminibus XXV. priores Medicae artis Profeſſores a Pollichio ad Ioannem Ieſſenium, omnes ſeculo XVI. receptos, nominat, potiora de iis memoranda deſcribit,

et

et ſeriem Doctorum Medicinae per iſtud ſeculum creatorum addit. Ex his doctoribus vnus eſt, dubius propter Sennerti et Sueui relationes, Mattheus Ratzenberger. Huic filiationem reſtituit Experientiſſimus et Celeberrimus D. Georg. Auguſtus Langguth, Ordinis Medicorum apud nos Senior, in *programmate* an. 1755. ſcripto, *quo Panegyrim Medicam ſecularem*, quae propter feſtum iubilaeum tunc publice in templo Academico celebrabatur, *indixit*. (2. pl. in 4.) Solennia ipſa in creandis Medicinae Doctoribus, ſicubi hoc publice fit, recenſentur in Actis Acad. Iubil. 1702. vt antea indicaui.

Ordinem Philoſophorum ita peculiaribus ſcriptis colluſtratum non inuenio, vt vel ipſius primordia, vel totius Collegii Profeſſores enarrati ſint. Attamen memoriae anteceſſorum ſuorum ſtuduit Franciſcus Wockenius, qui linguas orientis apud nos docebat in Diſp. *de Profeſſorum linguarum orientalium Academiae Wittenb. in Philologia ſacra meritis*, a reſp. Rud. Frid. de Wichmannshauſen defenſa Witt. 1730. (3. pl. in 4.) et poſtea ei. Wockeni *bibliothecae* (*Wittenbergenſi*) *theol. philol. philoſ. hiſtor.* Vol. I. part. II. (Wittenb. 1730.) pag. 114—163. inſerta. Vt obſeruentur leges tam in docendo, quam in diſputando, ſanctione ſua haec Facultas conſtituit, cui titulus: *Decanus, Senior, et reliqui Facult. Philoſoph. Profeſſores Publici, Philoſophiae ſtudia vel tractantibus vel adiuuantibus priuatim docendo.* Witt. 1702. (1. pl. in 4.) Ritus creandi Magiſtros, quorum gradus eſt ſummus, quem confert ordo Philoſophorum, vti ſupra monui, in Actis Iubil. 1602. et 1702. item inter declamationes Melanchthonis, et in appendice adiecta orationi, quam Wolfg. Franzius an. 1596. de oraculis ethnicis habuit, forſitan etiam alibi, inueniuntur.

Academia in ſuos exercet iurisdictionem, de qua egit Wabſtius aliquoties citatus, Nachricht von des Churfürſtenthums Sachßen Verfaſſung der Juſtitz, Sect. II. cap. X. Eſt autem ea duplex, tum in eos, qui corpus Academicum conſtituunt, tum eos, qui in pagis, Academiae ſubiectis, habitant. Scilicet Academiae ſubſunt nonnulli pagi, dotem ipſius conſtituentes, quorum nomina ſunt: Eutſch, Reuden, Meltzwig, Bolnsdorf, (vulgo Apolnsdorf) Piſtritz, Teuchel, Köpnick, Ditrichsdorf, Absdorf, vnde corrigenda tabula a Wabſtio libro memorato adiecta pag. 18.

Antiqua Academiae ſtatuta an. 1508. ſub Electoris Friderici ipſius nomine data ſunt. Summa eorum capita exhibet Sennert in Athen. pag. 47. quorum ſunt XXIX.

Statuts ſuis peculiaribus Academia gaudet in ſucceſſionis materia, an. 1694. pactis, et an. 1696. ab Electore Sereniſſimo confirmatis, quae publici fecit iuris Hofmann in ſtatutis localibus P. II. pag. 270.

Leges Academiae, quae ſub hoc nomine aliquoties editae ſunt, inprimis diſciplinam ſpectant, et lectiones. Reperiuntur autem hae leges etiam in T. I. ſcriptor. Wittenberg. ſupra allegatorum. Vbi ſeparatim prodierunt, hunc titulum prae ſe ferunt: *Academiae Wittenbergenſis leges, quae bis quotannis publice recitantur*, Witt. 1546. (4. pl in 8. etiam 1545. in 4. 1562. in 8. 1573. in 4. et 1595. in 8. ſecundum Kreyſigium) Etenim olim hae leges quotannis bis, et quidem in concione publica ſtudioſorum, vt docent programmata in ſcriptis Wittenb. inuenienda, praemiſſa Rectoris allocutione et ſequente ipſius adhortatione, vt didici ex declamat. Melanchthonis Tom. II. pag. 397. ſeq. et 405. ſeq. item ex Tom. VII. ſcript. publ. propoſ. in Acad. Witt. pag. 267. et 460. vbi orationes tales inueniuntur, ne memoria exciderent, praelegebantur. Illa editio anni 1546 continet leges de ſtudiis auditorum ſex, de moribus eorundem ſeptem, Artickel der Ordnung zu Unterhaltung friedlicher Weſenheit in unſer Stadt Wittenberg, Statuta collegii Facultatis Theologicae 16. legibus comprehenſa, leges Collegii Facultatis liberalium artium, quas Philoſophia continet, duodecim. Alia compilatio: *Leges Academiae Wittenb. de ſtudiis et moribus auditorum*, Item Artickel etlicher nothwendtger Ordnung und Satzung zu Erhaltung guter Policey etc. aus Beſtätigung des Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn Auguſti, Churfürſten zu Sachſen, von der Univerſität Wittenberg und einem Erbarn Rath publicirt. Witt. 1597. (12½. pl. in. 8.) continet 6. de ſtudiis, 10. de moribus leges, Artickel der Ordnung zu Unterhaltung etc. Electoris Auguſti mandatum contra tumultuantes d. a. 1571. lingua vernacula, ſtatuta Facult. Theolog. et Philoſoph. vt in priore editione, Artickel etlicher nothwendiger Ordnung zu Erhaltung guter Zucht und Diſciplin, den 1. May publicirt 1562. in quibus ſic dictis articulis primo confirmatio Electoris Auguſti poſita eſt, deinde ſequitur prooemium, poſtea nonnulli articuli de hoſpitibus et inhabitatoribus deſcripti ſunt, porro alii ſub his inſcriptionibus: von der Wacht, den Fechtern, Schneidern, Pluderhoſen und anderer Kleidung, Kremern, Hausvermietung und Stubenzinß, Verlöbnißen, Hochzeiten, Mahlzeiten und Eſſen auf den Hochzeiten, dem Getränck, den Famulis, Dantzen, Spielleuten, Ausſpeiſen. His addita eſt Warnung von vielfältigen ſchädlichen Borgen zu vermeiden, alia eiusdem tenoris latina admonitio, tertia idem continens d. a. 1571.

verna-

vernacula, praeceptum de nuptiis latinum, d. a. 1571. Ordnung und Wiederhohlung etlicher Satzungen, belangend die Kleidung der Studenten in der Univerſ. Witt. mit der Tax der Kleidung d. a. 1568. Fleiſcher und Beckerordnung d. a. 1569. Statut der Univerſ. Witt. von Ausfordern und Provocirn. Churfürſtl. Mandat die Strafe derer, ſo in dieſer Univerſität Häuſer ſtürmen, Aufwiegelung anrichten, auch Famos Schriften ausſprengen, betreffend. d. a. 1583. Academiae mandatum de his, quae prelo ſubmittuntur d. a. 1586. aliud mandatum Electorale de tumultibus d. a. 1587. Rectoris et Senatus Acad. litterae, quibus horum mandatorum obſeruatio iniungitur d. a. 1591. aliud eiusdem tenoris mandatum d. a. 1593. et aliud Electorale mandatum, omnia haec repetens, et perſonatas ambulationes, (Vermummen appellatur) prohibens, d. a. 1595. quae mandata in Codice Auguſteo non reperiuntur. Porro eaedem *leges* prodierunt *ſub eodem titulo*: Witt. 1607. (9. pl. in 8. et 1613. 8. pl. in 8.) In hac editione ſtatuta Faculr. Theolog. et Philoſ. omiſſa ſunt, etiam multa ex ſuperius excitatis praeceptis d. a. 1562. praeterea latina admonitio de mutuo nimio, lex de nuptiis, repetitio ordinationis veſtiariae, leges laniis et piſtoribus datae; ſed addita e contrario ſunt repetita magiſtratus Academici et oppidani lex tumultus prohibens, d. a. 1596. Electoris mandatum, quo interdicuntur ſtudioſis venationes d. a. 1602. Electoris et magiſtratus vtriusque mandata, ne fiat iniuria his, qui nuptialibus interſunt feſtiuitatibus d. a. 1602. omnia Germanice, Academiae ſtatutum latinum in eos, qui ignem iaculantur d. a. 1605. aliud eiusdem latinum, vt ſatisfiat creditoribus d. a. 1606. mandatum aliud electorale de venationibus germanicum, et Academiae programma edictale latinum d. a. 1607. admonitio latina Academiae ad ſtudioſos, vt leges obſeruent d. a. 1607. iuramentum praeſtandum ab iis, qui in numerum ſtudioſorum recipiuntur, verbis latinis conceptum, et illuſtratio legis de armis non ferendis d. a. 1607. Formulum iuramenti antiquam pariter ac recentiorem Sueuus in Acad. Wittenb. recentiorem etiam Sennertus in Athen pag. 54. exhibent. Leges de ſtudiis et moribus ſtudioſorum, verum vndique immutatas, et quoad verba, plane diuerſas ab illis, quae annis 1545. — 1613. prelo ſunt mandatae, numero XXX. in vtroque opere reperies. Hae ipſae autem recentioribus temporibus multum auctae ſunt, et nunc, vti his, qui nomina ſua apud Rectores profitentur, et matriculae inſcribuntur, vna cum exemplo mandati Electoralis de tumultibus d. a. 1691. et programmatis Academici huc ſpectantis d. a. 1709. item mandati Regii et pro-

grammatis Academici, quae in eos, qui turbant feſtiuitates nuptiales, ſcripta an. 1736. nec non intimationis Academiae germanicae a Principe confirmatae de ſoluendo honorario pro collegiis, traduntur, numerum XLII. attingunt, quibus adiectum eſt iuramentum nouorum ſtudioſorum antiquitus receptum. (1. pl. in fol.) Praeterea ſunt innumera mandata, quae ab Academia per tot annorum ſpatium emiſſa, e. g. vt quorundam tantum faciam mentionem, de tumultibus in plateis d. a. 1722. de canibus d. a. 1726. de illuſione praeſidiariorum d. a. 1738. de habitatione in Collegio Friderici d. a. 1749. de ambulationibus immodeſtis d. a. 1755. de teſtimoniis impetrandis a Studioſis, qui finitis ſtudiis ad officia publica admoueri cupiunt, d. a. 1760. etc. quae omnia ennmerare, ſuperuacaneum exiſtimo.

Cum vero his certo modo annumerari poſſint lectionum catalogi, qui, vt in aliis Academiis, quotannis bis proponi publice ſolent, de his annotaſſe forſitan non prorſus erit iniucundum, eos ab anno 1773. aliam induiſſe formam. Etenim antea abſoluebantur indice lectionum a Profeſſoribus ordinariis recitandarum, et in forma, quam dicimus in folio, patente excudebantur, ab iſto autem anno, ex iuſſu principali, omnium, qui docent, lectiones continent, formaque minori, plagis nempe quaternis, exhibentur.

Curam quoque viduarum geſſit Academia et orphanorum, quos Profeſſores relinquunt. Nam ſeparatus etiam a caeteris rationibus eſt ille, qui ad hanc curam pertinet, fiſcus. Coepit hoc inſtitutum ſuperiori ſeculo, et ante viginti circiter annos impreſſum eſt pactum a Principe Sereniſſimo confirmatum: *Fundation* des Wittwen und Waysen *Fiſci* bey der Univerſität zu Wittenberg A. C. MDCXCVI. (2. pl. in 4.)

Varia ſunt, quae in vſum publicum Academiae deſtinata, aedificia, templum Academicum, Collegium Friderici, in quo Auditorium maius ſiue Theologicum, Medicum cum theatro Anatomico, et Philoſophicum, Collegium Auguſti, in quo *Bibliothecae* publicae, Muſeum publicum, Auditorium Alumnorum Electoralium, Coenaculum Conuictorum, et hortus Botanicus. Collegium Iuridicum, quod tamen an. 1760. exuſtum, Burſa Sophiae olim, vt fama fert, vidualitium Electorale, poſtea auditorium Iuridicum, et tandem priuata domus, Xenodochium, etc. De collegiis paſſim agunt ſcriptores ſupra nominati, Sennertus, Sueuus, Mentzius, alii.

Biblio-

Bibliotheca Academiae describitur in Andr. Sennerti *Bibliotheca publica seu Catalogo bibliothecae Wittenberg.* Witt. 1678. (7. pl. in 4.) Parua fuit eo tempore haec erudita suppellex. Sed, qua olim gaudebat Academia, bibliotheca tempore Mauritii Electoris Ienam translata est. Deinde a Sennerti temporibus ea mirum in modum, partim ex reditibus ad eam amplificandam destinatis, partim multorum priuatorum, Dassouii inprimis liberalitate aucta est. Est et alia publica Bibliotheca, Hungarica nominata, propterea quod tantum Hungarorum, qui hic in litterarum versantur studio, vsui inseruit, fundata a b. Ge. Michaele Cassai, (vid. Kirchmaieri Progr. d. a. 1725. supra citatum) quae a proprio Bibliothecario curatur, et pariter in Augusti Collegio, vt Academica, visitur. Liceat statim alias duas Bibliothecas quasi publicas subiungere, alteram Oppidani Senatus, quae in curia asseruatur, alteram Ecclesiastici Ministerii, quae in parochiali templo in conclaui supra eum locum, qui sacrarium appellatur, conspicua. Neque priuati eruditi huius loci in colligendis libris vllo tempore fuerunt desides. Ex his priuatorum bibliothecis, quae meo tempore inprimis concelebrabantur, eminuerunt, Bosii, Prof. Phys. ingentibus sumtibus comparata, quae an. 1760. flammis correpta periit, Bergeri Eloquent. Prof. an. 1752. distracta, Rysselii, Electoralis praefecti, auctionis lege vendita an. 1733. Hofmanni, Prof. Histor. an. 1741. veno subiecta, et D. Reichii, Syndici Senatus, ex parte adhuc superstes. Plures nominare inutile existimo. Nam et hos, qui docent hoc ipso tempore in Academia, lectissimam librorum possidere copiam, quilibet, vel me tacente, intelliget. Manuscriptorum praesertim antiquorum pariter ac recentiorum magna copia instructa erat Bergeri bibliotheca, quorum catalogus an. 1753. seperatim editus est.

Museum publicum Academiae, in quo inprimis praeparata Anatomica inueniuntur, celebratum est scriptis Vateri, quibus sunt tituli: *Regii in Academia ad Albim Musei Anatomici Augustei Catalogus vniuersalis, praeparata anatomica Ruyschiana etc. exhibens, cum orationi de Museis, qua conclaue nouum ad condendum thesaurum regium sub consulatu suo exstructum inaugurauit D. Abrah. Vater.* Witt. 1736 (7. pl. in 4. cum icone Musei in aes incisa) et: *Regii in Academia ad Albim Musei anatomici catalogi appendix.* Witt. 1746. (in 4.) At enim vero hoc museum postea varie auctum fuit, et nouissime beneficio ingenti b. D. Sam. Kretschmari (vid. Wochenbl. an. 1768. pag. 13. et an. 1774. pag. 239.) Cum iam in tractatione de Museis versor, priuata etiam nonnulla enarrabo.

Ipse

Ipſe Vaterus quoque Muſeum rariorum rerum collegerat, de quo prelo tradita fuit ſcriptura: *Catalogus variorum exoticorum rariſſimorum, maximam partem incognitorum et nullibi deſcriptorum, partim Medicinae, partim curioſitati inſeruientium, quae in muſeo ſuo poſſidet.* Witt. 1726. (in 4.) et alia: *Abr. Vateri Muſeum Anatomicum proprium cum praef Laur. Heiſteri.* Helmſt. 1750. (20. pl. in 4. cum XII. figurarum in aes inciſarum tabulis.) Poſterius opus, prius enim non vidi, libro I. ſicca praeparata, et libro II. in liquore conſeruata ſiſtit, cui adiiciuntur hiſtoriae et obſeruationes, quas fecit Vaterus, rariores Anatomicae. Iſta erudita cimelia, quorum ea, quae enumerata in priori ſunt libello, poſt annum 1726. vsque ad Vateri mortem indies numero aucta fuerunt, ad hunc vsque diem ab ipſius Vateri Vidua, Matrona Honeſtiſſima, conſeruantur. Deinde Mart. Gotth. Löſcherus, Prof. Phyſ. tale quid ornauerat, de quo vide: das Verzeichniß, was er in ſeinem *Muſaeo* an *Inſtrumenten*, *Materialien*, *Praeparatis Anatomicis*, und andern *Curioſitäten* beſitzt, in ipſius: Academiſche Arbeit. Witt. 1723. (in 8.) pag. 115.— 190. Haec quoque penus poſtea aucta, ſed commune diſtractionis fatum an. 1747. quod catalogus, eo anno publici iuris factus, docet, experta eſt. Extat etiam D. Chr. Warlitzens *Muſeum curioſum auctum*, oder Beſchreibung der raren und ausländiſchen Sachen bey Chr. Nicolai, Apothekern in Wittenberg. Witt. 1710. (7. pl. in 4.) quae collectio poſtea priuatim diſperſa eſt. Nec defuerunt antiquitatum et numismatum collectores. Pertinet huc: *Muſeum Io. Guil. de Berger, conſtans ex nummis omnis magnitudinis, variarumque gentium, argenteis, aeneis antiquiſſimis, gemmis, ſignis, vaſis, lampadibus, etc.* Lipſ. 1754. (26. pl. in 8.) Hoc Muſeum adhuc ab heredibus in hac vrbe aſſeruatur, bonis tamen conditionibus venale eſt. Deinde habuimus collectionem numiſmatum a conſule Chr. Theoph Ludouico factam. Prodiit catalogus ſub titulo: *Numophylacium Ludouicianum ſiue recenſio numismatum Graecorum Romanorum etc. cum bibliotheca Ludouici numismatica.* Witt. (38. pl. in 8.) Ea collectio poſtea auctionis lege an. 1744. vendita eſt. Ingentem quoque copiam tum antiquorum ſigillorum, tum nummorum Germanicorum, inprimis Saxonicorum, et inter hos praecipue groſſorum, (quos peculiari opere Nachricht von Groſchen und Schockgroſchen Witt. 1728. deſcripſit,) ſibi comparaeuerat, vir de Senatu oppidano, dum viueret, incredibiliter meritus, Conſul Polyc. Sam. Wagner. Nummi recentiores inter heredes diuiſi, caeteri et ſigilla publice venum expoſita ſunt, vt videas ex catalogo Witt. 1773. (9. pl. in 8.) Lapides tandem nobiliores olim Gottfr. Flörcke,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/54 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Flörcke, Med. Doct. et Consil. Aulic. Reg. Pol. et Elect. Sax. congesserat, quae collectio apte dispositа, quatenus flammis erepta, adhuc a b. Georgii vidua, possidetur.

Hortus Academiae suos laudatores inuenit in D. Io. Henr. Heuchero, Med. apud nos olim Professore, et D. Albr. Vatero, eius successore. Prelo enim subiecti sunt hi libri: *D. Io. Henr. Heucheri index plantarum horti Medici Academiae Wittenbergensis* Witt. 1711. (10. pl. in 4.) *ei. noui prouentus horti Medici Acad. Wittenb.* 1711. (12. pl. in 8.) et 1713. (13. pl. in 4.) in quibus plantae secundum ordinem ex florum diuersitate petitum non nominantur tantum, sed etiam describuntur. Hos exceperunt *D. Abr. Vateri Catalogus plantarum inprimis exoticarum horti Academici Wittenberg.* Witt. 1722. (6½ pl. in 4.) *eiusd. supplementum catalogi plantarum, sistens accessiones nouas, quibus hortus Acad. Wittenberg. hucusque auctus est.* Witt. 1724. (4. pl. in 4.) quod vtrumque opusculum ordine compositum est alphabetico, et ei. scriptum, quo ad considerationem Cerei Americani polygoni minoris serpentis in horto Medico florentis an. 1735. inuitabat. Postremus, qui in honorem horti Medici conscriptus est, libellus hoc habet elogium: *Syllabus plantarum, potissimum exoticarum, quae in horto Medico Academiae Wittenbergensis aluntur cura* Abrah. Vateri Witt. 1738. (5. pl. in 8.) Enumerantur in hoc scripto, iterum secundum literarum ordinem, vltra 1600. plantarum species, his, quae ex colorum varietate fieri potuissent, v. g. 190. auriculae, 100. cariophylli maioris, 10. fritillariae, item primularum, ranunculorum etc. speciebus, non connumeratis.

Quantum apud nos ars Anatomica iuta fuerit mandato Regio d. a. 1723. programmate publico ostendit saepe laudatus D. Abr. Vater, cui titulus: *in palaestram Anatomicam Regio mandato apertam, et nunc anatomen publicam cadaueris masculini inuitat.* Witt. 1724. (1. pl. in 4.)

Praeprimis vero stylos exercuit templum Academicum. Huius enim descriptionem varii dederunt. Agmen et ob gloriam auctoris et ob operis perfectionem ducit *D. Io. Meisneri Prof. Theol. et templi istius olim Praepositi Iubilaeum Wittenbergense* d. i. Wittenbergisch Jubelfest in der Schloß-Kirche zu Witt. gefeyert etc. samt einem lateinischen Anhange vom Anfange und erster Erbauung der Schloß-Kirchen, Privilegien, Ornat und Epitaphien, so in derselben vor diesen vorhanden gewesen und noch sind. Witt. 1668. (20. pl. et Appendix 22. pl. in 4.) Primum hic posita est oratio sacra vernacula lingua habita 1667. quae tamen tota fere historica est, et templi huius fata docet. In appendice latina autem quae

inueniantur, ipſe titulus oſtendit, qui illi ſeparatim praepoſitus eſt: *deſcriptio eccleſiae collegiatae OO. SS. Wittenbergenſis eiusque fundatio, iura, priuilegia, et ornatus, quae adhuc extant, exhibita a D. Io. Meisnero.* Inter cetera tamen, quae in hac appendice inueniuntur, inprimis notari merentur tot, quae integra exhibentur, antiqua documenta, non tantum hiſtoriam huius templi, ſed totius quoque regionis illuſtrantia. Quae de hoc templo commentatus ſit Kirchmeierus in diſput. hiſtor. de Wittenberga Saxonum an. 1713. ſupra indicaui. Idem vero *orationem* quoque *hiſtoricam de Witteberga*, vti inſcriptio eius eſt in collectione operum Kirchmeieri antea deſcripta, habuit in feſto ſeculari anno 1730. quae exſtat in hac collectione pag. 198.—212. Ea tota pertinet ad hanc rerum Wittenbergenſium partem, cum nihil, niſi hiſtoria huius templi antiqua, vsque ad reformationis tempus, in ea pertractetur. Varia quoque de omni huius templi hiſtoria, praeſertim de ipſius nouiſſima reſtitutione et inauguratione reperiuntur in Titianis ephemeridibus (Wochenblatt) an. 1770. pag. 245. 256. et 265. item an. 1772. pag. 87. et 95. Deinde cuſtodes huius templi notatu in eo digna expoſuerunt his ſcriptionibus: Chr. Schröters *cuſt.* kurzer Inhalt der Schloß-Kirche zu Wittenberg, Witt. 1689. (1. pl. in fol.) *Io. Cnollii cuſt.* prächtiges Wittenberaiſches Gotteshauß am Schloſſe, Witt. 1694. (1. pl. in fol.) *ei. memorabilia Wittenbergenſia i. e. viſu atque notatu digna quae in templo Wittenbergenſi omnium ſanctorum conſpiciuntur.* Witt. 1702. (1. pl. in 8.) *Matth. Fabri* dreyfaches *Memoriale* des gelobten Landes, der Stadt Wittenberg, und der darinnen befindlichen Univerſitäts-Kirchen, Wittenb. 1706. (in 8.) *eiusd. memorabilia Wittenbergenſia, quae in templo OO. SS. conſpiciuntur* Witt. 1706. (1. pl. in 8.) idem liber, ſed auctior, et cum deſcriptione ampliore memorabilium prodiit ſub titulo: Matth. Fabers *cuſt.* hiſtoriſche Nachricht von der Schloß- und Academiſchen Stifts-Kirche zu Allerheiligen in Wittenberg, ſamt einer Vorrede Herrn D. Gottlieb Wernsdorfs, Witt. 1717. (14. pl. in 8.) et iterum auctior. Witt. 1730. (20. pl. in 8.) Praefatio Wernsdorfii non eſt praetermittenda. Vindicare enim conatur huic templo titulum eccleſiae cathedralis. Ipſe autem liber vernaculam translationem Meisneriani operis in plerisque continet. Figura externa templi, vt fuit ante 1760. in aes inciſa a Schreibero, in hoc libro reperitur. Internam faciem, quomodo fuit ante dictum annum, delineandam et incidendam in aes, vt ſupra monui, curauit b. Georgius. Idem ratione externae, quae nunc eſt, fieri iuſſit, et vtraque figura, ex ipſius b. Georgii voluntate, huic operi, pag. 556.

456. et 500. inserta est. Ante Lutheri repurgationem sacrorum hoc templum inprimis reliquiis sanctorum inclaruit, quarum magna copia fuit, et ob earum aspectum et adorationem erant 501300. dierum indulgentiae datae. De his reliquiis editus est liber: Die Zaigung des hochlobwirdigen Heiligthums der Stift-Kirchen Allerheiligen zu Wittenberg, gedruckt in der Churfürstlichen Stadt Wittenberg, Anno Tausend fünfhundert und Neun, cum nitidis figuris in lignum incisis statuarum, quae sanctos repraesentant, et cistularum, in quibus istae reliquiae custodiebantur. (6. pl. in 4.) Hoc opusculum, seculo elapso, iterum editum est sub hoc titulo: Die Zeigung des hochlobwirdigen etc. vt antea erstlichen gedruckt in der Churfürstlichen etc. itzo aber im ersten Lutherischen oder Evangelischen Jubeljahr nemlich 1617. aufs New zu Wittenberg aufgeleget, ($6\frac{1}{2}$. pl. in 4.) quae editio est ipsa prior pars libri Franziani mox nominandi. Verum in hac repetita editione pleraeque figurae prioris omissae sunt, quia, vt in epilogo monet Franzius, sumtui et tempori parcendum fuit, et eae quoque, quae adsunt, figurae aspectu minus iucundae sunt his, quas prior continet editio. Insertus quoque est totus liber, exceptis figuris, Meisneriano operi pag. 90.— 117. in appendice. Porro idem inueniturin D. Wolfg. Franzii, Praepositi zu Witt. histor. Erzehlung der bey den Heiligthümen, nemblich eines, so in der Schloßkirchen zu Wittenberg im Anfang der Reformation vorhanden gewesen, das ander, so zu Hall in Sachsen nach der angefangenen Reformation vollkommentlicher gemacht worden. Wittenb. 1618. (25. pl. in 4.) Hoc opus continet praeter praefationem Franzii ad viduam Elect. Sax. Hedwigam, directam, (4. pl.) in qua generalia quaedam de reliquiis sanctorum tractantur, illam ipsam, quam modo produxi, secundam editionem libri, quo describuntur reliquiae in templo Academico olim asseruatae, cum Franzii epilogo, ($6\frac{1}{2}$. pl.) et descriptionem reliquiarum, quae Hallae monstrabantur, cuius titulus est: Verzeichniß und Zeigung des hochlobwirdigen Heiligthumbs der Stift-Kirchen der Heiligen, Sanct Moritz und Marien Magdalenen zu Halle. Erstlich gedruckt in der löblichen Stadt Halle nach Christi unsers Herrn Geburt, funfzehnhundert und im zwanzigsten Jahre, itzo aber im ersten lutherischen oder Evangelischen Jubeljahr, nemblich 1717. aufs Newe zu Wittenberg aufgeleget, cui epistola Lutheri ad Elector. et Archiepisc. Moguntinum Albertum, de his reliquiis, huius Electoris responsio, et propositiones, quas Lutherus an. 1517. in ianua templi Academici proposuit, adiectae sunt. ($14\frac{1}{2}$. pl.) Multum vicerunt hae reliquiae nostras. Nam propter Hallenses 39288326. annorum in-

dulgentiae ſunt datae. Duo quoque manuſcripta huc pertinentia recenſet Kreyſigius. Ge. Spalatini *libellus de reliquiis templi O O. S S. d. a.* 1519. et *ei. earum reliquiarum, quae anno 1519. affuerunt, computus anno 1520. compoſitus*, quae manuſcripta ſecundum Chr. Schlegelium in vita Spalatini pag. 199. deprehenduntur in Archiuis Vinarienſibus. Inter alias reliquias fuit pollex dexter Coronae virginis martyris. Hunc dono accepit Fridericus Elector. ab Abbatiſſa Quedlinburgenſi. Quas propterea gratias egerit Abbatiſſae, docetur in Müllers Staats-Cabinet 7de Oeſn. pag. 329. Hodie, reliquiis iſtis abdicatis, reliquis autem, quae viſu digna erant, plerisque combuſtis, ſuperſunt inprimis monumenta Rudolphi Electoris ex ſtirpe Anhaltina eiusdemque vxorum, et Electorum Friderici et Ioannis. Supereſt etiam tumulus Lutheri, de quo extat D. Io. Ge. Neumanni *oratio de tumulo Lutheri adhuc inuiolato.* Witt. 1707. (3. pl. in 4.) et D. Car Gottlob Hofmanni *programma de ſepulcro Lutheri honorando atque honorato*, quo ad audiendam orationem Iſtrichii, tunc candidati ſummi in Theologia honoris, et poſtea Doctoris Theol. an. 1770. inuitauit. ($3\frac{1}{4}$. pl. in 4.) Huius rei cauſa conſulenda quoque eiusdem Hofmanni *diſp. de funere et ſepulcro D. Martini Lutheri reſp. M. Io. Ehrenfr. Böttticher* habita 1746. (5. pl. in 4.) quae deinde auctior eodem anno ſub titulo: *memoriam ſecularem funeris et ſepulcri D. Martini Lutheri recolere ſtudet D. Carol. Gottlob Hofmannus*, cum effigie Lutheri mortui in aes inciſa et appendice, quae continet Melanchthonis orationem in funere Lutheri, et conciones ſacras funebres Bugenhageni, Iuſti Ionae, et Mich. Coelii, habitas an. 1546. et tandem orationem ab ipſo Hofmanno in templo noſtro parochiali an. 1746. in memoriam Lutheri recitatam, prodiit. (25. pl. in 4.) Quotidie in hoc templo ex ſuggeſtu ad populum verba fiunt, et die quidem Sabbati lingua Sorabica. Oratores Sacri ordinarii, tres Profeſſores, munere ſuo funguntur diebus Solis, Martis et Iouis. Reliquis quatuor in hebdomade diebus adſcripti collegiis huius exercitii cauſa conſociatis (Prediger Collegia) quatuor, quae a diebus ſingulis deſtinatis appellantur, perorant, quorum adſcriptorum indicem typis expreſſum quotannis templi cuſtos diſtribuere ſolet.

Nunc me ad ipſam ciuitatem conuerto, et primo quidem ad Ampliſſimum Senatus Ordinem. Huius laudes poſteritati conſeruauit M. Paul Gottlieb Kettners hiſtoriſche Nachricht von dem Raths-*Collegio* der Churſtadt Wittenberg. Wolffenbüttel 1734. (22. pl. in 4.) Diligens hic antiquitatum patriae ſuae ſcrutator in iſto libro non ſola nomina enarrauit,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/58 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

rauit, ſed vbi aliquid erat, quod in cuiusdam vita memoratu dignum eſſet, ſiue laudabile quid ſub alicuius conſulis regimine factum, hoc omne adiecit. Cum autem quodlibet collegium bene ordinatum legibus ſuis regatur, has etiam inuenimus apud hunc ſenatum ſub titulo: Rathsordnung. Antiqua ordinatio erat d. a. 1612. cui annis inſequentibus varia addita, recentior eſt an. 1721. compoſita. Vtraque manu tantum ſcripta legi poteſt, vti pleraque, quae poſtea allegabo. Praeter vrbem ſenatui ſubiecti ſunt pagi, Hohndorf, Prülitz, Gallin, Dieſen, Tragun, Dobin, Berckau, ager pagi deſtructi Bruderannendorf, (quamuis plerique reditus pagorum Dobin et Berckau et partis agri Bruderanneudorfenſis ad templum parochiale pertineant,) dimidia fere pars praedii nobilis Segrehna, et villa Fleiſcherwerder, vnde, ſi placet, Wabſtii index ſupra citatus corrigi poterit, quamuis pleraque rectius iam poſita ſint in Alphabetiſchen Verzeichniſſe aller in Sachſen befindlichen Herrſchafften, etc. adiecto libro: Geograph. Specialtabellen des Churf. Sachſens 1747. edito, et in libro, ſub titulo: Alphabet. Verzeichniß derlin Sachſen befindlichen Aemter etc. 1768. publici iuris facto.

Vrbs et ciuitas quoque ſuis gaudent ſtatutis et priuilegiis. Antiquiſſima priuilegiorum confirmatio an. 1293. facta eſt, deinde ſaepius auctior repetita. Inter iſta priuilegia duo prae aliis notanda ſunt. Primum eſt ius monetae cudendae, quod olim ciuitati competebat. Supereſt documentum anni 1330. quo ad capellam S. Spiritus dimidium talentum denariorum Wittenbergenſis monetae donatur. Alia, in quibus numi Wittenbergenſes occurrunt, annorum 1421. et 1423. inſtrumenta videas in Kreyſigii et Schöttgenii Diplomat. Nachleſe P. IV. pag. 613. et 619. Alterum eſt, quod curia Senatus Wittenbergenſis an. 1571. ab Electore Auguſto, (Auguſtus enim hanc curiam, cui hodie ex militaribus exercitiis ruina imminet, de nouo exſtruxit,) adeo ſancta declarata ſit, vt in ipſius violatores poenam capitalem (zu Haut und Haar Leib und Leben geſtraft ſollen werden ſunt verba edicti) ſtatuerit. vid. Leg. Acad. Wittenb. edit. an. 1607. pag. 15.

Statuta etiam antiquiſſima ſunt. Ex documento d. a 1449. didici, iam tunc talia fuiſſe ciuitati nomine eo tempore vſitatiſſimo appellata Willkühr. Recentiora ſtatuta, continentia articulos 57 mutato propter Academiam ſtatu condita, ſunt conceepta an. 1502. et confirmata an. 1504. Haec ſtatuta olim, et Ziegleri adhuc temporibus, vt patet ex ipſius mox nominando commentario §. 19. quotannis publice in curia praelegebantur.

Quae de ſucceſſionibus ſtatutis Wittenbergenſibus diſpoſita ſunt, ea exhibet ſimul cum quibusdam reſponſis huc pertinentibus, Hofmannus in libro: Statuta localia pag. 250.—261. Succeſſio coniugum ciuium Wittenbergenſium eruditam quandam peperit controuerſiam. D. Caſp. Zieglerus, Ordinarius olim Ordinis ICtorum, qui hic floret, meritiſſimus, *commentarium de portione coniugis ſuperſtitis ſtatutaria, et vera ſtatuti Wittenbergenſis interpretatione*, (5½. pl. in 4.) compoſuerat, quam poſt ipſius mortem vidua vna cum duobus aliis poſtumis Zieglerí operibus, commentario ſcilicet ad ordin. Saxon. proc. et introductione ad proceſſum, item cum Iac. Bornii praefatione (Lipſ. 1693. et ibid. 1710.) typis exſcribendam curauit. Contra hunc ſcripſit D. Chriſt. Hanaccius, Prof. Iur. *diſputationem, viduam ex ſtatuto Wittenber. genſi ſuccedentem ad collationem obligari*, reſp. Io. Car. Vttermann. Witt. 1721. (4½. pl. in 4.)

Sunt aliae leges a ſenatu promulgatae intuitu quorundam ad politiam ſpectantium. Ex his adducere ſufficiat ſequentes: Raths-Cloſter-Ordnung 1566. et 1603. pertinet haec ad curam pauperum. Wittenbergiſche Wayſen-Ordnung oder Nachricht, wie es in dem im grauen Cloſter aufgerichteten Wayſenhauſe gehalten wird, Witt. 1701. (3. pl. in 4.) Verum initium huius orphanotrophei cadit in annum 1702. Sed inſtitutum conſeruatum non fuit, et orphani aliis educandi pro mercede traduntur. Wittenbergiſche Feuer-Ordnung d. a. 1539. 1589. 1644. (2. pl. in 4.) confirmata a principe 1645. 1697. (4. pl. in 4.) 1724. reuidirte Feuer-Ordnung 1750. Verordnung, wie ſich die Bürgerſchaft und Einwohner der Stadt Wittenberg bey Feuersgefahr und Probirung der Spritzen zu verhalten haben, 1758. (1. pl. in fol.) Univerſitäts und Raths-Auctions-Ordnung 1701. (1½. pl. in 4.) Holtz-Ordnung 1560. 1628. et deinceps renouata et correcta additionibus, Fleiſcher und Becker-Ordnung 1569. Brauermeiſter-Ordnung, 1574. Mehlhändler-Ordnung, 1612. Vieh-Ordnung 1725. Ordnung von Reinigung der Gaſſen, 1736. (vid. Wochenbl. an. 1770. pag. 113.) Verordnungen wegen der Bäche, Reinigung der Gaſſen, und Erhaltung des Pflaſters, quae poſteriores ex antiquioribus ſtatutis et mandatis iunctim editae (2. pl. in fol.) Waage-Ordnung 1558. 1589. 1628. 1683. 1747. (1. pl. in fol. quod ſtatutum etiam diario, Wochenbl. an. 1770. pag. 93. eſt inſertum.) Patent wegen der Hazard-Spiele 1744. (1. pl. in fol.) Patent wegen der Sabbaths-Feyer 1749. (vna cum inſtructione miniſtris ſenatus data 2. pl. in fol.)

Eſt

Est etiam lex de obseruandis in funeribus ritibus anni 1750. manuscripta. Quae prodierunt schedae sub titulo: neu aufgerichtete Leichen-Verfassung, welche in der Churstadt Wittenberg beliebet worden. Wittenb. 1716. et deinde saepius recusae, nouissime, nisallor, an. 1741. (2. pl. in 4.) pactum a Senatu confirmatum continent quorundam priuatorum, qui quandam contributionem sibi imposuerunt, vt exinde membris societatis sumtus funeris suppeditentur.

Restituta an. 1763. pace, istae, de quibus verba feci, leges in vsum reuocatae sunt, pauperum ex his, quae in commune conferunt vterque magistratus, et vtriusque reipublicae ciues, cura ab Exper. D. Thomae summa cum laude geritur, qui laborem subterfugiunt, mendici poenas dant, aliis, quibus occasio deficit, in nouo Senatus oppidani, quod Consult. Bauerus suasit, instituto, exercendi se in nendo, copia datur, (Spinnschule s. Wochenbl. an. 1769. pag 38.) et quae alia sunt, quae omnia enarrare nimis longum foret, vt proinde in ciuitate nostra, quae ad politiam spectant, iam praeclare se habeant.

De ciuibus etiam nonnulla sunt commemoranda. Antiquioribus temporibus eorum numerus non adeo vilis fuit, vt vrbs pro contemnendo plane haberi potuisset oppido. Liceat mihi de hoc pauca adiicere, quantum mihi ex documentis nonnullis cognitum. Supersest catalogus anni 1332. in quo enumerantur non omnes ciues, sed tantum 76. personae, ad custodiendum murum circa Wittenberch (sunt verba catalogi) constituti. Anno 1430. erant 406. possessores domuum intra murum, qui nominati secundum ordinem platearum inueniuntur. Anno 1513. 356. domus, 172. iure braxandi gauisae et 184. eo destitutae reperiebantur in ipsa vrbe. Anno 1575. numerantur 496. insulae (nostris appellantur: Feuerstädte, Hofräume, Hofröthen) intra murum sub solius senatus iurisdictione. Anno 1609. 1152. insulae sub Senatus vtriusque et Praefecti iurisdictione in vrbe et suburbiis. Anno 1623. erant 524. domus in ipsa vrbe et 627. in suburbiis, quibus inuestiendi potestas penes ciuitatis senatum fuisse videtur. Anno 1646. 840. in vrbe et suburbiis, connumeratis etiam his, quarum possessores praefectum suum magistratum venerabantur, earumque in ipsa vrbe 128. maiores (Brau-Erben) et 193. minores (kleine Häuser.) Circa initium praesentis seculi 640. domus intra et extra muros, partim senatus, partim praefecti iurisdictioni subiectae. Anno 1749. 358. domus in vrbe. Ita numerus domuum vel insularum decreuit quidem, erant tamen an. 1755. adhuc

adhuc 433. ciues et incolae (noſtris: Bürger und Schutzverwandten) in ipſa vrbe, ſubditi ſenatus, in certos ordines ad reſtinguenda incendia diſtributi.

Ciues diuiduntur tum ſecundum quadrantes vrbis, tum ſecundum artes et opificia, quibus ſibi alimenta quaerunt. Olim opificum collegia vel eorum ſeniores aut praepoſiti in regimen vrbis cooptati quodammodo fuerunt. Extat enim Principis reſcriptum d. a. 1408. ad Senatum et quatuor opificum collegia (den Rath und die Vier Werken) datum, et ex anno 1614. pactum aliquod inter Senatum, quadraginta viros, quadrantium praefectos, et quatuor opificum collegia. (Rath, 40. Männer, Vierthelsmeiſter, und 4. Gewercken) Inprimis iſta quatuor collegia opificum, quorum hic et ſaepius in antiquis monumentis fit mentio, ſingularibus ornata fuiſſe priuilegiis videntur. Etenim an. 1424. Elector Fridericus iuſſit, vt vrbes Electoratus Saxoniae ab iis ſententias, ſi quibus opus, peterent. De his quatuor collegiis nonnulla habet Hornius in diſp. de iure prooedriae (Witt. 1696.) §. 6. Sunt iſta quatuor collegia: pannifices (antiquis temporibus Gewandſchneider dicti) piſtores, lanii et ſutores. Hoc quadruplex genus opificum, quorum quodlibet habebat in curia, tunc Kaufhauß nominata, locum venditioni rerum arte ſua factarum deſtinatum, quod hodie quoque certo modo obtinet, aut in antiquiſſimis temporibus ſolum apud nos fuit, aut, quia hoc vix credibile, qui caeteras factitabant artes, cum fuerint pauciores, vni ex his quatuor collegiis adſcribebantur, poſtea, numero creſcentes, ſeparati, veluti adhuc hodie ii, qui appellantur Hutſtaffirer, mercatorum ſocietati accenſentur, aut propterea iſta adeo eminuerunt in honoribus collegia, quia eorum ſtatuta et priuilegia antiquiora ſunt, et reliquae opificum claſſes iuribus collegii eo tempore adhuc carebant. Data enim priuilegia pannificum ſunt an. 1356. piſtorum, laniorum et ſutorum an. 1424. ſed leges (Innungs-Artickel vulgo) laniorum iam 1422. compoſitae. Sartores priuilegium a principe anno demum 1460. et linteis faciendis victum quaerentes a ſenatu anno 1485. impetrarunt. Reliquorum priuilegia tantum ex ſeculo ſunt XVI. et XVII.

Cum de ceteris ciuium ordinibus nihil typis expreſſum ſit, ipſum tamen typographorum collegium nobilitauit Ephraim Gottlob Eichsfelds *Relation* vom Wittenbergiſchen Buchdrucker-*Iubilaeo* 1740. nebſt einer hiſtoriſchen Nachricht, von allen Wittenbergiſchen Buchdruckern, Witt. 1740.

(27. pl.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/62
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

(27. pl. in 4.) in quo libro non ea ſolum, quae titulus promittit, ſed alia quoque rem litterariam illuſtrantia inuenio. Quamuis autem inprimis de his typographis, qui tempore Lutheri Wittenbergae vixerunt, latius diſſeruerit, pauciſſima tamen de celebri Luftio occurrunt. Huius enim vita et merita alibi iam latius deſcripta, ſcilicet in D. Guſt. Ge. Zeltners Hiſtorie der gedruckten Bibel *Verſion Lutheri* in der Beſchreibung des Lebens und *Fatorum* Hanß Luffts, Buchdruckers zu Wittenberg auch anderer daſigen und benachbarten *Typographorum.* Nürnb. und Altd. 1727. (15. pl. in 4.) ad quem librum nonnulla ſupplementa leguntur in Beyſchlags Syll. varior. opuſc. T. 1. faſc. 2. no. 5. et in Kettneri Nachricht vom Raths-Collegio zu Wittenb. pag. 39.—45.

Medicamentorum officinae paucis praeterea meminiſſe forte non iniucundum erit. Pertinet ad eam non ſolum Warlitzii liber, cuius ſupra intuli mentionem, de Muſeo, quod olim ibi aſſeruabatur, ſed etiam lex de pretio medicamentorum conſtituto: *Taxa* aller Materien, ſo in der Apothecken zu Wittenberg verkaufft werden, aufs neu überſehen durch das *Collegium Medicum* daſelbſt. Witt. 1625. (12. pl. in 4) cum edictali ſenatus Academici et oppidani programmate publicata.

Ad artes manu tractandas pertinet etiam exercitium metam e longinquo aſſequendi. Societas, quae huic rei operam dat, ex vario hominum ordine compoſita, (Schützen-Geſellſchafft olim Brüderſchafft der Schützen) valde antiqua apud nos eſt, ſiquidem ſibi altare in templo parochiali proprium iam anno 1412. exſtruxit. Sed poſtea ſocietas haec duplex facta, altera ſagittariorum, Bogenſchützen, altera ſclopetariorum Büchſenſchützen. Quae ſibi quoque certas ſcripſerunt leges, illa an. 1676. haec 1680. Forſitan antiquiora quaedam fuerunt ſtatuta. Sclopetariorum lex pacta, Ordnung der Büchſenſchützen an. 1727. denuo confirmata fuit, et prelo tradita. (2. pl. in fol.)

Haec de iſtis exercitiis tractatio viam mihi pandit ad aliam, de munimento Wittenbergenſi. Eiusmodi enim certamina antiquitus inſtituta videntur, vt exerciti armis ciues hoſtiles impetus ferre et repellere aſſuefierent. Vrbs olim tantum muro circumdata erat, cui diſtinctis quibusdam ſtationibus cuſtodes apponebantur, vt ſupra iam docui. Sed anno 1430. foſſa et vallo ſenatus ſumtibus cingi coepit, et ſequentibus annis hoc opus perfectum fuit. Cum tamen nondum ſufficere crederetur ad auertendas hoſtium irruptiones, ab anno 1509. vsque ad 1527. munitio emandata fuit, emtis, vt commodius et ma-

gis ſecundum regulas artis fieri hoc poſſit, nonnullis domibus in extremo partis orientalis vrbis ſitis. Anno 1542. iterum amplificata et emendata ſunt munimenta, ſumtibus tamen Electoralibus, et ad finem conſequendum denuo nonnullae domus, in quarum areis fierent moenia, emtae ſunt. Ita iam vrbs, pro iſtius ſeculi modo, ſatis munita erat. Ludouicus enim ab Auila, qui in exetcitu Caroli V. ſtipendia fecit, eam tam prolixe deſcribit in commentario de bello Germanico a Carolo V. geſto, vt crederes de inſolitiſſimo quodam hiſtoriam narrari. Ita vero in libro II. ſecundum verſionem latinam Molinaei (Antwerp. 1550.) folio 127. *id oppidum natura loci et operibus egregie munitum eſt, in magna planicie ſitum, in quam ex muris undique longinquus proſpectus eſt, adeoque apertus, vt nullus circumquaque occultandis hominibus, inſidiiſue ſtruendis locus ſit. Quadrangulum fere eſt, ſed in longum magis quam in latum protenſum. Qua parte longiſſimum eſt, quadringentorum circiter paſſuum a muris intermiſſo ſpacio Albis praeterfluit. Magnae latitudinis profunditatisque foſſa aquae plena, et aggere lato pedes ſexaginta cingitur. Is agger a ſummo faſtigio ad imam vſque foſſam, graminibus vepribusque veſtitus eſt, cuius infimas radices murus paulo humilior ex laterculo et calce circumdat, haec munitio ſic inſtituta eſt, vt manuariis tormentis inſtructi milites poſt eam lateant, locique humilitate et foſſa contecti, quauis etiam hoſtium cingente corona, tormentorum ictus euitent. Validiſſimis praeterea propugnaculis quinque oportuno inter ſe ſpatio diſſitis oppidum circummunitur. Arx quoque ipſa eiusmodi propugnaculi vicem explet, vnde in circumiectam planiciem longe lateque proſpicitur.* Sed nec tanta, ex huius quidem opinione, opera, nec tot machinae, (ſcribit enim idem Auila folio 129. ex ſola Wittenberga, praeter minores machinas complures, CXX. bombardas exportatas eſſe,) vtilitatem praebuere, vrbe et munimento per pacta Carolo traditis. Poſt illa tempora munimenta ſaepius iterum emendata ſunt vsque ad nouiſſimum bellum, quod et vrbi et munimento fatale fuit. Deſcripſit opera defenſioni vrbis deſtinata M. Car. Sigism. Hennig, qui olim in Senatus oppidani collegio variis honoribus ornatus erat, in Scheda, cui titulus: die Churſtadt Wittenberg nach Gaſſen, Thürnen, Wällen, ſucht dem *Collegio* als Bauherr vorzuſtellen etc. Witt. 1750. (1. pl. in 4.) Opuſculum non breue ſolum, ſed in quo etiam ex his, quae non ad munimentum pertinent, multa, quae commemorari debebant, deſunt, vt platearum, quarum in vrbe 16. ſunt, 5. tantum nominantur. Melius longe hanc rem tractauit Kirchmeierus ſaepiſſime nominatus in *diſput. mathemat. duabus de Witte-*

Witteberga munienda, Witt. 1696. et 1697. respond. Ern. Christ. Schröd-tero et Ge. Henr. Liebio defensis, (4.' pl. in 4.) quae scripta deinde, omissis titulis, addita vero operum, quae circumueniunt vrbem, ichnographia, collectioni, quam 1703. (in 8.) edidit: *Clariss. Virorum ad Ge. Casp. Kirchmeierum*, (qui erat editoris pater) *epistolae, cum eiusdem epistolis et poematibus* etc. adiecit pag. 223.—279. tandem, mutatis paucis quibusdam, et continuatis paragraphorum numeris, inseruit ei operum suorum collectioni, cuius aliquoties memini, pag. 165.—198. Enarrat autem in eo fata munitionis Wittenbergensis, et quid operibus quolibet tempore additum fuerit, quantum quidem ipse comperit, nonnunquam etiam iudicium, quod ex architecturae militaris scriptorum demonstrationibus probare nititur, (scilicet et ipse aliquando, vt audiui a b. Georgio, voluntarius militauerat) et, quae sua opinione forsitan emendanda essent, addit, Vaubanii methodum enixe commendans. Praeterea autem in hoc libello alia quoque de situ vrbis, quoad longitudinem et latitudinem geographicam, viciniamque, de fundi qualitate, imo de conditore occurrunt. Attamen, quae de historia munimenti scripsit, non omnia videntur literarum, quae supersunt, monumentis respondere, et tantum eius nituntur praesumtionibus. Cura autem huius munimenti olim ipsis ciuibus, postea perpetuis praesidiariis mandata fuit. Praesidium hoc propriis gaudebat legibus militaribus: Articuls-Brief, worauf sämtliche zur *Garnison* der Vestung Wittenberg geworbene Officirs und Soldaten eydlich verpflichtet sind. 1708. in Cod. Aug. T. I. pag. 2127. Cum tamen saepius accidisset, vt praesidium auocaretur, ciuibus iterum custodia vrbis relicta est, quos omnes aditus et stationes in vallo occupasse nouissimis etiam temporibus vidimus. Hinc etiam, ex ipsis principalibus edictis, armis exercebantur, et quotannis eorum lustratio, coniuncta cum ludis, quibus disci auiumque figurae ligneae sclopetis et sagittis petuntur et diminuuntur, solenni quadam pompa, signis militaribus, quibus ab ipso Principe donati erant, euolutis, et personantibus instrumentis, quorum vsus est apud milites, musicis, fiebat. Ad eos propterea pertinent: der Stadt Wittenberg Zug und Wachtordnung, von E. E. Rath aufs neue reuidirt und publicirt 1702. (2. pl. in 4.) E. E. Raths der Churstadt Wittenberg Zug- und Wachtordnung, Witt. 1740. annexa *Prima Plana* der Ober-*Officier* (2. pl. in 4.) qui index eorum, qui ordines ducebant, additis et his, qui decuriis praeerant, (Unter-*Officier*) deinde quotannis solebat prelo mandari: (quolibet anno ½. pl. in 4.) Anweisung

zum *Exerciren* auf der Flinte 1702. (2. pl. in 4.) *Reglement* des bey dem allergnädigst anbefohlnen jährlichen Bürger-Auszuge zu Wittenberg vorzunehmenden *Exercirens* mit der Flinte, Witt. 1743. (2. pl. in 8.) Sed ista solennitas ab anno 1757. desiit, nisi quod anno praeterito 1774. similis instituta fuerit inaugurandae domus iaculationibus dicatae nouiter exstructae causa. Etenim ipsa Wittenberga iuribus munimenti an. 1764. principali mandato exuta fuit, et loco praesidiariorum militum legionarii in vrbem collocati sunt.

Praefectura Wittenbergensis ad vrbem quidem proprie non pertinet. Cum tamen praefectorum habitatio in ea sita sit, et non solum ipsa in vrbe nonnullae domus in parte occidentali, sed etiam magna suburbiorum pars praefectorum iudicio subiecta sit, liceat et de hac nonnulla addere. Sed pauca sunt, quae de ipsa inuenio, eaque tantum ad iuris scientiam facientia. Statuta scilicet, quae, quatenus ad successionem hereditariam pertinent, exhibet Hofmannus in statutis localibus P. II. pag. 261. —270. Sunt illa, quae habet Hofmannus, duplicia. Quae pag. 269. obuia sunt, in pagis consuetudine sunt recepta. Illa autem, quae pag. 261. seqq. reperiuntur, in suburbio constituta sunt. Inscribuntur Neu- und Vorstadt Wittenberg Bericht etc. Scilicet suburbium occidentale ab initio circiter Seculi XVI. nomine neapoleos, Neustadt, honorabatur, idque videtur vsque ad Seculi XVII. principium retinuisse. Verum eo tempore ampliore describebatur spatio, et circa 1510. circiter 60. domus suis comprehendebat finibus, quarum sequentibus temporibus plurimae ruinae factae sunt. Hodie, quamuis adhuc tribus quasi plateis, Ober-Mittel und Unterreihe, distinguatur, nomen tamen illud, quod paucitati domum vix respondet, commutauit in aliud a piscatoribus, quia plerique incolarum hoc victum quaerendi genere vtuntur, dictum die Fischerey. Deinde praefectus, qui nuper mortuus, Henricus Amadeus Hase, edidit: des Churfürstl. Sächsischen Creyß-Amts Wittenberg gesammlete Anordnungen etc. Witt. 1773. ($14\frac{1}{2}$. pl. in 8.) quae collectio continet: Anweisung für die Dorfgerichten, wie sie sich bey ihrer Amtsführung zu verhalten haben, 1773. des Cr. A. Wittenberg Armenordnung 1772. des Cr. A. Wittenberg Feuerordnung auf dem Lande 1773. quae omnia sunt ab ipso Hasio composita, qui praeterea aliis quoque scriptis subditorum commodis subuenire conabatur, ex quorum classe est libellus in vsum eorum, qui praefecturae subiiciuntur, ab ipso editus: Anweisung wie die sich gegenwärtig äusernden Krankheiten zu behandeln sind, Witt. 1772. (1. pl. in 4.) Praetor huius

huius praefecturae prae aliis honore dignatae, siquidem princeps est circuli electoralis, Creyß-Amt, in 52. vicos, et agros aliquot vicorum desertorum (wüste Marcken dicere solemus) partemque vrbis, vt supra notaui, exercet iurisdictionem. Haec regio omnis diuisa est in partes quatuor, tractum Flamingicum maiorem, Flamingicum minorem, opimae planitiei, et siluestrem, (große Flemming, kleine Flemming, Aue, Heyde,) quorum priores duo cis, posteriores duo trans Albim siti sunt, et quilibet suis gaudet scultetis rusticis primariis, Landschultzen. Caeterum de hac praefecturae regione nonnulla quoque inueniuntur in Wabstii libro iamiam citato: Nachricht von des Churf. Sachsen Verfas. der Justitz, in adiectis (Beylagen) pag. 13. et 18. et in libro: Geographische Specialtabellen des Churf. Sachsens (1747.) pag 2.

Haec omnia ab antiquis temporibus ornarunt Wittenbergam. Sunt etiam quaedam recentiora memoranda. Huc primo referendum et laudibus condecorandum institutum Perilluſtris Liberi Baronis de Hohenthal, Praesidis secundi in Summo Sanctiore Electoratus Saxoniae Senatu, et ab Academia et me maxima colendi pietate. Suis enim sumtibus eo tempore, quo dignitas Praefecti Circuli Electoralis a Principe in Eum erat collata, scholam recentioris methodi encyclopaedicam, quales Real-Schulen vocant, emtis in eum vsum aedibus in suburbio septemtrionali, fundauerat, non sine fructu multorum, qui postea vtilia reipublicae membra facti sunt. Scholae huius historia et docendi ratio cum publico communicata est, et quidem ab initio ab Ipso Perilluſtri Fundatore: der Wittenberger Armen wie auch Realschulen, desgleichen Waysenhauß Anstalten erste Nachricht 1756. (1. pl. in 8.) deinde a praepositis scholae, postea pie defunctis, Gottlob Henning Freesdorfio, et Ioanne Richtero, sub titulo: Vergnügende Schuluntersuchungen die 1ste bis 6te Abhandlung, Witt. 1756. — 1760. (19. pl. in 8.) Prodierunt etiam Lehrbuch zum Gebrauch der Wittenbergischen Realschule 1ste bis 3te Sammlung, Witt. 1757. (16. pl. in 8.) et nonnulla programmata vernacula lingua scripta. Verum postquam an. 1759. aedes scholae destinatae concrematae fuerunt, belloque continuato omnia deuastata, non potuit discipulorum institutio eodem, quo ab initio, modo continuari, et aedium aream Vir Perilluſtris, cum finito bello in Sereniſſimi Principis aulam vocaretur, liberali beneficio donauit Academiae.

Post idem nouissimum bellum, vti notissimum est, orta per Saxoniam Societas Oeconomica, a sede principali Lipsiensis dicta, cui nonnulli

nulli in hac vrbe degentes adſcripti ſunt. Hi cum caeteris in vicinia viuentibus membris proprium collegium, vel claſſem conſtituunt, et quater per annum conueniunt. De hoc collegio, et in quonam alloborauerit, paſſim in Titianis Ephemeridibus narrationes inuenies, praeſertim an. 1768. pag. 51. 199.

Ex huius celeberrimi Titii induſtria anno 1758. apud nos coiit ſocietas linguae patriae, deutſche Geſellſchafft, quae ſibi variis ſcriptis, veluti in memoriam Potentiſſimi Regis Friderici Auguſti, et Sereniſſimi Electoris, Regiique Principis, Friderici Chriſtiani: Feyerliches Denkmahl der Ehrfurcht und Treue, dem glorreichſten Gedächtniße des weiland Allerdurchlauchtigſten Großmächtigſten Königs Herrn Friedrich Auguſts, und des weiland Durchlauchtigſten Fürſten Herrn Friedrich Chriſtians, Königl. Prinzens in Pohlen und Litthauen, und Churfürſtens zu Sachſen, von der Deutſchen Geſellſchaft zu Wittenberg gewidmet, Leipzig (1764. 10½. pl. in 4.) in aduentum Electoris Sereniſſimi, Friderici Auguſti, fidei recipiendae publicae cauſa: Hercules Prodicius ward bey der feyerlichen Erbhuldigung ꝛc. vorgeſtellet von der Deutſchen Geſellſchafft zu Wittenberg durch Benj. Gottl. Laurent. Boden, Witt. 1769. (2. pl. in 4.) peperit commendationem. De hac ſocietate, et alia ſimili, quae olim an. 1738. — 1741. apud nos fuit, ſed incognita fere manſit, peculiari opuſculo egit Illuſtris nunc Curiae Prouincialis Wittenberg. Aſſeſſor, Adolph Günther de Haugwitz: Nachricht von der Deutſchen Geſellſchafft zu Wittenberg. Witt. 1763. (3. pl. in 4.) in quo etiam nonnulla ſocietatis membrorum ſcripta enumerantur. Praeterea de hac ſocietate iterum ephemerides laudatae Titii paſſim conferendae ſunt.

Tandem Celeberrimus Hillerus laudes ſuas auxit inſtituto Seminario, in quo, eo dirigente, ſtudioſi, ad officia ſcholaſtica, methodum doeendi exercentes, re ipſa praeparantur. Confer de hoc Diarium Wittenbergenſe (Wochenbl.) anni 1768. pag. 131. et 158.

Poſtremo de ſingulis hominibus, qui in noſtra vrbe vixerunt, et inprimis, qui docuerunt in Academia, multos enarrare poſſem commentatores. Nam Kreyſigius etiam in Biblioth. Saxon. ad ſcriptores rerum Wittenbergenſium retulit Wimmeri commentationem de Luthero, Fabricii centifolium Lutheranum, Camerarii librum de Melanchtonis vita, aliosque qui de Melanchthone ſcripſerunt, et de Luthero, quibus nunc Walchii et celeberrimi Schröckhii noſtri ſcripta eſſent addenda; Götzii commentationem de Staupitio, Meyeri Diſſert. de Carolſtadio,

Curioſe

Curiöse Nachricht von dem Leben eines der älteſten Dieners des heiligen Evangelii zu Wittenberg, Seb. Fröſchels, Reinholdi orationem de Crucigero, Vincentii orationem de vita Bugenhagii, Teuberi orationem de vita Schurfii, Bergeri memoriam Schurtzfleiſchii, et LXX. alios. Hunc numerum facile triplo augere poſſem, ſi non eas ſolum Wittenbergenſium vitae deſcriptiones, quae ſeparatim recentioribus temporibus prodierunt, veluti vt vnum tandem nominem, Luc. Cranachii, pictoris elegantiſſimi, et Conſulis Witt. ſed etiam inſertas programmatibus funebribus, et quae ſolent, vbi aliquis primorum Wittenbergenſium vitam cum morte commutauit, epicediis adiici, veluti, vt ex recentioribus tantum quorundam faciam mentionem, D. Hofmanni, D. Georgii, D. Vateri, D. Riuini, Schrödteri, et aliorum, quorum nomina ex hoc ipſo opere Georgii et Schrödteri facile diſcuntur; aut quae occurrunt in ephemeridibus, vt Wagneri et multorum aliorum, quae praeclarus Titius ephemeridibus ſuis inſeruit, Krauſii ICti et Carpzouii Praefecti in allerneueſten Nachrichten von juriſtiſchen Büchern etc. an. 1739. tertia parte; vel in operibus nonnullis iunctim editis, veluti, Krauſii Hiſtorici in parte tertia ſcriptorum ſocietatis Germanicae Lipſienſis; vel in iſtis libris, quibus ſolae narrationes vitarum continentur, vt Crellii ICti in Weidlichii Geſchichte der itztlebenden Rechtsgelehrten, vel in aliis, maioribus etiam, vt Lexico Löcheri, inueniuntur operibus; aut, quae vel operibus noſtrorum eruditorum, vel ſaltim catalogis bibliothecarum, quas viui poſſidebant, praemiſſae ſunt, vt Cruſii, a Klotzio Cruſianis opuſculis in praefatione praemiſſam, et D. Ge. Beyeri, contextam a I. Gu. Iano et cum catalogo Beyerianae bibliothecae typis expreſſam, enarrare vellem. Sed omitto hoc hiſtoriae literariae caput, ne in nimiam creſcat molem opuſculum. Poteram enim etiam in ſuperioribus ſexcenta addere, quae paſſim in libris de Wittenberga leguntur. Cum tamen iſti non ex inſtituto de Wittenberga, nec de illa ſola compoſiti ſint, ſed vel obiter tantum, vel quia materia ſcribendi generalis erat, auctores nonnulla de noſtra vrbe tractauerint, eos praetermiſi. Verum e contrario forſitan plurima adhuc exiſtunt, quae de ſolis Wittenbergenſium rebus agunt, quorum notitiam nullam habeo. Nam minores inprimis libelli facile ſe hominum ſubducunt oculis, (nec mihi quidem omnes, quos excitaui, laudatos iam a Kreyſigio vel aliis, videre licuit,) et in hoc ſcientiarum genere nulla, niſi longo tempore collecta, eſſe poteſt notitia, quae ſi exigua in me eſt, excuſationis me ſpero habiturum cauſas. Eadem ex ratione, quod

desperandum erat, de rerum Wittenbergensium scriptoribus perfecti me aliquid et absoluti esse exhibiturum, saepius deserere hunc laborem constitueram, et dereliquissem eam ob difficultatem penitus, nisi operis editionem secundum b. Auctorum, quantum fieri posset, voluntatem, haeredi promisissem. Quapropter sufficiat mihi, si tenuis hic labor aliis pleniora de Wittenberga meditantibus indicis instar possit inseruire.

Erant in hoc libro Georgii quaedam emendanda, nonnulla addenda, quae tamen, vna cum aliis, quae, vt opinor, non sine vtilitate operi accessissent, veluti continuatio annalium ab anno 1772. vsque ad praesens tempus, enarratio eorum, qui ex istis, qui pag. 413. seq. nominati sunt, inde ab isto tempore mortui, et qui in ipsorum locum suffecti sunt, reliqua, ne diutius operis differatur editio, reseruanda sunt, eamque ob causam nihil addidi, praeter indicem, eadem methodo, qua vsus est Sueuus in libro suo, cuius hic Georgianus est continuatio, elaboratum. Sed nec quicquam vel ex his, quae typis iam expressa erant, vel ex iis, quae manu reliquerat scripta Schrödterus, mutaui, excepto titulo, in gratiam eorum, qui pretium ante editionem operis numeraturi erant, prelo quidem excuso, verum, cum verba, quae pertinebant ad praefationem, quam conabatur b. Schrödterus, essent omittenda, ob rationem ab initio a me redditam corrigendo. Scr. Wittenbergae Cal. Mai. A. O. R. cIↃ IↃ CCLXXV.

ANNALES

ANNALES

ACADEMIAE WITTEBERGENSIS

AB

ANNO cIↃIↃCLV

VSQVE

AD ANNVM cIↃIↃCCLV

ITEM

ELOGIA

QVAE IN SEPVLCRORVM MONVMENTIS

WITTEBERGENSIBVS RECENTIORIBVS

INVENIVNTVR.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/71
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ANNALES

ACADEMIAE WITTEBERGENSIS

RECTORE
CONRADO VICTORE SCHNEIDERO,
Phil. et Med. Doct. et Prof. Publ. Celſ. Princ.
Anhaltin. Medico,

CIↃ IↃ C LV d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CCXXXIII
inter quos

1) Adamus Henningius a Kamike, *Pomer.*
2) Franciſcus Georgius a Weyher, *Pomer.*
3) Wolf Albrecht a Weyhern, *Pomer.*
4) Valentin a Daldorf, *Eques Sax. Inf.*
5) Georgius a Kömeriz, *Nobil. Miſn.*
6) Lebrecht a Prock, *Nob. Bor.*

Imago SCHNEIDERI eleganter picta eſt praemiſſa, cum inſcriptione, Pietas eſt fundamentum omnium uirtutum reliquarum.

RECTORE
REINHOLDO FRANCKENBERGERO,
Witteberg. Hiſtor. Prof. P.

CIↃ IↃ C LVI Kal. Mai. inſcripti ſunt CCLXIII
inter quos

1) Gerhardus ab Hünicken, *Nob. March.*
2) Iohannes a Miltiz, *Nob. Pomer.*
3) Henningius Sigismund. a Bredow, *Nob. March.*
4) Henning a Kamike, *Nob. Pom.*
5) Lüder Marſchalck, *Nob. Brem.*
6) Dethleu Marſchalck, *Nob. Brem.*
7) Iürgen Marſchalck, *Nob Brem.*
8) Heinrich Bernhard a Münſter, *Guſtr. Mecklenb.*
9) Ditericus a Kappeln, *Brem.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/73
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
IOHANNE SCHARFIO, Theol. Doct. et Prof.
Publ. Fac. Theol. Seniore, et Templi Cathedral.
Praeposito, tertio Rectore,

CIↃ IↃ C LVI d. 18 Octobr. inscripti sunt CCVII
inter quos

1) Augustus Ludolphus von der Heyde, *Luneb.*
2) Caspar Abraham von Schönberg.
3) Curt Ehrenreich von Bucksdorf, *March.*
4) Martinus ab Hefern, *Oldenb. Frif.*
5) Adamus a Wolfersdorf, *Nob. Luf*
6) Michael von Oppenbusch, *Amstel.*

Sub hoc Rectoratu pro Licentia disputarunt

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

Sub praesidio IO. SCHARFII, *Theol. Doct. et P. P. Templi Cathedr. Praep. Ord. sui Sen. et h. t. Rect.*

M. IOHANNES DEVTSCHMANNVS, *Introb. Facult. Phil Adi.* die 28 et 29 Ian. de gratia uocationis, eiusque actu et amplitudine.

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesidio HENRICI COSELII, *IC. Prof. Publ. cet.* IOACHIMVS WOLFIVS, *de L. Vnic. C.* Nequis in sua causa iudicet, uel sibi ius dicat.

2) sub praesidio SAMVELIS RITTERI, *D. et P. P. cet. et h. t Decani.* ZACHARIAS SCHARNOVIVS, *Introb. Saxo,* de exceptionibus non numeratae pecuniae.

RECTORE
SAMVELE RITTERO, Hala Sax. I. V. D. Digesti Noui Prof. Publ. Cur. Elect. Prouinc. Scabin. et Facult. Iurid. Assessore,

CIↃ IↃ C LVII Kal. Mai. inscripti sunt CCXXVI
inter

inter quos

1) Io. Wittmedy de Muſay, *Nob. Hung.*
2) Io. Loh Inſsmer, *Nob. Hung.*
3) Io. Ioachimus a Görtzke, *Nob. March.*
4) Chriſtianus de Münter, *Dreſd.*
5) Georgius Dietericus a Raſchkau.
6) Io. Adolph a Rechenberg.

Sub hoc Rectoratu pro Licentia diſputarunt

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

1) ſub praeſidio IO. MEISNERI, *D. et P. P.*
M. IACOBVS TENZELIVS, *Greuſſena-Thur. ibid. Eccleſiaſtes, et Conſiſt Schwarzburg Aſſeſſor,*
de Iure Pontificis circa electionem Imperatoris Romani.

2) ſub praeſidio ABRAHAMI CALOVII, *Doct. et Prof. P.*
M. CHRISTOPH. DANIEL SCHNEIDER, *Wurzena-Miſn. ibidemque Eccleſiaſtes, Conſiſt. Aſſeſſor, et Superintendens,*
de SS. Euchariſtia.

3) ſub praeſidio ANDREAE CVNADI, *D. et P. P.*
M. AEGIDIVS STRAVCH, *Witteb. Hiſtor. Prof. Publ. Extraord.*
de poenitentia Niniuitarum.

II IN FACVLTATE IVRIDICA

Sub praeſidio CASPARI ZIEGLERI, *I. V. D. et Prof. Publ.*
GEORGIVS IOACHIMVS TAVCHER, *Oſſitienſis Miſn.*
de Donationibus.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

ANDREAS SENNERTVS, *OO. LL. PP. et Decan.* XIIX creauit Magiſtros.

IV Inſigniit hoc Rectoratus ſemeſtre Sereniſſimi Principis, *IOHANNIS GEORGII II*, *Electoris Saxoniae*, qui *IOHANNI GEORGIO I*, *Patri* naſcendi iure ſucceſſit, auſpicatus aduentus homagiumque, ſiue homagium ipſi ab ordinibus ſolenniter praeſtitum. Nec praeter rem fecero, ſi geſtae totius rei ordinem breuiter explicem, cum id notitiae poſterorum uideatur referre. De illo negotio igitur cum facta certior Academia eſſet, Rector publicauit programma, quo Academica

mica pubes de ſuo officio, et, ut decenter atque modeſte, praeſente Principe, ſe gereret, admonebatur. Die XXIII Sept. cum ſplendido comitatu, ſed in lugubribus, huc uenit, deductusque ab oppidano Magiſtratu, qui extra portam Elſtrinam proceſſerat obuiam, a Rectore et Profeſſoribus, nec non et ceteris, qui Academicum corpus conſtituunt, in arcis area ſolenni dexterae oſculo reuerenter exceptus eſt. Digreſſo in thalamum, miſſi illico ex Profeſſorum ordine fuerunt duo, qui a ſupremo aulae Praefecto, Barone RECHENBERGIO acciperent, quid opus facto, et, de praeſtando ſacramento, quid fieri uellet Elector. Simul et Ohmae, quas uocant, tres uini Rhenani, et duo uaſa Wurcenſis cereuiſiae oblata ſunt, qui in cellarium Principis referrentur. Altero die poſt conuenerunt mane ordines in templo Arcis ad audiendam concionem, quae felix auſpicium ſolennibus daret. Eam grauem et efficacem Dn. D. IACOBVS WELLERVS, a confeſſionibus et concionibus primariis in aula, habuit. Peractis ſacris in Arcis atrium aſcenderunt omnes, dextrum latus Academiae, ſiniſtrum oppidanus Senatus, quod inter hos medium erat, ordo equeſtris tenuit. Ingreſſo Principe et in ſuggeſtu poſito, CAROLVS Liber Baro a FRIESEN, ex intimis Conſiliariis, pro Principe dixit facunde et grauiter. Electoratus Mareſchallus WOLFGANGVS LOESER primum equeſtris ordinis, deinde Academiae, nomine, Rector, poſtremus Syndicus urbis pro Senatu reſpondit. Facto fine GABRIEL VOIGTIVS a conſiliis et cancellis interioribus, ſiue ſecretis, obſtans nonnihil a Principe, et coetui propior iurisiurandi formulam de ſcripto legit, in quam ſinguli adigerentur. Equitibus tamen et Eccleſiaſticis leuandi digitos facta eſt gratia, et ſatis fuit, data dextra, fidem obſequiumque obſtrinxiſſe. Oppidani et alii, qui ad Electorale hoc forum pertinent, iusiurandum dederunt in area, adſtante ſuperius ad feneſtram Principe, dum ſupra dictus a ſecretis praelegeret uerba, in quae mox concio reſponderet. Interim Profeſſoribus praeceptum fuit, ut ad triclinium Principis praeſtolarentur, dum aduentitiis muneribus ipſe honoratus foret. Rector et Seniores Academiae in ipſo cubiculo, uerba faciente Rectore, obtulerunt PRINCIPI Romae ſubterraneae Latine ſcriptae in tomis duobus opus ingens, compactum magnifice, et auri atque argento exornatum, cum acclamatione uotiua, partim ſoluta, partim germanicis numeris conſtricta, oratione, in panno ſerico deſcripta typis. Reſpondit idem Baro FRISIVS multa de Sereniſſimi ELECTORIS in Academiam ſingulari beneuolentia ſtudioque, eaque praeclara ac ſumma omnia teſtatus. Atque uolebat quidem humaniſ-

ſimus

simus ac clementissimus Princeps uniuersos Professores solenni epulo interesse, sed, impetrata uenia, discesserunt maior pars. Rector cum duobus Theologis et Medicis totidem, quaternisque Philosophis admoti PRINCIPIS mensae, a sinistra omnes ordine, inferius accumbente Consule, et ceteris Senatoriis, consederunt. Tertio die post mouit Elector comitatum, et post deuotum manus osculum inter fausta omnia et gratulationes festas Torgam profectus est.

Viuat! uiuat! ac diu feliciter imperet

IOHANNES GEORGIVS II

Pater patriae, Vindex et Sospitator Academiae et Literarum.

RECTORE

MICHALE SENNERTO, Med. Doct. Anat. et Botan. Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LVII d. 18 Octobr. inscripti sunt CLXXXI inter quos

1) Petrus a Wehlenburg, *Holsat.*
2) Io. Heinrich von Schönbergk, *Nob. Misn.*
3) Io. Caspar von Schönbergk, *Nob Misn.*
4) Io. Rudolphus de Bischoffswerder, *Lus.*
5) Hannß Adam von Schöningk, *Neomarch. posthaec Generalis Campi Marescballus Elect. Sax.*
6) Bilibaldus ab Houwalt.
7) Adolphus ab Houwalt, *Nobiles Poloni.*

RECTORE

IOHANNE SPERLINGIO, Phys. Prof. Publ. et

PRORECTORE

MICHAELE SENNERTO, D. et Prof. Anat. et Botan.

postquam d. XII Aug. Rector pie defunctus est,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/77 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

CIↃ IↃ C LVIII Kal. Mai. inſcripti ſunt CCLXXII

inter quos

1) Georgius Frider. a Birckholz, *Nob. Luſ.*
2) Leopoldus Heinricus a Klitzing, *Nob. Luſ.*
3) Alexander Sigismundus a Schöningk, *Neomarch.*
4) Bogislaus Wilhelmus Mildenitz, *Nob. Pom.*
5) Iohannes de Roger, *Brunſu.*
6) Balthaſar Hieron. von Leipziger.
7) Caſp. Gothofredus von Leipziger.
8) Io. Heinricus von Leipziger.
9) Georg. Diter. ab Eizen, *Hamb.*
10) Jacob von Düring, *Bremenſ.*
11) Dietrich von Düring, *Bremenſ.*
12) Io. Rudolph. von Metzſch, *Anhalt.*

RECTORE
IOHANNE MEISNERO, Theol. D. et P. P. Alumn. Ephoro,

CIↃ IↃ C LVIII d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CCV

inter quos

1) Io. Georgius
2) Io. Caſparus
3) Io. Chriſtianus
} tres Rectoris filii.
4) Georgius a Maxen, *Eques Luſ.*
5) Caſpar Chriſtophorus a Maxen, *Eques Luſ.*
6) Wenceslaus Wilhelm ab Haugwiz, *Eques Sil.*
7) Fridericus a Platen, *Nob. Liu.*
8) Friedrich Auguſtin Hoſtialeth von Jaworſtietz, *Eq. Auſtriac.*
9) Zacharias Grapius, *Theologus Roſt.*
10) Io. Abraham a Schottendorf, *Eques Sil.*
11) Joachim von Kels, *Quedlinb Sax.*
12) Ditericus Leuin von Schachten, *Magdeb.*
13) Io. Andreas Quenſtet, *Theol. Witt.*
14) Adamus vom Berg, *Franc.*
15) Paulus von der Borch, *Stadan.*
16) Elardus a Bobart, *Bremenſ.*

RECTORE
AVGVSTINO STRAVCHIO, I. V. D. Comite Palat. Caeſ. Elect. Sax. Conſil. Fac. Iurid. Ord.

CIↃ IↃ C LIX Kal. Mai. inſcripti ſunt CCXXXV

inter quos

1) Io. Georgius a Birckholz.
2) Erdmann Otto a Ribbeck, *Eques March.*
3) Io. Vlricus de Franckenberg, *Hung.*
4) Cuno Heinrich a Katte, *Eq. Sax.*
5) Iac. de Clerice, *Hamb.*

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/78 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
MARCO BANZERO, Augstano, Med. D. et Prof. Fac. Med. Sen.

CIↃ IↃ C LIX d. 18 Octobr. inscripti sunt CLV

inter quos

1) Ernestus Michael ab Herfurth.
2) Caspar Seyfried von Karaß, *Eques Lus.*
3) Io. Esaias von Hartig, *Venetus.*
4) Otto Christian von Kiesewetter.
5) Joh. Friedrich de Prengtenhoff, *Saxo.*
6) Io. Georgius von Kiesenwetter.
7) Dietrich Erdmann a Bröstcke.
8) Adam. Frider. a Bröstcke, *March.*

RECTORE
CHRISTOPHORO NOTTNAGELIO, Sup. Math. Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LX Kal. Mai. inscripti sunt CCCXXXIII

inter quos

1) Iacobus Detlaus de Barfus, *Eques March.*
2) Conradus Hildebrand a Barfus.
3) Petrus Ioachim a Ramd, *Nob. Pom.*
4) Adamus Frider. de Oppen, *Nob. March.*
5) Wolfgang Ernst von Hacken, *March.*
6) Aegidius Strauch, *postea Theol. Witt.*
7) Iohannes ab Erpecom, *Amstel.*
8) George Abraham von Oppen.
9) Hanß von Jügart.
10) CHRISTIANVS AVGVSTVS L. B. A FRIESEN.
11) Heinricus a Friesen.
12) Philippus Ludouicus Hannekenius, *posthaec Theologus Witteb.*

RECTORE
ANDREA KVNADO, Theol. Doct. et Prof.

CIↃ IↃ C LX d. 18 Octobr. inscripti sunt CLXXIX

inter quos

1) Ernestus ab Oppel.
2) Georgius Fridericus ab Oppel.
3) Friedrich Philipp Wilhelm von Lindenau.
4) Geor-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/79 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

4) Georgius Christoph. a Schwartzkopf, *March. Nob.*
5) Georgius Christoph. a Münckwiz, *Eques Luſ.*
6) Caſparus Ehrenreich a Münckwiz, *Eques Luſ.*
7) Balth. Frider. a Katte.
8) Io. Christoph. a Beeren, *Nob. Marb.*

Sub hoc Rectoratu
die 12 Febr. 1661 pie in Domino obdormiuit
AVGVSTVS BVCHNERVS, *Orator. et Poet. P. P. Acad. Sen. et Alumnor. Electoral. Ephor. Vir celeberrimus et de tota re Literaria bene meritus.*

IN FACVLTATE MEDICA
ſub praeſidio D. MICHAELIS SENNERTI, P.P.
pro Licentia Doctorali, quam uocant, diſputauit publice
IACOBVS FALCKNER, *Lipſ. Reipubl. Haynenſis Phyſicus Ord.*

RECTORE
CASPARO ZIEGLERO, Lipſ. Phil. et I. V. D. Cod. Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LXI Kal. Mai. inſcripti ſunt CCXLII
inter quos

1) Wolfgangus Henricus a Lüttichau, *Eques Miſn.*
2) Leuin von Barby.
3) Hans Chriſtian von Schierſtedt.
4) Wolfgangus Frider. von Arnimb.
5) Ludouicus Auguſtus von Arnimb.
6) Chriſtoph. Adamus von Arnimb.
7) Io. Georgius von Arnimb.
8) Wolfgangus Chriſtophor. von Arnimb.
9) Io. Fridericus a Wolffersdorf, *Variſc.*
10) Io. Adamus a Schœnefeld, *Equ. Miſn.*

Imago ZIEGLERI praemiſſa eſt eleganter picta, ſuperius ſunt duo Genii, Matheſeos et Muſices inſtrumenta tenentes, ad latus ſtant Fidei et Iuſtitiae imagines.

Sub hoc Rectoratu
IN FACVLTATE THEOLOGICA
diſputauit pro Licentia

ſub

sub praesidio IO. MEISNERI, P. P.
REINHOLDVS DERSCHOW, *Regiomonto-Borussus*,
de Statu animarum separatarum.

Insignitur hic Rectoratus impensissimo conatu euellendi PENALISMI, qui plerasque Germaniae Academias pessime hactenus afflixerat, et radices egerat bene iam inextirpabiles. Pudet referre, quibus nequitiis, quibusque indignissimis modis, qui nouiter in Academias uenerant, imo etiam, antequam uenissent, extra Ciuitatis pomoeria excepti fuerint, ut etiam inter barbaros plus quandoque humanitatis, quam in humaniorum literarum officinis, reperiri haut frustra crederetur. Et quia, sine ordine, aut legibus, ne latronum quidem societatem consistere posse, didicerant, in cohortes diuidebantur illi nationales, quarum singulae Seniorem sibi, penes quem Gentis regimen esset, acceperunt. Cogebat iste cum aliis eiusdem farinae sibi adscitis Assessoribus nouitios, huc uenientes, ut in matriculam Nationis nomina darent, pro auctoramenti hoc genere pecuniam, et hanc pauperioribus grauem satis, pro lubitu exigebat, quin postea etiam imperabat certas, ut uisum, summas, ceterum partes operasque et sordidissima saepe, ac aliena ab ingenuitate studiorum, ministeria describebat atque imponebat, statuebat etiam poenas in non audientes dicto, irrogabat mulctas, nonnullos excludebat penitus, ac, ut discederent, ui adigebat. Vt summatim dicam, per impotentem libidinem seruos mancipiaque concinnabat liberos homines, atque hoc ipso omnem Legum ac Magistratus auctoritatem euertebat nequiter et conculcabat. Ipsi inter se iuniores, ubi modestia Seniorum melius consulterum eis parcebat, mutuis inuicem iniuriis et contumeliis lacessere, habitu praeterea, eoque lacero admodum et discincto, quin et incessu et loco discriminari, consueuerant, ad nefandissima scilicet, omni pudore abiecto, petulantes. Atque, uti uara uibiam sequitur, ita alios uicissim pati abs se uolebant, quod ipsi iam ante ab aliis erant passi. Ista tamen pleraque omnia clanculum Magistratum Academicum, sub infamiae nota, cauendo, ne quis extra conciliabula, aut nequitiae palaestras, quicquam effutiret. Etsi autem taceri ea tam prouide nunquam potuerint, ut non aliqua subinde ad Inspectorum aures peruenirent, pleraque tamen horum, aut interrogationes in iure factas, eludebant, aut speciosis nominibus pietatis et misericordiae in pauperes, et infirmitate correptos populares, uelabantur, aut denique, propter inueteratam iam licentiam, seueritatem non ferebant. Donec tandem, malo eiusmodi saris uexata Germania, ipsis in Comitiis Ratisponensibus, Anno CIↃ IↃ C LIV, de remediis cogitare coepisset, facto decreto, ut

praeualidis istis et adultis flagitiis, cum singulae Academiae impares uiderentur, uniuersae nunc, auctoritate Principum et Statuum, resisterent. Postquam igitur sub hoc Rectoratu, ea de re, Edictum Serenissimi Electoris Saxoniae, Domini nostri Clementissimi, promulgatum, atque per id, affixo una programmate Academico, ut uestitus omnibus nouitiis, quam ueteranis, pro facultatibus cuiusque idem esset et conformis, seuere mandatum fuisset, tanta mox animos incessit ferocia, ut cateruatim ex urbe discederent, et intra biduum aliquot centuriae Nouitiorum desiderarentur, qui omnes studiorum potius iacturam facere, quam uno aliquo ligamine (hactenus enim carere tali ornatu istis hominibus solenne erat,) uestimentis annexo uesaniam suam deprecari uelle uidebantur. In uicinis uero oppidulis postquam aliquamdiu substitissent, et, stare sententiam Patribus Academiae, persentiscerent, redire alius post alium, et custodire Edicti legem, quae praecepta erat, languido licet obsequio, animum induxere. Faxit DEVS ter Opt. Max., ut cacoethes istud et pessimum Academiae nostrae dehonestamentum cesset tandem aliquando, nostrique labores in exuberantissimos desinant uirtutis et felicitatis fructus.

More Maiorum scripsit haec manu sua
ipse Rector, C. Z. D.

RECTORE
CONRADO VICTORE SCHNEIDERO,
Phil. et Med. Doct. et Prof. Celsiss. Princip. Anhalt. Archiatro,

CIↃ IↃ C LXI d. 18 Octobr. inscripti sunt CXXX inter quos

1) Wolfgangus Christoph. a Reizenstein, *Nob. Var.*
2) Iohannes Enko, *Nob. Pom.*
3) Iost Vlrich a Bredow, *Godsena-Lus.*
4) Hanns George von Brizke, *Magdb.*
5) Jean du Trembley, *natalis dula province de Normandie.*
6) Conradus Samuel Schurzfleisch, *Gualdecc. post Prof. et Polyb. Witteb.*

Obiit, d. XV Mart. CIↃ IↃ C LXII, ANDREAS KVNADVS, Th. D. P. P. et Consist. Eccl. Assess.

RECTORE
IO. ERICO OSTERMANNO, Sorbigensi,
Graecar. Lit. P. P. nec non Electoral. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ C LXII

CIↃ IↃ CLXII Kal. Mai. inſcripti ſunt CLXXIV

inter quos

1) Adam. Henricus am Ende, *Eq. Miſn.*
2) Elias Caſpar a Noſtiz, *Eq. Luſ.*
3) SIGISMVNDVS CASIMIRVS, COMES DE LYNAR.
4) Wichmann Heinrich von Schlaberndorf, *Nob. March.*
5) Caſimir Dietrich von Kampen, *Anhalt.*

RECTORE

IO. ANDREA QVENSTADIO, Quedlinburg.

Theol. D. et P. P. Electoral. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ CLXII d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXXXI

inter quos

1) Iohannes Olmützer, *Nob. Hung.*
2) Io. Heinricus a Kayn, *Nob. Miſn.*
3) Iohann Heinrich a Koſvitz, *Nob. Miſn.*

Sub hoc Rectoratu,

I in numerum Profeſſorum receptus eſt d. 17 Ianuar.

WERNER THEODORVS MARTINI, *I. V. D.*
Inſtit. Prof. Publ.

in Facultate Theologica diſputarunt pro Licentia,

1) ſub praeſidio IOHANNIS MEISNERI, *Theol. D. et P. P.*

M. PAVLVS HOFMANNVS, *Seren. Oeſouiratus Sax. Haeredi Io. Georgio III ab Informatione,*

de admiranda DEI Prouidentia et rerum omnium Conſeruatione ac Gubernatione.

2) ſub praeſidio IO. DEVTSCHMANNI, *Theol. D. et P. P.*

IODOCVS SLAVIVS, *Paſt. et Superintend. Seydenſ.*

de Reformatis Euangelicis, uerius non Euangelicis.

III in Facultate Iuridica diſputarunt pro Licentia,

1) ſub

1) sub praesidio MICHAELIS LEDERERI, *Fac. Iurid. Assess. cet.*

ERNESTVS TENZELIVS,

de ultimo Iuris et Iustitiae fine.

2) sub praesidio D. IOACHIMI NERGERI, *P. P.*

FRANCISCVS HERMANS, *Stralsund.*

de Iure debitoris, ne egeat.

IV in Facultate Medica IV creati sunt Doctores,

Decano, D. MICHAELE SENNERTO, *P. P.*

Promotore, D. CONRADO VICTORE SCHNEIDERO, *P. P.*

RECTORE

CHRISTIANO KLENGELIO, Dresdensi, I. V. D.

Cod. P. P. Cur. Elect. Consist. Eccl. Scabinatus, et Fac. Iurid. Assessore,

CIↃ IↃ C LXIII Kal. Mai. inscripti sunt CCVIII

inter quos

1) Busso Ernestus a Blanckensee, *Nob. March.*
2) Christoph. Henricus a Pforta, *Eq. Misn.*
3) Carolus Frider. a Kraha, *Eq. Sax.*
4) Io. Ioachimus a Reibold, *Eq. Misn.*
5) Augustus Abraham a Sahla, *Eq. Misn.*
6) Dietericus Schicke, *Eq. Misn.*
7) Leuinus Adolphus ab Aluensleben, *Nob. March.*
8) Io. Martinus a Benkendorf, *Barutho-Francus.*
9) Daniel Kalaw vom Hoffe, *Nob. Bor.*

Sub hoc Rectoratu,

I in Facultate Iuridica, pro Licentia disputarunt,

1) sub praesidio CASPAR. ZIEGLERI, *I. V. D. Consil. Elector. et Facult. Iurid. Ordinarii,*

IO. IACOBVS CASPARI, *Moeno-Francofurt.*

de competente delinquentium Iudice et Foro.

2) sub

2) ſub praeſidio Rectoris Magnifici,
RVDOLPHVS GASTO, *Gubena-Luſ. in Ducali Archidicaſt. per Luſat. Infer. Aduocatus,*
de Tempore.

II in Facultate Medica pro Licentia diſputauit,
ſub praeſidio CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI,
Med. D. et P. P.
MATTHIAS TILINGIVS, *Iheuera-Friſius,*
de Hydrope.

RECTORE
CHRISTIANO AVGVSTO L. B. A FRIESEN,
et
PRORECTORE,
MICHAELE SENNERTO, D. Anat. et Bot. P.

CIↃ IↃ C LXIII d. 18 Octob. inſcripti ſunt CXXV
inter quos

1) Carolus Rudolphus a Neizſchiz, *Eq. Miſn.*
2) Carolus Auguſtus a Neizſchiz, *Eq. Miſn.*
3) Hans Chriſtian von Schierſtedt, *Nob. Miſn.*
4) Heinrich von Hatten, *Chilon. Holſ.*
5) Iacobus Martin. Gilbertus de Spaignart *Grûneb. Sil.*
6) Adam Erdmann a Reibold, *Eq. Var.*
7) Io. Abraham a Sebottendorf, *Sil.*

Obiit, d. XIV Ian. CIↃ IↃ C LXIV, REINHOLD. FRANCKENBERGER, Hiſt. P. P. Acad. Sen.

RECTORE
ANDREA SENNERTO, O O. L L. P. P.

CIↃ IↃ C LXIV Kal Mai. inſcripti ſunt CCXXXVII
inter quos

1) Leui-

1) Leuinus Heinricus von Dœhren, *Magdeb.*
2) Io. Georgius Pflugius, *Nob. Miſn.*
3) Dam Sigismundus Pflugius, *Nob. Miſn.*
4) FridericusWilhelmus ab Hoym.
5) Paulus a Steinwehr, *Nob. Pom.*
6) Adolph Heinricus a Dik, *Nob. Miſn.*

Sub hoc Rectoratu,

I die IV Mai. moritur D. MARCVS BANZERVS, *Facult. Med. Senior.*

II die VI Iul. moritur Dresdae D. IAC. WELLERVS, cer. cuius parentalia, ſiue Oratio funebris, die 18 Iul. per GEORG. CASPARVM KIRCHMAIERVM, *Orat. Prof. P.* habita.

III die XII Iul. CHRISTIANVS KLENGELIVS, *IC. et P. P. Dreſdam ad munus Conſil. in Camera Electorali abit.*

IV in Facultate Medica pro Licentia diſputarunt

1) ſub praeſidio MICHAELIS SENNERTI, *D. et P. P.*
MICHAEL CLEOPHAS, *Thuron. Pruſſus*, die IIX Septembr.

2) ſub praeſidio CONRADI VICTOR. SCHNEIDERI, *D. et P. P.*
IOHANNES BREVER, *Leutſchou. Hung.* d. 18 Octobr.

V Poenitentiales dies IV habiti, in cauſa belli Turcici, d. IIX Maii d. XXII Iun. d. IV Aug. d. XV Septembr.

VI Inſcriptiones tres in Collegio Auguſti, loco noto, Electoribus tribus feliciſſimae memoriae, *CHRISTIANO I*, *CHRISTIANO II*, et *IO. GEORGIO I*, ad eorundem effigies dicatae et poſitae. Vid. infra, ad annum ɔIↃ IↃ C LXXVII, V, f.)

VII Pacificatio inſperata, poſt bellum, utrinque dubio Marte, geſtum inter Caeſaream Maieſtatem et Turcam.

IIX Erphordia a Moguntino Electore obſeſſa deditur eidem.

RECTORE
IOHANNE DEVTSCHMANNO, D. et P. P.
Elector. Alumnor. Ephoro,

ɔIↃ IↃ C LXIV

CIↃ IↃ C LXIV d. 18 Octobr. inscripti sunt CXXXIIX
inter quos

1) Albertus Frider. a Syborg, *Magd.*
2) Hans Christoph. Coelestin von Sternbach, *Nob. Pomer.*
3) Io. Casparus a Loss, *Nob. Miss.*
4) Theodorus a Dunte, *Livon.*

Sub hoc Rectoratu,

I RARO EXEMPLO

Corpus Academicum tribus Professoribus adauctum,
cum,
ad Facultatem Iuridicam
MICHAEL FRIDERICVS LEDERERVS, *I.V.L. Prof. Instit.*
d. XXVII April. 1665,
ad Facultatem Medicam
IOHANNES STRAVCH, *D. Anatom. et Botan. Prof.*
d. XI Decembr. 1664,
ad Facultatem Philosophicam
M. MICHAEL STRAVCH, *Inser. Mathem. Prof.*
die X Martii 1665,
in solemni Patrum Academiae consessu, more consueto,
recepti sint.

II IN FACVLTATE IVRIDICA

pro Licentia disputauit,
sub praesidio WILHELMI LEISERI, *I.V. D. et P.P.*
Cur. Elect. Scabinat. et Facult. Iurid. Assess. et Decani,
IOHANNES HENRICVS DÜRFELD, *Hallensis Saxo,*
de Titulo.

III IN FACVLTATE MEDICA

Decano, CONRADO VICTORE SCHNEIDERO, *D. Prof.*
Prim. et Facult. Med. Sen.

Doct.

Doct. honores acceperunt

MICHAEL CLEOPHAS, *Thorun. Prussus*,

IO. BREVER, *Leutsch. Hung.*

RECTORE

WILHELMO LEISERO, I. V. D. et Cod. Prof. Cur. Elect. Scab. et Facult. Iurid. Assess.

CIↃ IↃ. C LXV Kal. Mai. recepti sunt CCXIX

inter quos

1) Engelbertus a Buryk, *Miſn.*
2) Hans Christoph von Polenz, *Nob. Luſ.*
3) Cuno Christoph von Birkholz, *Nob. Luſ.*
4) Io. Sigmund von Sebottendorf, *Nob. Sil.*
5) Ernst Friedrich Katt, *Nob. Magdeb.*
6) Conradus a Lüzau, *Megapolit.*
7) Erdmann Eckard Stammer, *Eq. Magdeb.*
8) Io. Christian von Sebottendorf. *Nob. Miſn.*

Sub hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

pro Licentia disputauit

sub praesidio IOACHIMI NERGERI, *P. P. Curiae Elect. Scabinat. Iudicii Prouincial. in Luſ. infer. Aſſeſſ. et h. t. Decani,*

HENRICVS GEORGI, *Itzeboa-Holsatus*,

de pupillari Substitutione.

II IN EADEM FACVLTATE

Decano, IOACH. NERGERO,

Promotor, WILHELMVS LEISERVS, *h. t. Rector*,

VII Licentiatis Gradum et insignia Doctoralia contu[lit].

Commemoranda hic quoque Visitatio Academiae nostrae est, Sereniſſimi Nutritii nostri, Dn. *IOHANNIS GEORGII II*, Saxon. Electoris, cet. nomine, a Viris Perilluſtri, Reuerendiſſimo, Magnificis, Nobiliſſimis, Conſultiſſimis,

mis, Dn. CAROLO, LIB. BAR. a FRIESEN, Consiliario Intimo, Comite Cubiculario, et Consistorii Eccles. Supremi Praeside, Dn. MARTINO GEIERO, S.S. Theol. D. et Concion. Aulico supremo, ut et a Confess. et Consiliis Eccles. Dn. BVRCHARDO BERLICHIO, ICto et Consiliario Aulico, ac Dn D. GODOFREDO BEHRINGER, in Consist. Eccles. Supremo Consil. prima, post tumultus bellicos sedatos peracta, qui a. d. VI Non. Iul. urbem ingressi, ac in Arce morati, negotium non sine applausu Ordinis Professorii, qui benigne satis et honorifice ab illis habitus est, intra X dies confecere. Nec silenda est publica deuotio, qua Pridie Id. Octobr. ex Sereniss. Electoris praecepto, uniuersa regio maximum maximi Dei beneficium, quod, superiori anno, periculosissimo inter Turcam et Imperatorem nostrum, bello sopito, pacem ex improuiso Christiano populo reddiderat, solenni festiuitate celebrauit. Faxit idem O. M. DEVS, ut haec nobis gaudia propria ac perpetua sint, quaeque alia prohibeat, quo artium ac literarum studia porro uigeant, et in Ecclesiae pariter ac Reipublicae salutem, cum primis uero diuini sui nominis gloriam et celebrationem uertant, per Filium suum unigenitum, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, Amen, Amen.

RECTORE
IOHANNE STRAVCH, Dresd. Phil. et Med. Doct. Anat. et Botan. P. P.

CIↃ IↃC LXV d. 18 Octobr. inscripti sunt CXXIIX

inter quos

1) Adolphus von Haugwitz, *Eq. Lus.*
2) Georgius Frider. a Birckholtz, *Eq. Lus.*
3) Heribertus von der Horst, *Brem.*
4) Io. Christoph a Ponickau, *Eq. Miss.*
5) Io. Augustus a Spor, *Eques Miss.*

RECTORE
MICHAELE WENDLERO, Anne-Montano, S.S. Theol. Doct. eiusdemque Prof. Extraord. et Moral. Prof. Ordin.

CIↃ IↃ C LXVI Kal. Mai. inscripti sunt CCCXI

inter quos

1) Rudol-

1) Rudolphus de Bünau, *Eq. Luſ.*
2) Heinricus de Bünau, *Eq. Luſ.*
3) Adamus Frider. a Thoſs, *Nob. Nor.*
4) Chilianus a Brücke, *Magdeb.*
5) Adam Ioachim a Kyaw, *Nob. Miſn.*
6) Ioachim von Ratzdorf, *Eq. March.*
7) Sigismundus a Nimptſch, *Eq. Sil.*
8) Kraft Burchard a Bodenhauſen, *Eq. Sax.*
9) Io. Friedrich ab Aluensleben, *Eq. March.*
10) Hans Chriſtian von Schierſted.
11) Georgius Henricus ab Arnim, *Eq. March.*
12) Wolfgangus Abraham a Gersdorf, *Eq. Luſ.*

Sub hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

pro Licentia diſputauit,

ſub praeſidio IO. ANDREAE QVENSTEDT, *S.S. Theol. D. et P. P. Elector. Alumnor. Ephori,*

M. CHRISTIANVS LYSERVS, *Eccl. Sangerhuſ. Paſt. et Superintendens,*

de ἀδυναμίᾳ hominis irregeniti in ſui conuerſione.

II IN FACVLTATE MEDICA

pro Licentia diſputarunt,

ſub praeſidio CONRADI VICTOR. SCHNEIDERI, *Facult. Med. Sen.*

1) M. IOHANNES FRIEDELIVS, *Poſonio-Hungar.* de Angina.

2) ANDREAS KEIL, *Calba-Saxo, et ibidem Medicus Ord.* de Melancholia.

III Kal. Maii in Chriſto denatus eſt Academiae Senior meritiſſimus,

CHRISTOPHORVS NOTTNAGELIVS, *Mathem. Super. Prof. Publ.*

cui ſucceſſit

M. MICHAEL WALTHERVS, *Friſius, Fac. Phil. Adi.*

Ad mandatum item Sereniſſimi ELECTORIS Graec. Literar. Profeſſori, Viro Excellentiſſimo,

IO. ERICO OSTERMANNO, in habendis Lectionibus publicis adiunctus ſolenniter eſt die XVI Iun.

M. BALTHASAR STOLBERGIVS, *Mitweida-Miſn. Fac. Phil. Adi.*

IV Notandus inſuper hic eſt caſus M. DANIELIS STEPNERI, *Longomontani Miſnici*, qui, XIX Aug. nocte, concubia, leui de cauſa, lethali uulnere confoſſus, hora VI matut. exſpirauit. Nec ſilentio hic praetereundum eſt magnum illud Londini in Anglia incendium, quo 12000 aedificiorum, templorum uero 80, ut communis erat fama, cum incomparabili mercium et theſaurorum damno, ignis uehementia, quatriduum durante, perierunt.

RECTORE

IOHANNE MEISNERO, S. S. Theol. D. et Prof. Facult. Theol. Sen. Conſiſt. Aſſeſſ. et OO. SS. Templi Praepoſ.

CIↃ IↃ C LXVI d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CLIII

inter quos

1) Iohannes von der Schulenburg.
2) Henricus a Bülow, *Eq. Miſn.*
3) Caſpar Friedrich a Schirſtedt, *Nob. Magdeb.*
4) Auguſtus a Lüttichau, *Eq. Miſn.*
5) Wolfgangus Frider. ab Arnimb, *Nob. Miſn.*

Sub hoc Rectoratu pro Licentia diſputarunt

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

ſub praeſidio IOHANNIS DEVTSCHMANNI, *Th. D. et Prof. et Elector. Alumnor. Ephori,*

M. HEINRICVS BAVMANNVS, *Torg. hactenus Fac. Phil. Adi. nunc Gymn. Coburg. Direct. et Prof. P.*

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) ſub praeſidio CASPARI ZIEGLERI, *ICti, Seren. Elect. Sax. a Conſil. Facult. Iurid. Ordinarii, Cur. Prouinc. Conſiſt. Eccl. et Scab. Aſſeſſ.*

IOHANNES WALLERSHEIM, *Iûtrobocciensis.*

2) sub praesidio MICHAELIS FRIDERICI LEDERERI, *I. V. D. et P. P. Cur. Elect. Scabin. et Facult. Iurid. Assess.*

3) sub praesidio MICHAELIS LEDERERI, *I V. D. Fac. Iurid. Assess. Curiae Elector. Aduocati et urbis Consulis,*

CHRISTIANVS WILDVOGEL, *Waldheim. Misn.*

III IN FACVLTATE MEDICA

1) sub praesidio CONRADI VICTOR. SCHNEIDERI, *D. P. P. Fac. Sen. et Princip. Anhalt. Archiatri,*

IO. CHRISTIANVS NETTELBACH, *Lub. Lus.*

2) sub praesidio IOHANNIS STRAVCHII, *Phil. et Med. D. Anat. et Botan. P. P.*

FERDINANDVS KHIEN, *Nouisolio-Hung.*

IV. IN FACVLTATE THEOLOGICA

Decano, D. ABRAHAMO CALOVIO, *P. P.*
Promotore, D. IO. DEVTSCHMANNO, *P. P.*
tres Doctores Theol. sunt creati.

IN FACVLTATE MEDICA

Decano, IOHANNE STRAVCHIO, *P. P.*
Promotore, CONRADO VICT. SCHNEIDERO,
quatuor Licentiati honores Doctor. sunt consecuti.

RECTORE

IOACHIMO NERGERO, Gruphimonte Sil. P. P.

CIↃ IↃ C LXVII Kal. Mai. inscripti sunt CCIII

inter quos

1) Maximilianus a Muschwiz, *Eq. Sil.*
2) Carolus Sigismundus a Muschwiz, *Eq. Sil.*
3) Asmann Friedrietz ab Hock, *Eq. Sil.*
4) Wilhelmus Heinr. a Löser, *Eq. Sax,*
5) Ioachim Viuientz von Eichstadt. *Nob. March.*
6) Nicolaus Frider. a Wallwiz, *Lübae-Lus.*

7) Fri-

7) Frider. Leuin Metzſch, *Nob. Miſn.*
8) Günther von Bünau, *Eq. Var.*
9) Chriſtophorus Heinricus ab Heiniz, *Eq. Miſn.*

RECTORE

CONRADO VICTORE SCHNEIDERO, Betterfelda-Sax. Med. D. et P. Elect. Sax. et Brandenb. nec non Princip. Anhalt. Archiat. et Facult. ſuae Sen.

CIↃ IↃ C LXVII d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXLVII.

inter quos

1) Dauid Gottlob a Gersdorf, *Eq. Luſ.*
2) Chriſtoph. Oswald. a Saliſch, *Finſterw.*
3) Gottlob von Littichau, *Eq. Miſn.*
4) Hartmannus Wilhel. ab Hollcüffer, *Nob. Miſn.*
5) Io. Georgius von Oſterhauſen.

Iuſſu Sereniſſimi Electoris Sax. *IO. GEORGII II*, glorioſiſſimae memoriae Principis, die XXXI Octobr. CIↃ IↃ C LXVII, huc Wittebergae feſtum Iobelaeum celebrauit Academia, ob Reformationis, a b. LVTHERO feliciſſime coeptae, primordia, qui XXXI Octobr. CIↃ IↃ C XVII theſes, ualuis huius templi ad arcem, contra indulgentiarum nundinatorem, TEZELIVM, affixas, promulgauerat, prout tum ex Programmate intelligitur ſequenti,

Rector Academiae Wittebergenſis,
CONRADVS VICTOR SCHNEIDER, Betterfelda-Saxo, Phil. et Med. D. Prof. Publ. et Facult. Med. Senior,

Ciuibus Academicis S. P. D

Quod haec urbs, haec Academia noſtra, quod uniuerſa Saxonia cum tot adiacentibus regionibus, quod tot ampliſſima regna atque prouinciae, foedum et immane Romani Pontificis iugum excuſſerunt feliciter, et priſtino ſuo nitori ac ueritati reſtituta religionis res eſt, unius ac immortalis DEI beneficium tenemus. Sane ſi ea

 recoli-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/93 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

recolimus tempora, quibus non pro primo ſummoue Epiſcopo, ſed terreno Numine, ſe iactabat Romanus Praeſul, ſi repetimus, qua impotentiſſima ſuperbia et immanitate non in infimos tantum de plebe homines, ſed ſummos etiam ac eminentiſſimas poteſtates ſaeuierit, non poſſumus non dolere uices noſtras, et mirari contra atque ſummopere laetari, quod e tam crudeli tyrannide aſſerti diuina manu, et uindicati in libertatem ſumus. Sesquiſeculum hodie exit, quod MARTINVS LVTHERVS, *ſanctiſſimi Numinis inſtinctu afflatuque primum expediuit mucronem, et fatalia Antichriſto arma oppoſuit, qui tum in id enitebatur maxime, ut unici Seruatoris merita deprimeret ac aboleret, fædiſſimas pro eis indulgentiarum ſuarum nundinas ſubſtituturus. Egit has partes Leo X, homo, ſi uel ipſis Pontificiis credimus, in omnem licentiam ſponte ſua pronus. Is, ſuaſu Laurentii Puccii, Cardinalis, inconſulti rerum nouarum auctoris, ſed quem in primis aeſtimabat, corrogandi ad infinitos ſumtus pecuniam cepit impetum. Mittuntur illico per uniuerſa orbis Chriſtiani regna literae ac diplomatá, quibus delictorum omnium uenia et expiatio, tum uita quoque aeterna promittitur, conſtituto, quod pro peccati grauitate quisque penderet, pretio. Ordinantur per prouincias aerarii, et eis quaeſtores praeficiuntur. His additi praecones tanti beneficii magnitudinem commendant populo, fictisque artificioſe orationibus et omni mangonii genere immoderate extollunt efficaciam rei. Paſſim ſerpebat haec peſtis, ſed in Germania praecipue effundebat uirus, ubi qui redimendam pecuniam Romae a Pontifice conduxerant, per luſtra et popinas, Thuani uerba ſunt, quotidie ſine pudore, in alcae luſum uſusque turpiſſimos, poteſtatem extrahendi animas defunctorum ex igne expiatorio profundebant. Ceſſerat Iohanni Tezelio, Ordinis Dominicani Monacho, Saxonia noſtra expilanda. Hic, ut uanus et nequam erat homo, inter alia publice de ſe praedicabat, conceſſam ſibi tantam a Leone poteſtatem, ut etiam, ſi quis ſanctiſſimae uirginis Mariae uitiaſſet corpus, eamque grauidam reddidiſſet, facere ueniam crimini poſſit, modo ſolueretur, quam indiceret, pecuniae ſumma. Ad haec non patrata ſolum, ſed futura etiam, quamuis atrociſſima, peccata condonabat. Facile in partes trahitur uulgus, et ſceleratiſſimis quibusque etiam fraus ſolatii*

loco

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/94
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

loco est. Quare nullibi uberiorem, quam in hac et uicinis urbibus, messem Tezelius habebat, fumum pro ueritate, pro nummis uerba, atque inanem spem uenditans. Quid multis? Non tulit indignitatem rei LVTHERVS, *et, qui debortatus initio populum fuerat, ne superstitiose nimis fidem haberet impostori, deinde pridie Kal. Nou. A. CIↃ IↃ XVII, aperto Marte aggressus est hostem, publicatis disputandi causa thesibus, et ualuis templi arcis affixis, quibus de uera poenitentia, purgatorio, merito Christi, et charitatis officio copiose disseruit, et illas Papales indulgentias acriter oppugnauit. Haec incunabula repurgatae religionis sunt, quae in hanc dignitatem, qua hodie conspiciuntur, assurrectura quis credidisset? quis, priuati, nullisque aut opibus, aut copiis freti, hominis institutum atque industriam aduersus tantam potentiam, tot machinas, et diva fulmina sufficere posse, putasset? Vicit tamen auxilio DEI* MARTINVS, *et per destinata fatis tempora reuelauit iniquitatis mysterium, et illum perditionis filium prodidit, qui, si fefellisset diutius, pestilentius nocuisset Christiano orbi, geminus serpenti, qui, in gyros suos dum uoluitur aperte, et obiicitur oculis nostris, facile euitatur, qui contra in occulto si est, atque in herbis latet, metuendus est magis. O itaque felicem Wittenbergam nostram, in qua tanti boni iacta fundamenta sunt! O faustum et dignum bonis omnibus crastinum diem, qui primam nobis aperuit ianuam, per quam ex immani Babylonis captiuitate egredi tuto potuerimus, postquam non ab anilibus fabulis atque ineptiis frigidissimis, non ab impia amplius superstitione ac idololatria, sed immensa DEI gratia et efficacissimis Iesu Christi meritis salutem nostram sperandam habemus. Quod beneficium DEI sicut maius longe et excellentius est, quam ut dissimulari ullo modo debeat, cum primis pie ac laudabiliter Sereniss. ac Potentiss. Electot Saxoniae, Dn. IOHANNES GEORGIVS II, Dominus ac Nutritius noster clementissimus, feciſſe existimandus est, quod istum ipsum diem solennem maxime et festum esse uoluerit, quo et memoria temporum pristinorum recoleretur deuote, et hymnis ac precibus debitae DEO laudes et gratiae redderentur, pro patefacta nobis tam largiter Euangelii ac ueritatis luce, ac idem pariter inuocaretur, ut propriam nobis atque perpetuam seruare religionis puritatem sincerita-*

ceritatemque uelit. Hoc itaque agite, CIVES ACADEMICI, *et craſtinae lucis feſtum ſeria pietate et probitate tranſigite, rati, decere uos praecipue, ut grati piique in DEVM exiſtatis, et optimo piiſſimoque Nutritio ueſtro promte geratis morem. Quare laſciuiam omnem et petulantiam, omnem luxuriam et incompoſitam uitam, exuite animo, et ita uos gerite et comparate, ut morum ſanctitas ac innocentia animi ex omnibus actionibus ueſtris eluceat. Neque enim ulla ratione facilius nobis conciliamus Numen, aut ad praeſtanda ulterius beneficia obſtringimus, quam ſi ipſi, quoad fieri poteſt, quam ſimillimos nos effingamus, quod ſanctiſſimum omnium ac innocentiſſimum eſt. P. P. III. Kalend. Nouembr. Anno ſalutis reparatae* CIↃ IↃ C LXVII.

tum ex Dedicatione, quam b. IO. MEISNERVS, Orationi ſacrae, quam in templo Academico in u. 3 -- 59 cap. IV lib. I Maccab. habuit, Iobelaeae praemiſit ſcribens,

DURCHLAUCHTIGSTER, GNAEDIGSTER, CHURFUERST UND HERR!

Als Ewer Churfürſtl. Durchlauchtigkeit vor weniger Zeit, durch Dero Herrn Oberhof-Prediger, dem geiſtlichen Conſiſtorio allhier gnædigſt andeuten laſſen, weil nunmehro anderthalb hundert Jahr verfloſſen, daß der treue barmhertzige Gott durch den Dienſt des H. Lutheri den Anfang zu der Chriſtlichen Reformation gemacht, und dieſe Sæchſiſche, wie auch andere benachbarte Lande und Königreiche, von der Antichriſtiſchen Dienſtbarkeit erlöſet, wære E. Churfürſtl. Durchl. gemeinet, nicht allein vor Dero Hohe Churfürſtliche Perſon, und in Dero Hoflager, dem lieben Gott vor dieſe unausſprechliche Wohltbat zu dancken, ſondern begehrten auch gnædigſt, daß wir an unſerm Orte dergleichen thun ſolten, in ſonderlicher Erwegung, daß allhier und an dieſer Schloß-Kirchen-Thür das Licht des Heiligen Evangelii am erſten angeſtecket, und von daraus in weit abgelegene Oerter der gantzen werthen Chriſtenheit fortgepflantzet worden, auch nicht vermuthlich, daß einer unter denen, ſo itzo in öffentli-

chen

eben Aemtern sitzen, dergleichen Tag und funfzigjæhriges Iubel-Fest wiederum erleben möchte.

So haben wir uns allerseits schuldigst erkennet, E. Churfürstl. Durchl gnædigstem Begehren in unterthænigstem Gehorsam Folge zu leisten, und demnach abermahl auf den 31 Octobr. unser Evangelisches Lutherisches Iubel-Fest feyerlich begangen. Nicht zwar auf solche Art und Weise, wie unsere Vorfahren allhier im Pabstthum gethan, daß wir neue Altar aufgerichtet, allerley Heiligthum von verstorbenen Menschen, alte Knochen, und Lumpen vorgezeiget, Processiones und Umgænge mit Fackeln, Fahnen, und Umtragung höltzerner Götzen gehalten, Wallfahrten anhero angestellet, und Ablaß zu feilen Kauff ausgeboten hætten, sondern daß wir uns im Geist erfreuet, und dem lieben Gott hertzlich gedancket, daß er vor anderthalb hundert Jahren eben in diesen Hochlöblichsten Churfürstenthum, unter dem grünenden Rauten-Stocke, und in dieser weitberühmten Chur-Stadt die Gnadenreiche Predigt seines heilwærtigen Worts von allen Menschen-Satzungen gereiniget, und bis auf gegenwærtige Stunde mæchtiglich erhalten und ausgebreitet hat, mit angehængtem ernstlichen Gebet und Seufzen, daß Er ferner solche Lehre in diesem und andern Landen bis auf die herrliche Zukunft seines lieben Sohns Iesu Christi, wider alles Wüten und Toben des Türcken, Pabsts, und anderer mæchtiger und grimmiger Feinde, kræftiglich schützen und erhalten wolle.

Demnach aber, Gnædigster Churfürst und Herr, mein Amt und Shuldigkeit absonderlich erfordert hat, in dieser Schloß Kirche allhier, welche allbereit von vierhundert Jahren her von E. Churfürstl. Durchl. Höchstgeehrtesten Vorfahren mit grossen Fürstlichen Unkosten, unsterblichem ewigen Ruhm und unaussprechlicher Freude der gantzen werthen Christenheit erbauet, auch von E. Churfürstl. Durchl. selbst nur noch neulicher Zeit mit einem herrlichen Fursten-Chor gnædigst gezieret worden, solch Jubel-Fest mit gebührenden Ceremonien zu begehen, als habe ich solches nach der Gnade, die Gott verliehen, in einer Predigt verrichtet, dieselbe auch, nebenst einem lateinischen Anhange von erster Aufbauung, Privilegien, Kirchen-Ornat, und Epitaphien dieser Kirchen, und, was darbey aus schuldi-

ger Danckbarkeit hat ſollen erinnert werden, denen Nachkommen zum Gedæchtniß, zu Papier bringen wollen.

E. Churfürſtl. Durchl. aber überreiche dieſelbe ich hiermit in tiefſter Demuth und Unterthænigkeit, mit geborſamſter Bitte, E. Churfürſtl. Durchl. wolle nicht allein dieſe unterthænigſte Zuſchreibung mit gnædigſten Augen anſehen, ſondern auch Deroſelben Schloß-Capelle, ſamt deren Dienern zu allen Churfürſtlichen Gnaden, gleich Dero Hochlöblichſte Vorfahren mit unſterblichſtem Ruhm gethan, ferner anbefohlen ſeyn laſſen, auch mein und der armen Meinigen Gnædigſter Herr ſeyn und verbleiben.

Und gleichwie der getreue grundgütige Gott E. Churfürſtl. Durchl. dieſe Ehre und Glückſeeligkeit fürgeſparet, daß unter Dero Hochlöblichſten Regierung, nach abgelegtem erſten hundertjæhrigen Jubel-Feſte, dieſes andere funfzigjæhrige eingefallen, auch von E. Churfürſtl. Durchl. ſelbſt mit guter Geſundheit und inniglicher Hertzens-Freude begangen worden, alſo wolle Er ferner E. Churfürſtl. Durchl. ſamt Dero Hertzgeliebteſten Gemahlin, Churprintzl. und Churprintzeßl. Durchl. Durchl. und gantzem Hochlöblichſten Chur- und Fürſtlichen Hauſe Sachſen, bey dieſem neu angebenden Jahre, mit neuem Seegen, neuen Kræften und Geſundheit, auch andern leiblichen und geiſtlichen Gütern von oben herab reichlich überſchütten, inſonderheit aber E. Churfürſtl. Durchl. gnædigſt geben die Optata TERTVLLIANI, *welche die fromme Chriſten zu* Tertulliani *Zeiten ihrer Obrigkeit wünſchten*, Vitam prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitum fortem, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, et quaecunque hominis et Caeſaris vota ſunt, *langes und geſundes Leben, friedliches und glückſeeliges Regiment, ein ſicheres und beſtændiges Haus, tapfferes und ſtreitbares Krieges Heer, getreue Ræthe, fromme Diener, und geborſame Unterthanen, ein ſtilles und friedlich Land, und was ein Chriſt und Chriſtlicher Regent ihm ſelbſten gutes an Leib und Seele wünſchen mag, alle zeitliche und ewige Wohlfahrt, damit Sie allezeit die Hochgeſeegneten Gottes ſeyn und bleiben mögen, Amen.*

Geſchrieben in E. Churfürſtl. Durchl. weitberühmten Uniuerſitæt *Wittenberg, den 31 Decembr. 1667.*

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/98
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
CHRISTIANO TRENTSCHIO, Log. et Metaphyſ. Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LXVIII Kal. Mai. inſcripti ſunt CLXXXIII

inter quos

1) Iacobus a Polentz, *Nob. Luſ.*
2) Volradus Chriſtophorus a Werdensleben, *Straſ. Saxo.*
3) Vlrich Gottfried von Wolfersdorf, *Eq. Luſ.*
4) Hieron. Iacobus a Ryſſel, *Lipſ.*
5) Io. Georgius de Kalckreut, *Eq. Sil.*
6) Iulius Albrecht von Röhr, *Eq. Miſn.*
7) Erneſtus Mauritius ab Arnſtädt, *Nob. Saxo.*

RECTORE
IO. ANDREA QVENSTEDT, Quedlinb. Theol. D. et P. Elector. Alumnor. Eph.

CIↃ IↃ C LXIIX d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXX

inter quos

1) Io. Caſpar a Noſtitz, *Eq. Luſ.*
2) Io. Wilhelm ab Oppeln, *Eq. Luſ.*
3) Heinricus de Bünau, *Eq. Miſn.*
4) Adamus Frider. de Bröſike.
5) Henricus von Haren, *Iorcko-Stadenſ.*
6) Leuin. Gerh. a Belau, *Witteb. Saxo.*
7) Achatius Heinricus de Iagow, *Eq. Marcb.*
8) Caſimirus ab Oſten, *Eq. Pom.*
9) Caſimirus Glaſenap, *Eq. Pom.*
10) Frid. Wilhelm de Wedel, *Eq. Pom.*

Sub hoc Rectoratu pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

ſub praeſidio IOHANNIS MEISNERI, *S. S. Theol. D. et P. P.*

M. IOHANNES SIMON, *Eccl. Stydenſ. Paſtor et Vicin. Superint.*

de Praedeſtinatione et Reprobatione contra Caluinianos.

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesidio WERNERI THEODORI MARTINI, P.P.

IOHANNES IACOBVS ZINCK, *Meinunga-Henneb.*

de Iure uenandi.

2) sub praesidio MICHAELIS FRIDERICI LEDERERI, P.P.

CHRISTIANVS HARTMANNVS, *Witteb. Saxo.*

de Contractibus innominatis.

III IN FACVLTATE MEDICA

sub praesidio CONRADI VICTOR. SCHNEIDERI, P.P.

MATTHIAS KLINGSPOR, *Wernigeroda-Saxo,*

de Erysipelate, siue Rosa.

IV Initia huius Rectoratus, et quidem ipsum diem Lucae, Academiae natalem, nobilitauit ortu suo tot uotis exoptato, Celsissimus Princeps ac Dominus, Dn. *IOHANNES GEORGIVS IV*, Serenissimi Illustrissimique Principis ac Domini, Dn. *IO. GEORGII III*, Electoratus Saxonici Haeredis, cet. Filius primogenitus, qui ea ipsa hora, qua, inter uota et preces, ritu solemni, in templo ad Arcem Academico Rector Academiae creatur, Dresdae in lucem est editus. Quod ut in Religionis orthodoxae commodum, Academiae incrementum, totiusque Patriae tranquillitatem cedat, DEVS misericordissimus ex gratia largiatur.

V Funestum uero reddidit hunc Rectoratum nefandum facinus *Iosiae Cunonis*, *Halae-Sax. Phil. Studiosi*, qui ciuem ac contubernalem, CHRISTIANVM BERNSTEIN dormientem, nouacula iugulauit die XII Februarii, media nocte, in aedibus Tobiä Hirschen. Sicarius, qui aufugerat, II Martii apud Delicianos deprehensus, catenis ferreis arctissime uinctus, huc in Arcem ductus est, et, *post* quatuor septimanarum custodiam, iustae defensionis beneficio, quod literis, manu sua exaratis, humillime petiit reus, non concesso, omnique mora supplicii decreti denegata, (quod merito indigneris Lector,) praepropera celeritate, publice ante portam prope arcem die III Aprilis, hora quinta matutina, capite plexus, Rotaeque impositus est. Sed tamen, ad mandatum Clementissimi *ELECTORIS*, Rota prorsus abolita, praedictus *Cuno* in Coemiterio suburbano sepultus est.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/100 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE

WERNERO THEODORO MARTINI,

Soltquella-Marchico, I. V. D. et Pandect. P. Ser. et Potent. Elect. Sax. Consil. Cur. Elect. Consist. Eccl. Scab. et Facult. Iurid. ut et Iudicii Ducal. in Lus. Infer. Assess.

CIↃ IↃ C LXIX Kal. Mai. inscripti sunt CCXX

inter quos

1) Iost Melchior a Wittern, *Mühlberg. Thur.*
2) Valentius Henricus von Geier, *Salza-Saxo.*
3) Io. Ludouicus von Geier, *Salza Sax.*
4) Agydius von Thienen, *Rostoch.*
5) Casimirus Dieter. a Kampen, *Serueſta-Anhalt.*
6) Io. Acoluth, *Wratisl. ibidemque Eccl. et Schol. Insp.*

Sub hoc Rectoratu,

IN FACVLTATE THEOLOGICA

pro Licentia disputauit,

sub praesidio ABRAHAMI CALOVII, *Th. D. eiusdemque P. P. et Superint. Gen. h. t. Decani,*

IOHANNES ACOLVTH, *Wratisl. ibique ad S. Elisab. Past. Consist. Assess. in Gymn. Theol. Prof. et Eccl. ac Scholar. Inspector,*

quique simul d. IIX Iun. cum PAVLO HOFMANNO, *Wratisl. Sil. Past. Torg. et Capit. Wurz. Praeposito*, qui Imum habuit locum, publice Doctor creatus fuit a

Promotore, D. ABRAHAMO CALOVIO, P. P. cet. Decano, IO. ANDREA QVENSTADIO, D. et P. P.

Huic festiuitati Doctorali adfuerunt Legati iussu ac nomine Serenissimi Electoris,

IOHANNIS GEORGII II,
RECTOR ACADEMIAE,
iussu uero ac nomine Serenissimi Principis Electoralis,
IOHANNIS GEORGII III,
IOHANNES HEINRICH KVFFER,
Castro Witteberg. et militiae praefectus.

RECTORE
MICHAELE SENNERTO, Med. Doct. et P. P.

CIↃ IↃ C LXIX d. 18 Octobr. inscripti sunt CV

inter quos

1) Caspar Rudolphus ab Hermsdorf, *Nob Misn.*
2) Ernestus Dieter. a Selmniz, *Eques Thur.*
3) Georgius Rudolphus a Selmniz, *Eq Thur.*
4) Iohannes Wigand ab Osten, *Nob. Pom*
5) MELCHIOR OTTO L. B. A BODENHAVSEN.
6) WILKA L. B. A BODENHAVSEN.
7) Hanß von Treschkau, *Nob. March.*
8) Mauritius Henricus a Miltiz, *Eq. Misn.*
9) Leuinus a Barby, *Eq. Sax.*

RECTORE
CONSTANTINO ZIEGRA, Dobela-Misn. Theol. Doct. et Phys. Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LXX Kal. Mai. inscripti sunt CLXX

inter quos

1) Wilhelmus ab Hoym, *Nob. Lus.* 2) Franciscus Iulius a Mynsicht, *Hols.*

Sub hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesidio IO. ANDREAE QVENSTADII, *Theol. D. et P. Elect. Alumnor. Ephoro,*

M. IO-

M. IOHANNES MANITIVS, *Elyſtra-Luſ. III. et proinc. Scholae et Eccl. Port. et Vicin. Inſpector,*
de Efficacia Verbi.

II IN FACVLTATE IVRIDICA
ſub praeſidio WILLHELMI LYSERI, *I. V. D. et P. P. Cur. Prouinc. Scab. et Facult. Iurid. Aſſeſſ.*

BALTHASAR BENIAMIN GRAVPIZ, *Anguſtoburgo-Miſn.*
de Concurſu et Graduatione Creditorum.

III ſequens in rei memoriam conſcripta eſt hiſtoria.

Auſpiciis Sereniſſimi ac Potentiſſimi ELECTORIS, *IOHANNIS GEORGII I*, f. m. et ſumtibus Academiae turris huius cochleatae faſtigium nouum extructum erat anno CIↃ IↃ C XXIX, memoriam exhibitae Auguſtanae Confeſſionis, eiusque ſecularem feſtiuitatem proxime praecedebat. Factum inter medios belli Germanici turbines, quos furentis Bohemiae motus funeſti, Anno CIↃ IↃ C XVIII, adducto in tumultum FRIDERICO Palatino, quem ſibi Regem Bohemi deſtinauerant, excitarunt. Statuum Imperii noſtri, diuina prouidentia, abſoluto demum Monaſterii ac Osnabrugi pacis, ſaepius tentatae, ſaepius etiam eliſae, negotio, triginta poſt annis oportune ſedauit. At tantae molis erat reddere pacem *Germaniae*, ut reſcindere partem corporis (*Alſatiae* ſuperioris quaedam) et tradere *Gallis*, recipere *Suecos*, huins quidem belli gloria inſigniter claros, in Ducatu *Bremenſi* ac *Pomeraniae* Citerioris, inter Imperii Ciues mutare ſtatum Prouinciarum, atque Eccleſiaſticum in ſecularem, dignitatem Epiſcopalem in Ducalem, conuertere, denique mouere fundamentalia Imperii, et octauo Electoratui concedere locum, neceſſe fuerit. Succeſſere tempora Germaniae, quam aliis Europae partibus, clementiora, cum et Germanis in pacis otio agere licuit, et liberatae ſunt Germaniae Academiae immani barbarie, quam *Penaliſmus*, ut uocabant, (de quo uid. ſupra, p. 9,) in ſcholas inuexerat. Illud ferale ac triſte fatum rebus noſtris ſemper fuit, quod Syncretiſmus ex *Arminianorum* in Belgio, *Caſſandri*, et *M. Antonii de Dominis* Scholis cumprimis egreſſus in Academiam Iuliam a *Georgio Calixto* receptus, atque inde in reliquas Germaniae religiones effuſus Eccleſiis incubuit. Curius impia licentia, quam haereſibus indulget, ſic attrita oppreſſaque eſt ueritas, ut e multis locis illa fugata ſit, in aliis nutet, in paucis inuicta perſtet. Reliqua autem

Impe-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/103
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Imperia Europae quantis diſcordiis agitata, quam ciuilibus lacerata caedibus ſunt? Gallia certe, ſeſſa diutinis inter uiſcera tumultibus, anno CIↃ IↃ C LIV *LVDOVICVM XIV*, quem *Condaeana* et *Aurelianenſis* Domus a ſucceſſione armis prohibere moliebatur, Dominum magis, quam Regem, accepit. Licet ſub ipſius imperio *Gallorum* fortuna ad ea incrementa proceſſerit, ut non tantum *Germaniae* moleſta ſit, uerum omnibus etiam uicinis ab illa formido impendeat, Imperii totius Europae ſpei ſuſpecta. *Anglia* ſub *Richardi Cromwelli* tyrannide, ad quod faſtigium *CAROLI I* ex *Stuartis*, iuſti Regis, parricidali capitis ſupplicio publico, CIↃ IↃ C XLIX, ope et fauore ſectae, quam *Independentum* nuncupant, ſubnixus adſcenderat, dudum gemuit, nec ſpem priſtinae libertatis ante recepit, quam, defuncto tyranno, ſub Imperio Filii ſucceſſoris, legitimum haeredem *CAROLVM II* exulem CIↃ IↃ C LXI reduxiſſet. Simili tempeſtate concuſſa *Polonia*, et primum armis *Moſchi*, expugnato *Smolenſkio* CIↃ IↃ C LIV, poſtea Suecorum milite, denique, quod calamitatibus adhuc deerat, domeſticis diſſidiis conculcata, ut pacem recuperaret, exuit ſe dominio, quod ſupremum uocant, Ducalis Boruſſiae, quae Marchionum Brandenburgicorum eſt, eiurauitque titulum ac regnum Sueciae, Magnum Ducatum Finlandiae, et quicquid hactenus in Liuonia ſuum eſſe, dixerat, CIↃ IↃ C LX. Cumque hiſce diſcordia domi nondum ſopita eſſet, ex altera *Iagellonicae* familiae ſtirpe *Korybuthiorum*, *MICHAELEM*, poſtquam Rex *IOHANNES CASIMIRVS*, turbati Imperii moli impar ſecedens in Galliam, ſceptrum cum Inſula commutauerat, ſibi Regem eligit, qui diſſidentes regni partes ad concordiam reduceret, ac firmiori imperio maiorique metu contineret. Quam fractae ſunt Hiſpaniae uires, ut uix tuendis prouinciis par ſit, tentata toties Gallorum armis, cedere regionibus neceſſum habuit, deinde etiam Belgicis VII unitis prouinciis, CIↃ IↃ C XLIX, et Luſitanis, qui anno CIↃ IↃ C XL obſequium abiecerant, pacem pariter ac libertatem concedere. Dannorum quoque res ita a Suecis peſſundatae afflictaeque, hoc rerum ſpatio, erant, ut totum regni corpus, amiſſis omnibus, unius Hafniae urbis anguſtis moenibus anno CIↃ IↃ C LIX ſeruaretur. Sed, mutata fortuna, triumphatum de hoſtibus, recuperata amiſſa, et quantum imminutum erat regnum prouinciis Scaniae et Bashuſii in Norwegia, tantum, ſucceſſionis iure, Regia auctoritas in *FRIDERICO III* eſt adaucta. Interea fortuna Turcarum magnopere creuit, et, praeter Daciam quam prouinciam fecit, dominio agrum et caſtellum in Hungaria *Neuheuſel*, munitum ualde atque ad tuendos regni fines, commodo loco ſitum, adiunxit. Et uix praeteriit annus, quando totum *Candiae* regnum, quod ab anno CIↃ IↃ C XLV oppugnari coeptum, con-

consumto improba triennali urbis obsidione, quae regno nomen dedit, Venetorum bellico robore, 60000 hominum in hoc bello Cretensi occisorum pretio, sub imperium accepit. Haec facies temporum fuit, quamdiu hoc renouatum fastigium aedificii nostri sterit, quam posterorum memoriae traditam hoc monumento uolumus, si quae speranda posteritas. Nunc, quae uitia edacitas temporis aedificio huic contraxerat, auspiciis Potentissimi ELECTORIS, *IOHANNIS GEORGII II*, et sumtibus Academiae, sunt refecta hoc anno, CIↃ IↃ C LXX, qui Hungariae, quae hac primum tempestate sub externo mercenario praesidio esse coepit, tristis et luctuosus ob amissam libertatem erat, Ducibus Austriae, ob uindicatam in subditis perduellionem, perpetuo celebrabitur.

PATER ET PRAESIDIVM SIONIS

SERVA PACEM

TVERE GREGEM

Constantinus Zigra, *D. Phys. P. P. h. t. Academiae Rector.*
Abraham Calouius, *S. S. Th. D. P. P.*
Iohannes Meisnerus, *S. S. Theol. D. P. P. Fac. Sen.*
Io. Andreas Quenstedt, *S. S. Theol. D. P. P.*
Iohannes Deutschmann, *S. S. Th. D. P. P.*
Caspar Zieglerus, *I. V. D. Fac. Iurid. Ordin. et Sen.*
Wilhelmus Leiserus, *I. V. D. P. P.*
Ioachimus Nerger, *I. V. D. P. P.*
Werner Theodorus Martini, *I. V. D. P. P.*
Michael Fridericus Ledererus, *I. V. D. P. P.*
Conradus Victor Schneiderus, *Med. D. P. P. Facult. Sen.*
Michael Sennertus, *Med. D. P. P.*
Iohannes Strauch, *Med. D. P. P.*
Andreas Sennertus, *SS. Orientalium reliqu. LL. P. P. Acad. Senior.*
Michael Wendlerus, *D. Moral. P. P.*
Christian. Trentschius, *Log. et Metaph. P. P.*
Georgius Caspar Kirchmaierus, *Eloq. P. P.*
Michael Strauch, *Mathem. Infer. P. P.*
Michael Waltherus, *Mathem. Sup. P. P.*
Georgius Green, *Histor. P. P.*
Balthasar Stolbergius, *Graec. Lit. P. P.*
Samuel Benedictus Carpzouius, *Poes. P. P.*

* * *

Ernestus Wilhelmus Vogelius, *I. V. L. Acad. Protonot.*
Petrus Lange, *Fisci Acad Praefectus.*
Samuel Pfennig, *Not. Publ. Acad. Actuarius.*

Daniel,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/105
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Daniel Boſſe, *Oeconomus.* Iohannes Georgius Buliſius.
Iohannes Nicolaus Funck. *Duo Miniſtri publici.*

RECTORE
IOHANNE DEVTSCHMANNO, Iütrob. Sax.
S. S. Theol. D. et P. P. Electo. Alumnor.
Ephoro,

CIↃ IↃ C LXX d. 18 Octob. inſcripti ſunt CIV

inter quos

1) Nicolaus Iohannes von Below, *Eq.*
2) Ferdinandus Auguſtus von Krah, *Eq. Miſn.*
3) Adamus Chriſtophorus Iacobi, *Sereniſſimi Elect. Sax. in Protoſynedr. Conſil. Eccleſ.*

Sub hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

1) ſub praeſidio IOACHIMI NERGERI, *ICti,*
FRANCISCVS HENRICVS HOELTICH,
de Purgatione Canonica.

2) ſub praeſidio WERNERI THEODORI MARTINI, *IC.*
ADAMVS CHRISTOPHORVS IACOBI, *Conſil. Sax.*
de Auxilio Reſtitutionis in integrum, foeminis de iure communi et Saxonico competente.

II IN FACVLTATE MEDICA

ſub praeſidio CONRADI VICTOR. SCHNEIDERI,
P. Prim. et Sen.
CHRISTIANVS WARLIZ, *Halenſis,*
de Appetitu grauidarum.

III Decano, WILHELMO LEISERO, *IC.*
Promotore, IOACHIMO NERGERO, *IC.*
nouem Licentiati, raro prorſus exemplo, inſignia et priuilegia Doctoralia ſunt adepti d. XXVI April.
quorum nomina in Catalogo Doctorum recenſebimus infra.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/106 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
MICHAELE FRIDERICO LEDERERO,
Witteb. Sax. D. Inſtit. Prof. Cur. Elect. Scabin. et Facult. Iurid. Aſſeſſ.

CIↃ IↃ CLXXI Kal. Mai. inſcripti ſunt CLXXIV

inter quos

1) Heinrich Gottlieb von dem Werder, *Eq. Anhalt.*
2) Georgius Henricus a Borck, *Pom.*
3) Carolus Chriſtianus de Neizſchiß *Eq. Miſn.*

RECTORE
IOHANNE STRAVCHIO, Phil. et Med. Doct. Anatom. et Botan. P. P.

CIↃ IↃ CLXXI d. 18 Octobr. inſcripti ſunt XCII

inter quos

1) Sigismundus a Syborg, *Magdeb.*
2) Iacobus Franz von Bennigſen.
3) Georgius Abraham von Oppen.
4) Balthaſar Menzerus, *D. in Acad. Marp. Rintel. et Giſſenſ. quondam Prof. nunc Philip. VI Haſſiae Princip. a ſacris.*
5) Caſimirus Gerhardus de Oſten, *Nob. Pom.*
6) Erneſtus Adolphus a Salza, *Luſ.*
7) Io. Heinricus a Leipzig, *Nob Sax.*
8) Ioachim Henricus a Stutterheim, *Nob. Luſ.*

Obiit d. XXVI Nouembr. D. MICHAEL WENDLER, *Moral. Prof. Publ.*

RECTORE
GEORGIO CASPARO KIRCHMAIERO, Vffenheymio-Franco, Orator. P. P.

CIↃ IↃ C LXXII Kal Mai. inſcripti ſunt CLXV

inter quos

1) Con-

1) Conradus vom Berg, *Roſtoch.*
2) Chriſtoph. Iohannes ab Altenboku, *Nob. Curland*
3) Chriſtianus Guilielmus a Derſchau, *Nob Pruſſ*
4) Io. Rudolphus a Pforta, *Eq Miſn.*
5) Theobaldus Iohannes a Rummel, *Nob. Curland.*
6) Erhardus vom Sand, *Cob.*
7) Georgius Sittich von Eberſtein, *Eq. Mansfeld.*
8) Io. Ericus a Schönfeld, *Eq. Miſn.*
9) Io. Ioachim a Schlieben, *Eq. Miſn.*
10) Ericus Chriſtian von Werdenhain, *Reval. Livon.*
11) Carl a Wulf, *Holmia - Suecus.*
12) Hans Löſer, *Eq. Miſn.*

Sub hoc Rectoratu,
in Facultate Iuridica pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio GVILIELMI LEISERI, *ICti, Prof Publ. Cur. Elector. Scabin. et Facult. Iurid. Aſſeſſ.*

IO. CHRISTOPH. SCHERTZLING, *Quedlinburg.*
de Iuribus aedificiorum et aedificandi

2) ſub praeſidio IOACHIMI NERGERI, *I. V. D. et Prof. Publ. Cur. Elect. Scabin. Facult. Iurid. et Indic. Ducal. in Luſat. Inf. r. Aſſeſſ.*

M. FRIDERICVS ZIEGNERVS, *Altenb. Miſn.*
de Venatione Principum.

RECTORE
IOHANNE MEISNERO, S. S. Theol. D. et P. P.
Colleg. Sen. Templi ad Arcem Praepoſito, et Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ.

CIↃ IↃ C LXXII d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXIII
inter quos

1) Chriſtophorus Adam de Arnimb, *Eq. Miſn.*
2) Ioh. George de Arnimb, *Eq. Miſn.*
3) Nicol. Korkouſky, *Nob. Pol.*
4) Chriſtoph. Gothofredus a Wolffersdorf, *Variſcus.*
5) Hans Haubold a Kötteritz, *Eq. Miſn.*
6) Auguſtus Fridericus a Kötteritz, *Eq Miſn.*
7) Wolfgangus Siegfried a Kötteritz, *Eq. Miſn.*

Sub

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/108
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sub hoc Rectoratu,

I in numerum Professorum Philos. Extraordin. receptus est
M. CHRISTIANVS DONATI, *Witteb. Logicae et Metaph. Prof. Extraord.*

II in Facultate Iuridica pro Licentia disputarunt,

1) sub praesidio CASPARI ZIEGLERI, *ICti, Ser. Elect. Sax. Consil. et Facult. Iurid. Ordinarii,*
IOHANNES PETRVS LEMKEN, *Dömicenſ. March.*

2) sub praesidio WERNERI THEODORI MARTINI, *ICti Ser. Elect. Sax. Consil. et P. P.*
HENRICVS BEINRAD, *Dresdensis.*

RECTORE
WILHELMO LEISERO, I. V. D. et P. P. Cur.
Elect. Facult. Iurid. et Scab. Assess.

CIↃ IↃ C LXXIII Kal. Mai. inscripti sunt CXLII
inter quos

1) Adolphus Anshelmus a Carlowitz, *Zschend.*
2) Adamus Fridericus a Dolau, *Dresd.*
3) Caspar Otto a Nostitz, *Neundorf. Luſ.*
4) Wolfgang Caspar a Gersdorf, *Siegersdorf.*
5) Fridericus Bartholom. a Bila, *Anleb. Thur.*
6) Carl von Diskau, *Magdeb. Eq.*
7) Court Balthasar a Tessin, *Neb. Pom.*
8) Arndt Werner von der Asseburg.
9) Ioachim Ernst von Luttich, *Eq. Luſ.*
10) Hans Victor a Mücheln, *Eq. Sax.*

Sub hoc Rectoratu

I Sereniss. ELECTORIS nostri iussu Professio Theol. Extraord. demandata fuit Exuli Christi
Dn. SAMVELI POMARIO, *SS. Theol. Doct. et antehac Illustr. Gymnasii Inclutor. Statuum Regni Hungar. Augustano-Euangel. Epperiessini supremo Directori primarioque Theol. et L L. Orientat. Professori.*

II in Facultate Medica pro Licentia disputauit,
sub praesidio MICHAELIS SENNERTI, *Med. D. et P. P.*
IOHANNES THIELE, *Wittenbergensis.*

RECTORE
CONRADO VICTORE SCHNEIDERO, Betterfelda-Sax. El. Sax. et Brandenb. ut et Princip. Anhalt. Archiat. P. P. et Med. Facult. Seniore,
CIↃ IↃ C LXXIII d. 18 Octobr. inscripti sunt LXII
inter quos
Georgius Achatz von Kenntzl, *Sileſ.*

RECTORE
IOHANNE STRAVCHIO, Mathem. Infer. P. P.
CIↃ IↃ C LXXIV Kal. Mai. inscripti sunt CXXXIV
inter quos
1) Christ. Vater, *Iûtroboc. postea in hac Acad. Med. Prof. et Consil. Anh.*
2) Christian Ferdinand Nickisch von Rosenеck, *Eq. Sil.*
3) Hanns George von Wild, *Hassus.*
4) Martinus von Rhein, *Leuchtenb. Schwartz.*
5) Stephanus von Lunen, *Stadens.*
6) Christoph. Ernestus a Bohusch, *Schlettau Miſn.*

Sub hoc Rectoratu,
d. X Octobr. Hor. 2 antemerid. in Iesu suo placidissime obiit
MICHAEL FRIDERICVS LEDERERVS,
I. V. D. Instit P. P. Cur. Elect. Scabin. et Facult. Iurid. Assess.
magnum sui desiderium apud Academicos et ciues relinquens.

RECTORE
IOHANNE ANDREA QVENSTEDT,
Quedlinb. Sax. S.S. Theol. D. P.P. et Elect. Alumn.
Ephoro,
CIↃ IↃ C LXXIV

CIↃ IↃ C LXXIV d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CX
inter quos

1) Fridericus Hiskias ab Olnhauſen, *Pfedelbacco-Hohenloicus.*

2) Iohannes von Schottingen, *Bleckingo-Suecus.*

3) Wiegand Adolph von Bôsdorf, *Eq. Luſ.*

4) Valentin Ioachim von Auenslewen, *Nob. March.*

5) Adolphus Fridericus de Waldau, *Nob. March.*

6) M. Chriſtianus Seelmann, *Coburgo-Francus, Gymn. Sempron. in Hung. Rector, poſtea Paſtor Cremnitii in Montan. itemque Leutſchouiae in Hung. Sup. Exul dein Chriſti, ab Exilio mox Eccleſiae Megaſalzenſi Paſtor deſtinatus, SS. Theol. Licentiandus.*

Sub hoc Rectoratu

I Seren. ELECTORIS Sax. iuſſu demandata eſt Prof. Inſtit. Iur. Dn. D. GODOFREDO STRAVSS, *Witteb.*

et

Dn. CONRADO SAMVELI SCHVRZFLEISCH, *Prof. Poeſ.*

II in Facultate Theol. pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio D. ABRAHAMI CALOVII, *Prof. Publ. Prim.*

M. IOHANNES SCHWARZIVS, *Ill. Gymnaſii Auguſti Leucopetrei deſignat. Rector et Prof.*

ad cap XI prioris Epiſt. ad Corinth.

2) ſub praeſidio D. IOHANNIS MEISNERI, *P. P.*

M. CHRISTIANVS SEELMANNVS, *Cob. Franc. Eccl. Salzenſis Paſt, Prim. Scholaeque Inſpect.*

de Diſſenſu fundamentali inter Lutheranos et Reformatos.

3) ſub praeſidio IOHANNIS DEVTSCHMANNI, *P P.*

M. IOHANNES REINHARD, *Hilpersbuſ. Franc. Eccl. Henneb. Vicin. deſign. Inſpector,*

de Mataeologia Arminiana.

III in

III in Facultate Iuridica,

1) sub praesidio D. CASPARI ZIEGLERI, *P. P. et Ordin.*
GODOFREDVS NICOLAVS SCHLEENSTEIN, *Witteb.*
de Senatus Consulto Macedoniano.

2) sub praesidio D. GODOFREDI STRAVSS, *P. P.*
LVDOVICVS LENZ, *Dresdensis*,
de L. Accept. XIX C. de Vsuris.

IV Doctores in Theolog Facult. creati sunt quatuor, de quibus infra in Catal. Doctor. Facult. Theol.

RECTORE
IOACHIMO NERGERO, Gryphimonte-Silesio, P. P.

CIↃ IↃ C LXXV Kal. Mai. inscripti sunt CXL

inter quos

1) Hertwigius Sigismundus a Wiese, *Eq. Sil.*
2) Carolus Christophorus a Gersdorf, *Eq. Luf.*
3) Thomas Georgi, *I. V. L. parens editoris optimus, cuius cineres etiam nunc pie ueneratur.*
4) George von Widebach, *Eq. Luf. Inf.*
5) Ludolph. a Bismarck, *Eq. March.*
6) Wolfgang Georgius a Stutterheim, *Eq. Luf. Infer.*
7) Petrus Fridericus de Ludewig, *Eq. March.*
8) Fridericus Philippus von Olnhausen, *Vnderstemmbaco Francus.*
9) Paulus Michaelis, *Panno-Liptou. hactenus in Ill. Stat. Euangel. quod in Hungaria superiori est, Collegio Poës. deinde Orator. et Histor. P. P. nunc Christi et ueritatis causa Exul.*

Finis Matriculae VI

In hac matricula VIta reperiuntur Ciues 11620, quorum 4538, ab anno scil. 1645 usque ad anni 1655 Luc. recensuit b. SVEVVS iam iam, remanent itaque hic 7082 numerandi.

RECTO-

RECTORE

MICHAELE SENNERTO, Med. D. et Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LXXV d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXXIV

inter quos

1) Anthon Wolf von Bülow, *Eq. Lüneb.*
2) Romanus von Ludewig, *Eq. Sil.*
3) Benedictus von Salis, *Auguſtanus.*
4) Heinrich Freyherr von Frieſen.

Sub hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio D. IO. ANDREAE QVENSTEDT, *P. P.*

M. GEORGIVS WAGNERVS *Radeberga-Miſn. hactenus Facult. Phil. Adi. uocatus Paſtor et Superint.*

de Puritate fontium.

2) ſub praeſidio D. IO. MEISNEEI, *P. P.*

M. AVGVSTVS PFEIFFER, *Lauenburga-Sax. Eccleſiae Aſranae in Ill. Gymnaſio Miſen. Paſtor Primarius,*

de Fide ſaluifica.

3) ſub praeſidio D. ABRAHAMI CALOVII, *P. P.*

M. IO. ANDREAS KVNADVS, *Paſt. Eccl. Biſchoffswerd. et Vicin. Superintend.*

de Officio Chriſti Sacerdotali et Regio.

4) ſub praeſidio D. IO. ANDREAE QVENSTEDT, *P. P.*

M. SIMON FRIDERICVS FRENZELIVS, *Cotbuſio-Luſ. hactenus Fac. Phil. Adi. nunc uocat. Paſt. et Superint. Ieſſen.*

de Authentia Hebraici Vet. et Graeci Textus Noui Teſtamenti, et Vulgatae Latinae.

II IN FACVLTATE IVRIDICA
Decano CASPARO ZIEGLERO, et
Promotore WERNERO THEODORO MARTINI,
quinque Licentiati Iuris honores Doctorales adepti sunt, quorum nomina infra exhibet Catalogus Doctorum.

III IN FACVLTATE MEDICA
pro Licentia disputarunt,

1) sub praesidio D. CONRADI VICTOR. SCHNEIDERI, *Facult. Senioris*,
M. ZACHARIAS MITTLACHER, *Schneeberg. Physic. Adi. Curiensis*,
de Partu difficili.

2) sub praesidio D. MICHAELIS SENNERTI, *P. P. et h. t. Rectoris*,
JOHANNES VOIGT, *Telschiza Miss.*
de Imbecillitate uentriculi.

Praeterea a Serenissimo et Potentiss. Electore Sax. *IO. GEORGIO II*, clementissime constitutus est Oriental. Literar. Professor Extraord. THEODORVS DASSOVIVS, *Hamburg.* receptusque in consessu Publ. d. 18 Mart. 1676.

IV in Fac. Phil. Dec. CONR. SAM. SCHVRZFLEISCH, XX creauit Magistros.

RECTORE
MICHAEL WALTHERO, Aurica-Frisio, Mathem. Super. P. P. et Electoral. Alumnor. *Ephoro*,
CIↃ IↃ C LXXVI Kal. Mai. inscripti sunt CXLIIX
inter quos

1) Haubold Abrahamus von Einsiedel, *Eq. Miss.*
2) Hans Fridrich Brand von Lindau.
3) Alexander Christianus a Syborg, *Magdeb.*

Sub

Sub hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio D. IOACHIMI NERGERI, *P. P.*

HENRICVS RESE, *Hamburg.*

de Vſucapionibus.

2) ſub praeſidio D. WERNERI THEODORI MARTINI, *P. P. nec non Sereniſſ. Elector. Saxon. a Conſil. Appellationum,* cet.

CHRISTIANVS ADAMVS SCHLEVSSING, *Dobriluca-Luſ.*

de Excuſationibus Tutorum et Curatorum.

II IN FACVLTATE MEDICA

Decano IOHANNE STRAVCHIO, et

Promotore MICHAELE SENNERTO,

quinque Licentiati creati ſunt Doctores, quorum nomina uid. infra in Catalogo.

III d. XXVII Iun. Sereniſſimus Elector, *IO. GEORGIVS II*, Torgauiae Iobelaeum celebrauit ob Formulam Concordiae hic delineatam. Conuocauerat pientiſſimus Elector Torgauiam, peaeter alios Theologos, D. MARTINVM GEYERVM, Summum Concionatorem Aul. D. SCHERZERVM et D. LEHMANNVM, Theologos et Prof. Lipſ. ABRAHAMVM CALOVIVM et IO. MEISNERVM, Theologos et Prof. Witteberg. ut ſecum hoc feſtum celebrarent. Concionem Iobelaeam Superintendens Torgauienſis habuit. Adhaec *AVGVSTVS*, Archiep. Magdeb. Adminiſtrator, numum cudere curauit, in cuius altera parte conſpiciebatur imago *AVGVSTI* Ducis, addita Inſcriptione. D. G. AVGVSTVS P. ADMIN. ARCHIEP. MAGDEB. D. S. I. C. E. M. in altera parte ſedebat foemina in lapide, quae dextra tenebat malum punicum, ſiniſtra oliuae ramum, ſub brachio librum, in quo legebatur, *F. C.*

in lapide uero ΕΣΤΗΚΑ, Act. XXVI, 22, in margine, *Memoſynon Concordiae concordis.* Vid. IVNKERI *Gülden und Silbern Ehren-Gedächtniß Lutheri.*

RECTORE

IOHANNE DEVTSCHMANNO, Iütroboco-Sax. D. P. P. et Elector. Alumn. Ephoro,

CIↃ IↃ C LXXVI d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LXXIX

inter quos

1) Paulus Chriſtoph. Gilbertus de Spaignart, *Mühlberg. Miſn.*

2) Iohann. Chriſtianus Gilbertus de Spaignart, *Mühlberg. Miſn.*

3) Iohannes de Groot, *Hamburg.*

Sub hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio IOHANNIS DEVTSCHMANNI, *D. et P. P. h. t. Rect.*

M. IOHANNES NICOLAVS IACOBI, *Lauſſa-Miſn. Paſtor et Superintend. Gomer.*

de Baptiſmo principali ex Matth. III

2) ſub praeſidio IOHANNIS MEISNERI, *Theol. D. et P. P.*

M. IOHANNES CLODIVS, *Neoſtadio-Miſn. Praepoſ. et Superintend. Schlieben.*

de Sacramentis.

3) ſub praeſidio IO. ANDREAE QVENSTEDT, *Theol. D. et P. P.*

IOHANNES NICOLAVS WERNERVS, *Griesheimio-Thur. Paſt. et Superintend. Bitterfeld.*

de Veteri ac Nouo Teſtamento, et utriusque conuenientia et differentia.

II IN FACVLTATE MEDICA
sub praesidio CONRADI VICTOR. SCHNEIDERI, P.P.
M. CHRISTOPHORVS GRAVELIVS, *Rect. Lütroboc.*
de Spasmorum natura.

III Obiit d. 29 April. CHRISTIANVS TRENTSCHIVS,
Log. et Metaphys. P. P.

RECTORE
WERNERO THEODORO MARTINO, Soltquel-
la-March. I. V. D. et Pandect. P. P. Sereniss. Elect. Sax.
in supremo Appellat. Iudic. Consil. Cur. Elect. Consist.
Eccl. Scabin. et Iudic. Ducal. in Marchion.
Lusat. infer. Assess. et h. t.
Decano,

CIↃ IↃ C LXXVII Kal. Mai. inscripti sunt CLXXII

inter quos

1) Godofredus Händelius, *Plauia-Var. Superint. Brandenb. Generalis, Seren. Princip. Onoldin. a Consil. Eccles. et Conc. Aul. primar. et Confession. Sacr. cet.*
2) Theodorus von Essen, *Gingsto-Rugian.*
3) Curt de Britzke, *Nob. Sax.*
4) Georgius Ernestus a Tschirnhaus, *Reichenb.*
5) Wolf Caspar von Debschietz, *Nob. Sil.*
6) Io. Hieronymus a Petkum, *Hamb.*
7) Dietericus a Seth, *Hadlensis.*
8) Gottfried Heinrich zur Horst, *Mega-Salin. Sax.*
9) Hieronymus Wigand von Laffert, *Luneb.*
10) Carl Hildebrand de Canstein, *Berl. Nob. March.*
11) Philipp Ludwig de Canstein, *Nob. March.*

Sub hoc Rectoratu,
IN FACVLTATE THEOLOGICA
pro Licentia disputarunt,

 sub

sub praesidio ABRAHAMI CALOVII, D. P. P. *primar. Superint. Gen. et Consist. Eccl. Assess.*

GODOFREDVS HAENDEL, *Plau. Var. Ecclesiar. in Infer. Principatu Brandenb. Superint. Gen. Ser. Principi Onold. a Consil. Eccl. et Conc. Aul prim. a Confess. Sacr. et ad D. Gumberti Antistes,*

de Sacramento Eucharistiae,

II Procancellar. et Decano, IO. ANDR. QVENSTEDTIO, *D. et P. P. Elect. Alumnor. Ephoro,*

Promotore, IO. MEISNERO, *D. et P. P. Templ. ad Arcem Praepositi. et Consist. Eccl. Assessore.*

tres Doctores Theol. in Aede Arcis sunt publice creati, quorum nomina infra in Catal. Doct. uid.

III IN FACVLTATE MEDICA

pro Licentia disputarunt,

1) sub praesidio CONRADI VICTOR. SCHNEIDERI, *Med. D. et P. Primar. Ser. Elect. Sax. et Brandenb. nec non Princip. Anhalt. Archiatri, Fac. Sen.*

FRANCISCVS PFEIL, *Magdeburgensis,*

de Spasmorum Causis.

2) sub praesidio MICHAELIS SENNERTI, *Med. D. et P. P.*

IOHANNES GEORGIVS LANDBECK, *Suobaco-Francus.*

de Morbo Hungarico siue Castrensi.

IV sub initium huius Rectoratus quoque in locum Domini CHRISTIANI TRENTSCHII, *Log et Metaphys. P. P.* sub finem proximi Rectoratus defuncti, successit, et in numerum Professorum receptus fuit debitis solennitatibus M. CHRISTIANVS DONATI, *Witteb. antehac Log et Metaphys. P. P.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/118 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

P. P. Extraord. Auſpicatus eſt Profeſſionem Lectione et Oratione conſueta publ. d. XVI Iulii.

V Memorabilia et notatu digna huius Rectoratus, et quidem,

I

Quae contigerunt laetis auſpiciis et fauſto omine.

a) Inter innumera alia DEI beneficia, quibus ſupremum et benigniſſimum Numen hanc Academiam noſtram cumulauit abunde, ante omnia illud referendum, quod ſemeſtri hoc aeſtiuo, quo tota fere Europa bellorum aeſtu et flammis flagrauit, et tot ciuitates in ſuperiori Germania, praeſertim Alſatia, item in Hiſpania et Belgio, a Gallorum Rege ſolo aequatae et deſolatae, inter Regem Sueciae et Daniae etiam cruentiſſima bella geſta, quibus et inferior Germania, uel Saxonia, implicata, dum Epiſcopatus Bremenſis, quem hactenus Sueci poſſederunt, ab Epiſcopo Monaſterienſi et Ducibus Brunſuicenſibus occupatus, nec non ciuitas Wismariae et Inſula Rügen in Pomerania in Danorum ceſſit poteſtatem, ab Electore Brandenburgico, FRIDERICO WILHELMO etiam uaria oppida Pomeraniae, Regi Sueciae ſubiecta, ui et armis expugnata, et Sedinum, Pomeraniae urbs amoeniſſima et opulentiſſima, dura et grauiſſima, in hunc usque diem obſidione cincta, et bombis igneque ſclopetario uario uexata, et in cinerem fere redacta, et ita undique armorum ſtrepitu cincta HAEC ACADEMIA pacate potuit et tranquille uiuere, dulcique frui otio literario, prae ceteris Academiis Germaniae, *Roſtochio*, quae urbs hac aeſtate maximam partem incendio conſumta, *Academia Chilonienſi*, quae ob inteſtina bella Holſatici Ducis cum Rege Daniae itidem imminuta, imprimis uero Academiis ſuperioris Germaniae, *Argentoratenſi*, *Heidelbergenſi*, cet. quae omnes maximum ex tot bellorum impetu ſenſerunt decrementum. DEVS nobis hanc pacem et tranquillitatem iubeat eſſe perpetuam!

b) Inprimis uero, ſub hoc Rectoratu, Academiae huic tanta ſupremi Numinis benignitate contigit felicitas, quanta haud unquam a tempore Fundationis ei obueniſſe legitur, et quidem, laeto omine, *Menſe Auguſto* huius anni, ob praeſentiam et ſummam gratiam Principis et Electoris noſtri, PII MAGNANIMI FELICIS PACIFICI DOMINI *IOHANNIS GEORGII II* DOMINI NOSTRI AC NVTRITORIS INSTAVRATORISQVE ET NOVI FERE FVNDATORIS CLEMENTISSIMI MVNIFICENTISSIMI.

Quae

Quae omnia cum ſine ingratitudinis ſummae nota non poſſint obliuione alta ſopiri, in aeternam tanti Principis ac Herois memoriam ſingula eius clementiae et inuſitatae gratiae annotabimus documenta, ad immortales laudes Electoris ſummi in poſteros noſtros transplantandas.

c) Nec uero reticenda eſt occaſio et cauſa, quae Principem Electorem mouerat, ut hanc Academiam noſtram ipſemet inuiſeret, et fere per octo dies hic Wittebergae commoraretur. Natae nempe et exortae ſub Rectoratu proximo erant ex Diſputatione quadam Inaugurali, ſub praeſidio D. IOHANNIS MEISNERI, eiusque appendice, de Sacramentis in genere, haut leues diſſenſiones inter duos Theologiae Doctores et Profeſſores publicos, ſeniores, et primarios, Dn. D. ABRAHAMVM CALOVIVM et ſupra nominatum Dn. D. IOHANNEM MEISNERVM. Has ipſas cum ſentiret Princeps religioſiſſimus in herba ſupprimendas, ne uel iuuentus ſtudioſa inde ſcandalum haurire, uel tota Academia ingens damnum, pati poſſit, neue Academia hactenus orthodoxae Religionis accerrima propugnatrix in hoſtium et aduerſariorum iuſtam reprehenſionem et delectationem incideret, pio zelo ductus, ſua praeſentia et auctoritate omnium feliciſſima et turiſſima componi poſſe arbitratus, una cum Proceribus et Conſiliariis aliquot ſe huc contulit, et ipſo quidem XXIV Auguſti, die *Bartholomaei*, hora neſpertina V, laetis auſpiciis acceſſit, quem ſolenni more in aula ego, Rector Academiae, una cum Profeſſoribus debita reuerentia, et ſubmiſſo MANVS ELECTORALIS oſculo excepi. Et cum Sereniſſimus Elector, ex itinere feſſus, lectum petierit, nemo hac die XXIV Auguſti, uel ex Academiae, uel ex Senatus Oppidani Deputis ad conſuetam gratulationem admiſſus fuit.

d) Die XXV Auguſti, Saturni, nomine Academiae deputati et miſſi ſunt ad PRINCIPEM ELECTOREM, ut Ei de felici acceſſu gratularentur, et ſalutem Academiae commendarent, pioque uoto exciperent tam benignum Principem, Collegae duo ex Philoſophica Facultate, Dominus GEORGIVS GREEN, Hiſt. P.P. et Dominus BALTHASAR STOLBERG, Graecar. Liter. P. P. qui inſimul librum obtulerunt, loco muneris conſueti. *Die deutſche Academie der Bau- Bilder- und Mahler-Künſte, mit vielen Kupffern.* Admiſſi hi ipſi ſunt clementiſſime, nec non admoti ad menſam *Electoralem*, prandioque Electorali excepti, gratioſe ad nos dimiſſi et remiſſi, cum ſincera prolixaque Clementiae Electoralis promiſſione.

e) Die ſolis XXVI Auguſti, Sereniſſimus ELECTOR magna et cum ſingulari deuotione interfuit cultui diuino et ſacris in aede Arcis, ab hora

hora VIII matutina usque ad X. Peractis sacris, ad ELECTOREM Sereniſſimum ego, Rector, uocatus, per horae fere ſpatium in audientia intima, ad iuſſum PRINCIPIS, ſtatum praeſentem noſtrae Academiae Eidem reuelaui, Eiusque protectioni et clientelae nos et omnia noſtra ſubiectiſſime commendaui. A quo Principe cum gratioſe ualde eſſem dimiſſus, Aulae Marſchallo ſupremo et Conſiliario intimo, Domino HERMANNO DE WOLFRAMSDORF, *) et aliis Proceribus Aulicis, nomine Academiae gratulatus ſum de aduentu felici, iisque Academiae noſtrae ſalutem de meliori ELECTORI noſtro commendandam commiſi.

f) Die Lunae XXVII Aug. denuo ad Sereniſſ. ELECTOREM ego, Rector, clementiſſime uocatus, iuſſuque PRINCIPIS Conſiliario intimo, HERMANNO DE WOLFRAMSDORF, ea expoſui, quae mihi, tanquam Rectori, de negotio et controuerſiis Theologorum fuerunt cognita. Quo facto, horis matutinis, a ſumme laudato Conſiliario intimo, inter ſupra nominatos Theologos, D. CALOVIVM et MEISNERVM, in Aulam uocatos, cauſa uentilata utrinque fuit, et, mediis pacis propoſitis, nomine Sereniſſimi, pax et reconciliatio inter eosdem clementiſſime inſtaurata. Hoc ipſo die Sereniſſimo Electori ego, Rector Academiae, obtuli in Tabula quadam eleganter deſcriptas Inſcriptiones memorabiles, quae affixae ſunt circa effigies Sereniſſimorum Electorum Saxoniae, **) a tempore Fundationis, usque ad *IOHANNEM GEORGIVM I*, annexa humillima petitione, ut Sereniſſimus ELECTOR et hiſce ſuam effigiem adiungere dignetur, cui petitioni lubentiſſime ſtatim et clementiſſime locum dedit, iuſſitque Colonello de KLENGEL, in conclaui praeſenti, ut tale quid procuraret ſedulo, et Academiae noſtrae propediem transmitteret. Et cum a Serenitate eius, praeter hoc beneficium, quod grata mente, nomine Academiae, agnoſcendum mihi erat, et hoc humillime peterem, ut ipſe Bibliothecam Academiae, nec non Collegium D. AVGVSTI, in quo praelaudatae effigies Proauorum reſeruantur, praeſentia ſua ornaret Auguſta, non hoc ſolum, ſe craſtino die praeſtare uelle, pollicitus eſt, ſed et, cum ad prandium aliquod, pro exiguis Fiſci Academici ſumtibus parandum, humillime Eundem Principem inuitarem, plus quam hilari uultu et inuſitata quadam huma-

*) Eſt hic piüs et beneficentiſſimus ille Wolframsdorfiani Conuictus fundator, de quo plura uid. infra ad CIↃ IↃ CC I.

**) Sunt illae Inſcriptiones. Primo effigies IESV in cruce pendentis conſpicitur, in cuius utraque parte leguntur uerſus ſequentes.

humanitate, Regia quasi manu, et hanc se gratiam nobis exhibiturum, promisit et spopondit, hac tamen lege, ne nimium quid impenderet in prandium Academia. Hac laetissima promissione Electorali ego fretus primum de conuiuio cum Ober-Mareschallo A RAMSDORF deliberaui, postmodum autem, per schedulam, hanc gratiosam uoluntatem ELECTORIS nostri singulis Professoribus, eo ipse die, notum feci, et in conuentu quidem Decanorum et Seniorum praeparatoria sunt facta ipsius Prandii Electo-



Qui me cernis homo, te cerue tuumque reatum.
Nam sine morte forem, tu nisi mortis eras.
Quod patior, tua culpa facit, quodque impleo legem,
Iustitiam mereor, tu modo crede, tibi.
A cruce tu pende, namque in cruce pendeo pro te.
Qui Deus, et qui sum crimine purus homo.
Sed pro labe tua factus uadis ante parentem,
Quae tu debueras, hac cruce soluo mea:
Te finxi, pro te solui, te ex hoste recepi,
Sum tuus, atque meum sit meritum omne tuum.
Quid maius poteram dare, uel tu poscere maius.
Magnus amor certe est hostis amore mori.
En caput, ut spinis turget, ut, aemula solis.
Lumina iam tenebras omnia mortis habent.

Os quoque, quo uerae trado praecepta salutis,
Inficitur tristi felle meroque graui.
En faciem, qua sancta oculos gens pascere gaudet.
Quam pugnos, et quam liuida sputa, tulit?
Quaeque manus ad opem promtae sunt tegmen et umbra,
Dispansae in rigido stipite uulnus habent.
Cerne pedes unco fixos, quibus aequora pressi
Summa, quibus colubri frango nocentis opus.
Cor, quod amore tui flagrat, terebrabitur hasta,
Vixque habet in uobis iam noua plaga locum.
Restat lingua, fauens hosti, et laeta arua latroni,
Discipulo matrem, dans, animamque Patri.
Est transacta salus, et uatum fata priorum,
Ergo meae uitae finis origo tuae est.

Electoralis, et concluſum, ut ſequenti die Martis, hora XII merid. una cum Seren. ELECTORE, Proceres Aulici et primarii inſimul Miniſtri conuiuio exciperentur. Quem in finem *der Hof-Furier* rogatus fuit, ut ſingulos quoque de ELECTORIS comitatu inuitaret. *Und iſt dem Churfürſtl. Mund-Koch herbey geſchafft an Victualien zu dreyen Tafeln, 1) zur Churfürſtl. Tafel, 2) zur Marſchall-Tafel, 3) zu einer Tafel, daran alle* Profeſſores *tractiret worden.*

g) Die

Ab huius imaginis ſiniſtra locum occupat effigies b. MELANCHTHONIS, *cum Inſcriptione.*

Reuerendus uir D. PHILIPPVS MELANCHTHON, DEI benignitate, ſub duce LVTHERO, uindex et defenſor ueritatis Euangelicae et purioris Philoſophiae inſtaurator.

A dextra imago affixa eſt b. LVTHERI, *cui haec Inſcriptio eſt addita.*

Reuerendus uir D. MARTINVS LVTHERVS, DEI benignitate dux et autor repurgationis doctrinae Euangelicae a coeno et fermento eccleſiae Romanae.

Huius imaginem excipiunt effigies glorioſiſſimorum ELECTORVM *ordine ſequenti.*

1

FRIDERICVS III, DEI benignitate Dux Saxoniae, Sacri Romani Imperii Elector et Archimarſchallus, Landgrauius Thuringiae, et Marchio Miſniae,

INCHOAVIT

2

IOHANNES, DEI benignitate Dux Saxoniae, Sacri Romani Imperii Elector et Archimarſchallus, Landgrauius Thuringiae, et Marchio Miſniae,

CONSERVAVIT

3

IOHANNES FRIDERICVS, DEI benignitate Dux Saxoniae, Sacri Romani Imperii Elector et Archimarſchallus, Landgrauius Thuringiae, Marchio Miſniae, et Burggrauius Magdeburgenſis,

FVNDAVIT

g) Die Martis XXIIX Auguſti, hora matutina VIII, ego, Rector, nomine Academiae, die Lunae a me factam, humillimam inuitationem ad prandium iteraui, Ipſeque Sereniſſ. ELECTOR non ſolum de facta reconciliatione Theologorum, et aliis ad religionem ſpectantibus negotiis, multa diſſeruit, ſed et gratioſiſſime promiſit, ſe hora XI una cum comitatu in collegio Diui AVGVSTI compariturum. Eodem die, hora IX ante meridiem, bono et felici omine Serueſta acceſſit in hanc urbem Seren. Dux Anhal-

---

4

MAVRITIVS, DEI benignitate Dux Saxoniae, Sacri Romani Imperii Elector et Archimarſchallus, Landgrauius Thuringiae, Marchio Miſniae, et Burggrauius Magdeburgenſis,

BELLO DISSIPATAM INSTAVRAVIT

5

AVGVSTVS, DEI benignitate Dux Saxoniae, Sacri Romani Imperii Elector et Archimarſchallus, Landgrauius Thuringiae, Marchio Miſniae, et Burggrauius Magdeburgenſis,

EXORNAVIT AMPLIFICAVIT ET CONFIRMAVIT

6

CHRISTIANVS I, DEI benignitate *Dux Saxoniae, Sacri Romani Imperii* Archimarſchallus et Elector, Landgrauius Thuringiae, Marchio Miſniae, et Burggrauius Magdeburgi, cet.

ACADEMIAM WITTEBERGENSEM NVTANTEM SVSTENTAVIT

7

CHRISTIANVS II, DEI benignitate Dux Saxoniae, S. R. Imperii Archimarſchallus et Elector, Landgrauius Thuringiae, Marchio Miſniae, et Burggrauius Magdeburgi, cet.

ACADEMIAM WITTEBERGENSEM EXACTO FELICITER SECVLO REPVRGAVIT

Anhaltinus, Dominus *CAROLVS WILHELMVS*, ad inuiſendum Sereniſſimum ELECTOREM, permiſſu et ſuaſu Sereniſſimi ELECTORIS, et hunc PRINCIPEM per duos Profeſſores inuitari curauit Academia ad prandium, hora XII parandum. Inuitati aeque ſunt PRINCIPIS Anhaltini Miniſtri primarii Aulici, quos ſecum adduxerat. Praeparatoriis his bene ordinatis, Rector Academiae conuocauit Profeſſores omnium Facultatum in Collegio Auguſti, qui, hora X matutina, ad unum

 omnes

8

IOHANNES GEORGIVS I, D. G. Saxoniae, Iuliaci, Cliuiae, et Montium Dux, S. R. I. Archimarſchallus et Elector, Landgrauius Thuringiae, Marchio Miſniae et utriusque Luſatiae, Burggrauius Magdeburgi, Comes Marchiae et Rauensbergi, Dominus Rauenſteinii,

ACADEMIAM WITTENBERGENSEM A BELLORVM GRA
VISSIMIS TVMVLTIBVS DEFENSAM FORTITER
ET NOVIS PRIVILEGIIS AVCTAM SE
CVNDA QVASI VICE FVNDAVIT

HEROS AC PRINCEPS PIVS MVNIFICENTISSIMVSQVE

9

IOHANNES GEORGIVS II, D. G. Saxoniae, Iuliaci, Cliuiae, et Montium Dux, S. R. I. Archimarſchallus et Elector, Landgrauius Thuringiae, Marchio Miſniae et utriusque Luſatiae, Burggrau. Magdeb. Comes Marchiae et Rauensbergi, Dominus Rauenſtein,

ELOGIO SIMPLICI HAVT EXPRIMENDVS IN CON
SERVANDA ORNANDAQVE ACADEMIA
AEQVAVIT PLVRES

10

FRIDERICVS AVGVSTVS, Dux Saxoniae, Iuliaci, Cliuiae et Montium, Angriae et Weſtphaliae, S. R. I. Electoratus Saxoniae Heres, Landgrauius Thuringiae, Marchio Miſniae et utriusque Luſatiae, Comes Dignitate Principali Hennebergicus, Comes Marcae, Rauensbergae, et Barby, Dinaſta Rauenſteinii,

RECTOR ACADEMIAE WITTENBERGENSIS MAGNIFICENTIS
SIMVS QVI ACADEMIAM METV BELLI ET PV
BLICIS TEMPORVM CALAMITATIBVS PER
TVRBATAM RECREAVIT AC REFOVIT
CIↃ IↃ CC IIII Idibus Octobribus.

Denique

omnes comparuerunt. Hora XI e numero Professorum electi sunt quatuor, Dn. D. IOHANNES ANDREAS QVENSTEDT, Dn. D. IOHANNES DEVTSCHMANN, Professores Theol. Publ. Dn. D. WILHELM LEISER, Iur. P. P. et Dn. D. GEORGIVS GREEN, Hist. P. P. qui missi sunt una cum duobus Pedellis, tunicis rutaceis indutis, et sceptra argentea manibus gestantibus, ad Serenissimum ELECTOREM, una cum PRINCIPE ANHALTINO, denuo inuitandum, et una cum comitatu aulico ex aula Electorali in collegium D. *AVGVSTI* deducendum. Hi postquam in aulam uenissent, mox Seren. ELECTOR una cum PRINCIPE ANHALT. currum Electoralem ascendit, sex equis tractum, et comitatu tam Professorum, quam Procerum et Ministrorum aulicorum, cinctus hora ipsa XI, per totam urbem et magnam spectantium cateruam, ad Collegium peruenit. In ipso uestibulo Collegii Augusti ego, Rector Academiae, purpura Rectorali indutus, una cum reliquis Professoribus, ordine, Seren. *ELECTOREM* debitis ceremoniis et ea, qua decet, animi submissione aduentantem excepi, et primo in Bibliothecam Academiae una cum comitatu praecipuo introduxi. Hac perlustrata placuit Seren. *ELECTORI*, antequam prandium sumeret, uidere quoque Collegium LVTHERI eiusdemque Museum. Dum uero per atrium Collegii ex Bibliotheca procedebat Sereniss. *ELECTOR*, latus ei clausi sinistrum ego, Rector Academiae, ab utraque parte astabant Studiosi numero 300, qui mensa Electorali communi fruuntur. Hi Studiosi, in Conuictorio quoque comparentem, *ELECTOREM* Musica et instrumentali et uocali non ineleganti uenerabantur, et oratione solenni, et carminis, typis expressi, Germanici oblatione, de tanto honore, tanto *PRINCIPI* congratulabantur. His peractis omnibus, eodem comitatu, Sereniss. *ELECTOR* ducebatur in conclaue, ubi conuiuia Doctoralia et Magisterialia solent celebrari. Mensa Electoralis iam erat instructa et parata ad prandium sumendum. Antequam uero cibum caperet Sereniss. *ELECTOR*, effigies *MAIORVM* et *ELE-*

Denique in aditu conspicitur effigies POLYCHIANA, cum sequenti Inscriptione.

MARTINO POLYCHIO, Mellerstad. Fran. Diuinar. Humanar. Scientiarum eruditiss. Electoris *FRIDERICI Sapientis* Optimar. Liter. Mor. domi Doctori, foris Terra Mari Ductori, ubique Consultori, Fido Felici. Constitutae hic Academiae Authori, Rectori primo, et in Cathedra Medica Antecessori, Viro suo seculo Claro Caroque, poni curauit Doctor IOHANNES IESSENIVS a Iessen, Rectore FRIDERICO TAVBMANNO, France.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/126
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ELECTORVM Saxoniae, quae in hoc conclaui ordine seruantur, inspexit. Et erat quidem mensa Electoralis medias inter has effigies collocata, cui, sumta aqua, quam ego Rector, iussu *ELECTORIS*, una cum aulae Mareschallo ministrabam, et, peractis precibus, hoc ordine assidebat. Ex praescitu nempe et speciali uoluntate *ELECTORIS* quatuor Professores admouebantur mensae Electorali.

I Churfürstliche Tafel.

Erant autem personae XII sequentes.

I Sereniss. ELECTOR, IOHANNES GEORGIVS II
II PRINCEPS ANHALTINVS
III HERMANN DE WOLFRAMSDORF, *Consiliarius Intimus et Supremus aulae Mareschallus.*
IV IOHANNES GEORGIVS DE SCHLEINIZ, *Consil. Intimus et Camerae Elector. Director.*
V RVDOLPHVS VON NEITSCHITZ, *Praefectus Vigilum Generalis, et Colonellus exercitus equestris, Cubicularis Intimus, cet.*
VI HANNS SIEGMVND VON DER PFORTE, *Archi Pincerna et Cubicul. Intimus.*
VII IOHANNES CHRISTIAN VON ARNIMB, *Ser. Elect. Sax. Consil. Praeses Cur. Prouincial. Witteb. et Cubicul. Intimus.*
IIX HANNS HEINRICH KVFFER, *Colonellus Exercitus Electoral. pedestr. et Commendator Castri Witteberg.*
IX WERNERVS THEODORVS MARTINI, *I. V. D. P. P. et Acad. Rector.*
X D. ABRAHAM CALOVIVS, *Prof. Theol. Prim.*
XI D. IOHANNES MEISNERVS, *Theol. Prof. et Sen.*
XII D. IOHANNES ANDREAS QVENSTEDT, *Th. P. P.*

Reliqui Proceres et supremi Aulae Ministri, tam Seren. *ELECTORIS*, quam *PRINCIP. ANHALTINI* mensae peculiari assederunt, quam in aula uocant die .

II Mar-

II Marſchall-Tafel.

Mareſchallus autem in hoc actu et conuiuio deſignatus fuit

I IOHANN ADOLPH VON HAVGWIZ, *Cammer-Iuncker und Oberſt-Wachtmeiſter bey den Ritter-Pferden.*

Hic primum locum obtinuit in Mareſchalli Tabula. Poſt eum collocati fuerunt ſequentes Cubicularii Intimi, Colonelli, et alii Superiores aulae Miniſtri.

II CHRISTIAN VON SCHWEINITZ, *Reichs-Ritter, Obriſter über das andere Leib-Regiment zu Fuß.*

III CHRISTOPH IVLIVS VON ARNIMB, *Cammer-Herr, Traguner-Hauptmann.*

IV CHRISTIAN LVDWIG VON SCHOENBERG, *Cammer-Herr.*

V AVGVSTVS ADOLPH VON TRANDORF, *Hauptmann bey der Feſtungs-Garde zu Dreßden, und Haus-Zeugmeiſter.*

VI CHRISTIAN AVGVST BVCHNER, *Obriſt-Lieutenant über die Artillerie, Amtmann und Commendant zu Senfftenberg.*

VII N. N. VON KALISCH, *Fürſtl. Anhaltiſcher Cammer-Iuncker von Zerbſt.*

VIII N. N. VON GEROLD, *Anhalt. Cammer-Rath von Zerbſt.*

IX DANIEL FRIEDRICH RASCHE, *Churfürſtl. Sæchſ. gebeimer Cammerirer.*

IIItiam Menſam
occuparunt

reliqui Profeſſores omnium Facultatum, praeter illos quatuor, qui menſae Electorali, iuſſu Principis, erant admiſſi. Praeſentes erant hi ſequentes.

I D. IOHANNES DEVTSCHMANN, *Theol. D. et P. P.*

II D. WILHELMVS LEISER, *Iur. P. P.*

III D. IOACHIM NERGEE, *Iur. P. P.*

IV D. CONRAD VICTOR SCHNEIDER, *Med. P. P.*

V D. MICHAEL SENNERTVS, *Med. P. P.*

VI D. IOHANNES STRAVCH, *Med. P. P.*

VII D. CONSTANTINVS ZIEGRA, *Phil. Fac. Dec. et Phyſ. P. P.*

VIII ANDREAS SENNERTVS, *LL. OO. P. P. et Acad. Sen.*

IX GEORGE CASPAR KIRCHMAYER, *Elaq. P. P.*

X MICHAEL STRAVCH, *Mathem. Infer. P. P.*

XI GEORGE GREEN, *Hiſtor. P. P.*

XII BALTHASAR STOLBERG, *Graec. Lit. P. P.*

XIII CHRISTIANVS ROEHRENSEE, *Moral. P. P.*

XIV CONRAD SAMVEL SCHVRTZFLEISCH, *Poeſ. P. P.*

XV CHRISTIANVS DONATI, *Log. et Metaphyſ. P. P.*

Ob morbum abſens fuit

D. CASPAR ZIEGLER, *Iur. Facult. Ordin.*

ob alia impedimenta

D. GOTTFRIED STRAVSS, *Iur. P. P.*

MICHAEL WALTHER, *Mathem. Super. P. P.*

In ipso hoc Conuiuio Seren. noster *ELECTOR* se admodum exhibuit gratiosum, multosque et uarios sermones clementissime non solum cum Rectore Academiae, sed et reliquis Professoribus habuit, secundum ordinem nempe, et, per uices, quilibet Professorum adfuit a latere *PRINCIPIS*, Ei subiectissima deuotione inseruiendo, quia et epulas nonnulli praebuerunt allatas in Tabulam *PRINCIPIS*, nonnulli et in sanitatem Domus Electoralis propinarunt pocula uel ipsi *ELECTORI*, uel *PRINCIPI ANHALTINO*, uel aliis Proceribus aulicis. Tota fere haec dies inter amplexus tam Clementissimi *PRINCIPIS* consumta est, nec non inter suaues omnis generis concentus, qui partim a Musicis Academicis instrumentalibus uariis, partim ipsius *ELECTORIS* Musicis aulicis, mutuis uicibus, non sine delectatione animi auditi fuerunt, donec tandem, declinante Sole, Seren. *ELECTOR* cum comitatu aulico, et mensae praeuiis precibus, et conuiuii auctoribus, Rectori et Professoribus, cum prolixa gratiarum actione, et gratiae Electoralis largissima et sanctissima promissione ualedixit, et osculo manuum cum deuota animi submissione dimissus, eodem, quo accesserat, comitatu cinctus ad aulam Electoralem se recepit, uia tamen alia, quam qua uenerat, neque per urbem, sed per uallum ciuitatis, *über die Vestung*.

h) Die Mercurii, XXIX Augusti, hora VII matutina, ad *ELECTOREM* nostrum Serenissimum, ego, Rector Academiae clementissime denuo cum admissus essem, subiectissimas, nomine Academiae, Serenitati Eius persolui gratias pro summo hoc honore, nobis exhibito, et splendidissima praesentia in sedibus Musarum et Collegiis nostris, antehac nunquam audita et inusitata, adiecta humillima petitione, ut exiguis illis omnibus seruitiis aequi bonique clementissime consulere, Suaque gratia nostram Academiam fouere et beare uelit perpetua. Ad haec Seren. *ELECTOR* non solum cumulatissime et gratiosissime respondit, et mutua gratiarum actione pro exceptione nostra subiecta clementiam suam nobis obtulit summam, sed et, remotis arbitris, qui in conclaui aderant, gratiose promisit, *SE* illos 10000 florenos, quos antehac Academiae donauerat, 2000 florenis auctурum, et ita Fiscum Academiae ex aerario Prouinciali *der Steuer-Sorte*, uel capitali 12000 floren. dotaturum. Cumque in perlustrando Collegio D. *AVGVSTI*, uel LVTHERI, ipse *PRINCEPS* animaduertisset, multa in illo aedificia ruinosa esse, quae refectionem desiderarent, ex discursu autem, mecum priore die gratiose instituto, percepisset, Facultates Fisci Academici adeo tenues iam esse, ut nec Salariis Professorum sufficerent, ex promtissima et libera uoluntate Serenissimus *ELECTOR* quoque 400 florenos

ad

ad reparationem huius Collegii se propediem mihi, Rectori, Dresda missurum promisit. Pro quibus omnibus beneficiis summis, nomine Academiae, ego subiectissimas persolui gratias, et, per schedulam, omnibus Professoribus ego, hac ipsa die, tantam *PRINCIPIS ELECTORIS* liberalitatem et munificentiam communicaui et notam reddidi. Hac ipsa quoque die Serenissimus *ELECTOR* petiit iussitque, ut *Matriculae Academicae* a tempore fundationis, quarum hodie *septem* sunt numero, *EIDEM* in conclaui suo exhiberentur, quae, cum, iussu meo, a Pedellis in aulam allatae essent, auide ex iis maximum Studiosorum numerum, a tempore fundationis, usque ad hunc diem, qui ad 70000 fere excreuerat, non solum uidit et legit, sed et ipsa manu uoluit et reuoluit easdem, et curiose diem inscriptionis LVTHERI et PHILIPPI MELANCHTHONIS, quorum prior est IIX Augusti, Anno 1508, alter 29 Sept. 1518, perscrutatus, delectatus quoque haud uulgariter fuit insigni catalogo PRINCIPVM, COMITVM, BARONVM, partim ex illustri Domo Saxonica, partim aliis prouinciis Europae, et splendidis familiis, qui in hac Academia studiis inuigilarunt. A meridie huius diei Seren. *ELECTOR* prandio, una cum comitatu suo, exceptus est in aedibus Dn. D. ABRAHAMI CALOVII, *Theol. Prof. P. P.*

i) Die Iouis XXX Augusti, hora V matutina, denuo ego Rector ad Sereniss. Electorem nostrum clementer admissus Eidem, itineri accincto, nomine Academiae, pro innumeris beneficiis gratias egi, nec non nostram salutem nostraque omnia, pio uoto annexo, humillime commendaui et ualedixi. In atrio tamen aulae, iterum cum Professoribus conuocatis, Principem Electorem, antequam rhedam abiturus ascenderet, solenni osculo manuum in pace dimisimus saluum et incolumem, iter hac die Torgauiam parantem.

k) Nec uero gratia illa et promissio de dotanda Academia facta uana fuit et inanis, sed qualem se Serenissimus Elector praesentem, talem et absentem, nobis exhibuit. Literas enim clementissima sua et propria manu subscriptas ad me Rectorem immediate has sequentes transmisit, qua fidem suam munificentissime liberauit. Digna sunt uerba, ut in aeternam rei memoriam singula adscribantur.

Von GOTTES Gnaden, IOHANN GEORG DER ANDERE, Hertzog zu Sachsen, Iülich, Cleve und Berg, cet.

CHURFÜRST.

Hochgelahrter Rath und lieber Getreuer. Wir haben aus Landes-väterlicher Vorsorge und sonderbarer gnädigst tragenden Zuneigung gegen Unserer Universität Wittenberg der zwo TAVSEND *Gülden halber, womit Wir sie jüngstbin begnadiget, bey Unserm Rath und Steuer-Buchhalter, Gottfried Schmieden, beygefügte Verordnung ergehen lassen. Werdet derohalben solche behöriges Orts zu befördern, um die Expedition anzuhalten, und diese Begnadigung Unserer Intention, und zu der Universität gestellten gnädigsten Begnadigung gemäß wohl anzulegen wissen. Daran vollbringet ihr Unsere Meinung, und Wir seyn euch mit Gnaden gewogen. Geben zu Dreßden, den 21 Septembris Anno 1677.*

Iohann George, Churfürst.

Dem Hochgelahrten, Unsern Appellation Rath, und lieben getreuen Herrn WERNER THEODORO MARTINI, *der Rechten Doctorn, Professorn, und ietziger Zeit Rectorn Unserer Universität zu Wittenberg.*

Ipſae literae, quibus Donatio haec continetur, hae ſunt.

IOHANN GEORGE DER ANDERE
CHURFÜRST.

Rætbe und liebe Getreue. Demnach aus Landes-väterlicher Vorſorge Wir Unſerer Univerſitæt Wittenberg ZWO TAVSEND *Gülden von Unſern bey dem Mittel der Steuer habenden zinßbaren Capitalien in Gnaden geeignet, Als iſt hiermit unſer gnædigſtes Begehren, ihr wollet euch darnach achten, benannte Summe der 2000 Gülden nunmehro an beſagten Unſern Steuer-Capitalien ab- und hingegen der Univerſitæt beſtændig zu-ſchreiben, auch die Gebühr dießfalls allenthalben verfügen. Daran geſchicht unſere Meinung. Geben zu Dreßden, den 21 Sept. Anno 1677.*

An den Cammer-Meiſter Bergern,
und Steuer- Buchhalter Schmieden.

Effigiem quoque Electoralem iuſſu Sereniſſimi Principis Rectori mihi transmiſit Dominus Archi-Mareſchallus de RAMSDORF his literis.

Daß ſowohl die löbliche Academie, als auch mein vielgeehrter Herr zu denen von IHRO CHURFUERSTL. DURCHL. meiner Wenigkeit gnædigſt aufgetragenen Functionen gratuliren, und dadurch die zu mir tragende Affection conteſtiren wollen,

Solches erkenne ich mit dienſtſchuldigem Dancke, und wünſche, daß die Göttliche Allmacht mir Gnade verleihen wolle, dieſe Aemter zu des Höchſten Ehre, meines gnædigſten Herrns hohem Vergnügen, und allen ehrlichen Leuten zu Nutz und Beſten zu verwalten. Dabey mir ſonderlich lieb und angenehm ſeyn wird, wann der löblichen Univerſitæt Wittenberg und Dero vornehmen Gliedern, worunter meinem vielgeehrten Herrn ich abſonderlich verbunden, ich einige erſprießliche Dienſte und Freundſchaft erweiſen kann, wozu ich iederzeit gantz willig und geneigt ſeyn werde. Es haben IHRO CHURFUERSTL. DURCHL. Dero Bildniß, ſo bey jüngſten Dero Anweſenheit auf dem Saal der löblichen Academie verſprochen worden, mir zugeſchicket, und dabey Dero beſtændige Hulde und Gnade ihnen zu verſprechen, aufgetragen. Welches bey dieſer Gelegenheit Derſelbe in Empfang zu nehmen belieben wird. Befehle Ihn in Chriſti Schutz, und verbleibe

MEINES VIELGEEHRTEN HERRN

Dreßden,
am 2 Novembr. 1677.

dienſtwilliger
HERRMANN VON WOLFRAMSDORF

Et haec ſunt illa amoris et honoris, imo gratiae et clementiae inuſitatae documenta Sereniſſimi noſtri ELECTORIS, *IOHANNIS GEORGII II*, quae ſine impietatis nota non poterant non poſteritati commendari. DEVS hunc Nutritium nobis ſeruet incolumen et floren-

tem

tem, eique largiatur senectutem pacatam et tranquillam, ut sub umbra rutacea hac uigeat, crescat, floreat Academia nostra.

II Tristi quodam fato sub hoc Rectoratu tragicus casus sequens notabilis contigit.

In pago Vniuersitatis Wittebergensis Meltzwig, trans Albim sito, IV Iulii hora matutina Vta, in pastoris, seu bubulci et subulci, tuguriolo improuiso aduenit sordidus quidam et male uestitus nigerrimus Iudaeus, qui hactenus a nullo rusticorum erat uisus, uel cognitus, et ipsi quidem hospites domus, cum iam ad pascua pecus appulissent, appropinquante die, in hypocausto post se reliquerant uxorem et tres liberos una cum decrepito sene fere 80 annorum. Iudaeus intrat hypocaustum, et cum in lecto adhuc bubulci uxorem, aliquantulum male se habentem, non adeo deformem, aspicit, coeco et lasciuo amore inflammatus ad lectum accedit, eiusque tentat pudicitiam, et quidem blandis admodum uerbis. Illa autem cum se modis omnibus lecto eriperet, ut a periculo se liberaret, fugam arripit, ut in auxilium uocaret maritum, uel uicinos. Iudaeus autem insano furore magis, quam coeco amore, furibundus axem quendam, circa lectum latitantem, arripit, illoque truculento admodum modo percutit duos infantes, in cunis dormientes, qui statim uulneribus ipsis misere exspirarunt. Postmodum ictus quoque horrendos infligit seni octogenario fere, et tandem puellam forte quatuor annorum extrahit manibus, eique caput multis ictibus dissipat. Vt ita horrendus ille latro intra quadrantem horae quatuor homicidiorum reus sit factus. In flagranti tamen crimine deprehensus, et in uincula coniectus ab administratore Fisci nostri Academici, *Samuele Pfenning*, ex loco delicti huc missus in carcerem detrusus, examinatusque primo insaniam quandam mentis simulauit, sed haud congrue, ad articulos respondit. Vnde primitus, ex sententia Scabinorum, Medicorum iudicio relictus fuit. Hi tamen cum ipsum uidissent, et collocuti essent cum eo, senserunt penes reum malitiam summam esse, non mentis inopiam. Qua propter tandem ad Articulos rogatus, cum factum ipsum nec negare poterat, nec quicquam exceptionis, uel defensionis, loco adducere, poena ei rotae dictata fuit in Facultate nostra Iuridica. Quae poena etiam in ipso loco delicti, et quidem in uia ante pagum Meltzwig, executioni mandata est XXVI Augusti 1677. Ante mortem autem ad Christianam religionem conuersus fuit, nomenque *Iohannis* retinuit, antea Iudaeus *Ben Isaac Salomon* uocatus. Natus fuit ex Polonia, ibique baptizatus. DEVS auertat porro haec et alia mala!

RECTO.

RECTORE
IOHANNE STRAVCH, Phil. et Med. D. et P. P.

CIↃ IↃ C LXXVII d. 18 Octob. inscripti sunt CXLIII

inter quos

Conradus Löser, *Eq. Misn.*

Sub hoc Rectoratu, pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

sub praesidio IOHANNIS DEVTSCHMANNI, *P.P.*

M. IOHANNES ANDREAS LVCIVS, *hactenus Seren. Elect. Sax. Ecclesiastes Aulicus, nunc uocatus Pastor Eccl. Dresd. et Superint.*

de Luce ministeriali,

qui, eodem Praeside et Decano, Promotore uero, D. ABRAHAMO CALOVIO, *P. P.* summos Doctor. honores est consecutus.

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesidio D. GODOFREDI STRAVSSII, *P.P.*

GEORGIVS MATTHIAS MARQVARDVS, *Quedlinburg.*

de Iure Salariorum,

2) sub praesidio D. LVODVICI LENZII, *Fac. Iurid. Assess.*

FRIDERICVS STROMEYER, *Vlmensis,*

de Beneficio ordinis.

RECTORE
BALTHASARE STOLBERGIO, Mittweida-Misn. Graecar. Liter. Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LXXVIII Kal. Mai. inscripti sunt CXLIIX

inter quos

1) Bernt Thiele von Dransfeld, *Götting.*
2) Dietericus von Bremen, *Holm. Suecus.*
3) Gottfried Pabst von Oheim, *Misn.*
4) Iobst Christoph Brand von Lindau.
5) Seyfartus Christianus a Seidlitz, *Nob. Sil.*
6) Iohann. a Bippen, *Osnabr. Westph.*

Sub

Sub hoc Rectoratu

I IN FACVLTATE IVRIDICA

disputarunt pro Licentia,

1) sub praesidio WILHELMI LEISERI, *I. V. D. et P. P.*
BERNT TIELE de DRANSFELD, *Goettingensis*,
de Responsis Prudentum,

2) sub praesidio CASPARI ZIEGLERI, *D. Collegii Iurid. Ord. et Seren. Elect. Sax. Consil.*
GODOFREDVS LEONHARDVS BRODKORB, *Grimmens.*
de Iure litem denunciandi,

3) sub praesidio IOACHIMI NERGERI, *I. V. D. et P. P.*
CHRISTIANVS AVGVSTVS POMPEIVS, *Witteberg.*
de Specie Obligationis inaequalis.

II Sub hoc regimine a Seren. et Potentissimo Electore Sax. *IOHANNE GEORGIO* II THEODORO DASSOVIO, Hamburg. Ling. Orient. Prof. Publ. Extraord. Professio Ordin. Poes. clementissime iniuncta est, illeque in Senat. Academ. receptus die ult. Aug.

III Inscriptus est sub hoc Rectoratu Ioh. Iacobus Dieterici, qui uero 1679 ex hoc Albo deletus fuit ideo, quod, spretis seueris de poena relegationis cum infamia, posthac irroganda, comminationibus, cuiusdam ex Ordine Professorio Viri Consultissimi domum uiolauit, ualuasque fenestris obductas uerberauit. P. P. IIX post Trinit. 1679 sub Rectoratu D. GODOFREDI STRAVSSII.

RECTORE

IOHANNE MEISNERO, SS. Th. D. et P. P.
Coll. Th. Sen. Templi ad Arcem Praeposito
et Consist. Eccl. Assess.

CIↃ IↃ C LXXVIII d. 18. Octobr. inscripti sunt LXXV

inter quos

1) Ernst Heinrich von Hanfstengel, *Anhalt.*
2) Erdmannus Siegfried de Dhan, *Eq. Lus.*
3) Matthias a Schmidegg. *Cremnit. Nob. Hung.*
4) Io. Iacobus Masko. *Cremnit. Nob. Hung.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/137
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sub hoc Rectoratu,
in Facultate Iuridica pro Licentia disputarunt,
1) sub praesidio D. WERNERI THEODORI MARTINI, *P. P. et Elect. Sax. Consil.*
GOTHOFREDVS CHRISTIANVS LEISER, *Witteb.*
2) sub praesidio D. GODOFREDI STRAVSSII, *P. P. Elect. Sax. itemque Princip. Anhalt. Viduae Consil.*
ANDREAS BARTHIVS, *Witteb.*
de militia togata et sagata.

RECTORE
GODOFREDO STRAVSSIO, Phil. et I. V. D. P. P. Potent. Elect. Sax. in Supremo Appel. Iudicio, nec non Ser. Vid. Anhalt. Seruest. Consil. Cur. Elect. Scab. et Facult. Iurid. Assess.

CIↃ IↃ C LXXIX Kal. Mai. inscripti sunt CXC
inter quos

1) Christophorus Adolphus von Oppel, *Nob. Lus.*
2) Adrianus de Baroe, *Marna Dietmarsus.*
3) Io. Georgius a Wolfersdorf, *Equ. Lus.*
4) Carolus Dietericus a Dauier', *Nob. Anhalt.*

Nota

Sub hoc Rectoratu inscriptus Io. Frider. Reich, *ideo, quod excita*ti tumultus, et uis factae in aedes ciuis cuiusdam, caput erat, relegatione in perpetuum multatus fuit, Dom. 2 post Trinit. A. 1680, Rectore CHRISTIANO ROEHRENSEE, P. P.

RECTORE
CONRADO VICTORE SCHNEIDERO, Phil. et Med. D. P. P. Coll. Med. Sen. et h. t. Dec. nec non Ser. ac Potent. Elect. Sax. Medico,

CIↃ IↃ C LXXIX d. 18 Octobr. inscripti sunt CX
inter quos

1) Aegi-

1) Aegidius Christoph. ab Osten, *Nob. Pom.*
2) Frider. Wilhelm von Beichling, *Eq. Thur.*
3) Ernst. Sigismund von Mergenthal, *Eq. Miſn.*
4) C. C. Fuchs, *Seruest. Anh. Nob.*

Sub hoc Rectoratu
ob pacem dies festus indictus fuit sequenti Programmate,

Rector Academiae Wittebergensis,
CONRADVS VICTOR SCHNEIDER, Phil. et Med. D. et Prof. Primar. Facult. Senior ac h. t. Decanus, nec non Seren. et Potent. Elect. Sax. Medicus,

Ciuibus Academicis S. P. D

Quod laetum auspicatumque recuperatae pacis negotium sit, iam uero ac merito felices et plus, quam dici potest, fortunati sumus, quod parens conditorque rerum DEVS afflictam bello Germaniam tandem respexit, ac Principi Electori Optimo, IOHANNI GEORGIO II, banc pietatis mercedem tribuit, ut maximam gloriae possessionem a maioribus relictam, pariterque ab se auctam, imperio deinceps tranquillo firmaret, et saluus atque incolumis non suo magis, quam publico gaudio, die hoc festo atque solenni, frueretur. Praeterquam enim, quod in bello metus calamitasque omnium animos confundunt, et caedes atque exilia passim audiuntur, victoriae quoque victoribus saepe numero funestae sunt, et sublata legum reuerentia omnia in luctu et sordibus iacent, et cum indigne plurima, tum pauciſſima moderate, geruntur, neque recta instituta et mores ualent, sed ui impetuque uitae officia saepe et multum conturbantur, pietasque et fides tantum non conuelluntur. Neminem distinguit saeuitia, nec aetati, neque ulli, quamuis sanctiſſimo, ordini, parcit, rapit, uexat, trahit fortunas omnium, et robur atque opes gentium nationumque semper imminuit, ac plerumque euertit adeo, ut inter homines uix humani cultus uestigia relinquantur. Quae cum reputaret PRINCEPS ELECTOR maximus, Reique publicae Christianae detrimenta subinde animo colligeret atque consideraret, tum domi coram, foriſque per internuncios ac Legatos strenue summaque cum digni-

dignitate munus hoc peregit, et non modo nihil praetermiſit, quod eam ad rem idoneum putavet, ſed etiam ſemel atque iterum, et ſaepius, ſupplicationes publicas edixit, exemplumque aliis tradidit, ac DEVM orauit obteſtatuſque eſt, ut aequitate et miti quopiam temperamento Regum Principumque diſſidentium animi lenirentur. Quod proſpere euenit, poſtquam Vindobonae atque Ratisbonae pacis redintegrandae conſilia auctoritate et opera ſua adiuuit, ut deinde Neomagi maiori contentione tractarentur, et ſuſpenſis diu expectatione animis, uoto quidem omnium uno et pari, ſed non ex utilitate ſingulorum perficerentur. Illud uero negotium etſi arduum fuit ac perdifficile, tamen charitati Reipublicae et ſaluti tot innocentium hominum datum eſt, ut poſtulatorum iniquitas, et ſuperiores offenſae ſimul paci remitterentur, ac ſempiterna deinceps obliuione delerentur, quod ratio temporum ſic ferebat, ut nulla periret ſarciendae concordiae occaſio, quippe quam et mature arripi, et conſtanter teneri, Europae pariter et noſtrati patriae expediebat. His ex animi ſententia confectis, Reges, qui Septentrionem colunt, placandi reſtabant, quorum gratia magnos ſumtus fecit, operamque munere tanto dignam contulit, et Legatum nomine meritiſque ſplendidiſſimum de pace inſtauranda miſit, qui, ſicut toto uitae curſu maxime eluxit, ita his partes ſumma cum laude nuper admodum tam prudenter integreque adminiſtrauit, ut noſtra Patrumque memoria nihil potuerit, neque maius ſuſcipi, neque utilius tractari, neque ſalutarius praeſtari patriae finitimiſque regnis. Allato hoc pacis confectae nuncio, accepimus, dixiſſe benigniſſimum Principem, rurſus ac ſummopere ſe laetari, quod conſilio munereque diuino rerum id conſecutus fuiſſet, ut Caeſaris Regumque praepotentium animi conciliarentur denuo, foedereque inter ſe coniungerentur? Id uero cum ad decus amplitudinemque ſuam, tum ad felicitatem horum temporum gloriamque imperii, pertineat, ut huius rei, in qua Reipublicae Chriſtianae ſalus honorque ſita ſint, memoria in omnium animis uigeant, et inſigne aliquid manſurumque habeat, ac ſplendore ſolemnium diſtinguatur maximeque celebretur, quam ob rem cras Paci templum dicabit, cras morem ueterum imitabitur, quem ritu Chriſtiano expurgabit melioremque reddet, ut pacis inſignia non deae, quam ſuperſtitio confinxit, ſed Numini DEI immortalis conſecrentur. Agite igitur, CIVES omnes et ſinguli, ad ſolemnia haec parati inſtructique, digne ueſtras partes obeatis, craſtinaque die ab H. VII matutina ad

gratias

gratias DEO agendas omni cultu et elegantia in templo arcis con-ueniatis, praedicaturi uno ore et una mente beneficium Pacis. His rite peractis, Patribus, in templum oppidanum euntibus, apto ordine uos adiungite, et decus dignitatemque pompae decenter seruate, uota nuncupaturi, ut ea pax firma sit et fida. Quo munere perfuncti inter uarios uocum modos, atque inter fides et tibias, ac inter sonantia tympana et concinentes tubas, interque festos ignes, et tormentorum strepitus fragoresque tormentorum, quae in stationibus collocati milites exonerabunt atque displodent, laeti bilaresque diem exigite, daturi plausus Principi maximo, qui hunc diem nulli aetati, nullique seculo reticendum, suo et publico ciuium gaudio DEO pariter et memoriae posterorum dedicauit. P. P. sub sigillo Academiae Kal. Nouembr. Anno recuperatae Salutis ∞ ıɔ c LXXIX.

RECTORE
CHRISTIANO ROEHRENSEE, Ehrenberga Misn. Phil. Pract. P. P.

CIↃ ıɔ c LXXX Kal. Mai. inscripti sunt CX

inter quos

1) Georgius Ludouicus a Langenau, *Eq. Sil.*

2) ADAM LOEWENHAVPT, *Comes, de Raseberg et Falckenstein.*

3) GVSTAFF FRIDERICK LOEWENHAVPT, *Com. de Raseb. et Falckenstein.*

4) CARL IVLIVS LOEWENHAVPT, *Com. de Raseb. et Falckenstein.*

5) Iean a Lunderstein.

Sub hoc Rectoratu pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

1) sub praesidio IO. ANDREAE QVENSTEDT, *SS. Theol. D. et P. P. ut et Electoral. Alumn. Ephori*,

M. PAVLVS CHRISTOPHORVS MARTH, *Mansfeld. Saxo, hactenus a concionibus Sabbat. apud Lipsienses, nunc uero Pastor, Consistor. et Superintend. Dioeces. Sondershus. in Comit. Schwarzb.*

de Sacrae Eucharistiae ritibus antiquis,

2) sub praesidio IOHANNIS DEVTSCHMANNI, *SS. Theol. D. et P. P. nec non Elector. Alumnor. Ephori*,

M. DAVID. WENDLERVS, *Witteberg. Eccl. Kemberg. Praepositus et uicinar. Eccl. Superint.*

de Formulae Concordiae publicatione.

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesidio WILHELMI LYSERI, *ICti et Antecessor. cet.* GEORGIVS MICHAEL HEBER, *Witteberg.*

de Concursu Actionum.

2) sub praesidio IOACHIMI NERGERI, *Gryphimonti Sil. I. V. D. et P. P. Cur. Elect. Scab. et Facult. Iurid. ut et Iud. Ducal. in March. Lusat. Infer. Assess.*

CHRISTFRIED WAECHTLERVS,

de gradibus Culpae in contractibus.

III Non praetereunda silentio, quae hoc semestri memoratu digna, etsi parum fausta, contigerunt.

E Patrum Academicorum numero Vir Nobilissimus et Experientissimus

DN. CONRADVS VICTOR SCHNEIDERVS,

Phil. et Med. Doctor, Prof. Publ. fama et scriptis illustris, diuersorum Elector. ac Principum Archiater, et Ordinis sui Senior decessit, d. X Augusti.

Grauius periculum imminuit Academiae, ex quo Electoralis Dresda primum, mox Lipsia, cum aliis Misniae oppidis ac uicis pestilenti contagio, ex Bohemia allato, infestari coepit. Hinc mature cum quaestore Electorali et Senatu oppidano deliberari coeptum est, quo necessaria prouisione, DEO clementer adiuuante, urbs haec et Academia ab immani lue indemnis seruari posset. Nam inconsultus pauor iam bonam Studiosorum partem abstulerat. Mendaci rumori, qui, Wittebergam iam tum peste correptam, praeter uerum sparserat, apologiam oppossuimus, et, per calumniam hoc de nobis dici, ostendimus. Sed utut ad diuersas eam Academias curauerimus, parum tamen profecimus, nitentibus contra, qui Pontificiis partibus erant addicti, ut, qui Witteberga accederent, ubiuis locorum excluderentur. Ad Serenissimum *Electorem Saxoniae* datae sunt supplices literae, pro consequendo subsidio ad reaedificandum Nosocomium, superiori bello per milites dirutum. Sed, Optimo *Principe* oppresso, nullum tulimus responsum. Ciuibus nostris mandatum est, ut abstineant locis, de pestilenti contagio suspectis, et quilibet sibi suisque de

neces-

neſſario in annum commeatu proſpiciat. Factum autem eſt Numinis clementia, ut huc usque malum illud euaſerimus incolumes, cui propterea immortales gratias nuncupamus. Grauiſſimum tandem uulnus et Academiae, et uniuerſae Saxoniae, et S. Imperio Romano inflictum eſt morte Sereniſſimi Potentiſſimique Principis ac Domini, Dn. *IOHANNIS GEORGII II*, *Electoris Saxoniae*, cetera, Domini ac Nutrii noſtri clementiſſimi, qui obiit Freibergae Hermundurorum d. XXII Auguſti. Qua audita, ut ingenti luctu confuſa ſuum teſtaretur dolorem Academia, in templo ad Arcem Altare et cathedram Eccleſiaſticam pariter et Academicam, nec non in templo Parochiali ſubſellia Profeſſorum atris contegi pannis curauit, Corpusque Academicum lugubri ueſtitu comparuit, donec *PATRI* patriae benigniſſimo iuſta funebria perſoluta ſunt. Ciuibus Academicis praeterea, quantam Academia in *Principe* incomparabili fecerit iacturam, publico Programmate ſignificatum, et, ut ſobrietati ac pietati ſe dedant, praeceptum eſt. Succeſſori Sereniſſimo, Domino *IOHANNI GEORGIO III*, *Electori Saxoniae* et *Burggrauio Magdeburgenſi* carmine Heroico et luctum teſtata eſt Academia, et Regiminis auſpicia gratulata. Poſt paullo clementiſſime nobis imperatum eſt, ut muneris partes probe curaremus, et, ne quid a contagio nobis accidat mali, prouideremus. Denique peculiari mandato Electorali iuſſi ſumus ad d. X Octobris Diuo *IOHANNI GEORGIO II*, Electori, exequias ire. Quibus ut maior eſſet ſolennitas, cum corpore non modo Academico, uerum Senatu quoque oppidano praeuiae conſultationes habitae ſunt, et tum a noſtra parte, tum in uniuerſum concluſum, I, ut Ciues Academici publica ſcriptione, Incorporati uero, quos uocant, et foemineus ſexus per praecones ferales ad eundas exequias inuitarentur, II, ut et Academia cum ſuis Ciuibus, et Senatus cum oppidanis, dicta die, hora XII, in aede Academica conuenirent, decantatiſque hymnis quibusdam, III, ad concionem funebrem audiendam procederent in templum parochiale, eaque abſoluta, IV, praeter ſexum ſequiorem et de plebe homines, remearent omnes in Academicum templum, in quo Academiae nomine habenda erat oratio parentalis a Profeſſore Eloquentiae. Quibus peractis quilibet domum repetereret. Haec, ad illum modum curata, ſucceſſerunt optime. Nam et Profeſſores, et Ciues Academici, praedicto tempore conuenere magno numero, quibus ſe aſſociauerunt Illuſtris Curiae Electoralis Praeſes, Dn. de *Arnimb*, et fortiſſimus Legionis praetoriae pedeſtris dux, caſtrique Wittenberg Praefectus, Dn. IOHANNES HENRICVS KVFFER, priori Rectoris latus claudente, et Sena-

Senatus cum ciuibus oppidanis adfuit, diuerſoque agmine Academiam ſecuti ſunt. Interiectis aliquot diebus a duobus Alumnis Electoralibus parentales orationes, libero ligatoque conſcriptae ſermone, in Auditorio maiori recitabantur. Hic honos Principi Maximo, pietate in DEVM, fide in Caeſarem, clementia erga ſuos, beneficentia in bonas literas, et noſtram cumprimis Academiam, nemini ſecundo, pro modulo opum noſtrorum habitus eſt, cuius ſanctiſſimis exuuiis DEVS

tenuem et ſine pondere terram
ſpiranteſque crocos, et in urna perpetuum uer,

quam clementiſſime concedere dignetur.

IV. Atque triſtiſſimus hic beatiſſimi ELECTORIS obitus in cauſa erat, quo minus hoc anno Iobelaeum, ob Formulam Concordiae celebrandum, celebraretur feſtum, uti hoc ex b. SCHERZERI uerbis, quae in *Dedicatione*, *Syſtemati Theol.* praemiſſa, leguntur, ſcribentis, *Templa enim Scholaeque quotannis laudibus perſonabunt TVIS, quoties feliciter, per* b. *LVTHERVM coeptae, Reformationis memoriam ſolenni abs TE*, Religioſiſſime *ELECTOR*, *ex pietate et gratitudine erga DEVM, inſtituta feſtiuitate recolent*, *et* Chriſtianae Concordiae, quod iam inſtat, ſeculum, *cuius praeludia ac primordia Ipſe* Torgae *cum aulae Proceribus et nonnullis Theologis, quibus et me intereſſe iuſſeras praeſens, ob conſeruatam ueritatem Euangelicam, Supremo Numini Euchariſteria ſoluens, ſacra et ſolemnia eſſe noluiſti*, una tecum celebrabunt.

RECTORE
IO. ANDREA QVENSTEDT, Quedlinb. S. S. Th. D. Prof. Publ. et Elect. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ C LXXX d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXLV

inter quos

1) Ioachim Fridericus von Lieben, *Nob. Luſ.*

2) Loth Gotthard von Metzrad, *Eq. Luſ.*

3) IOHANNES GEORGIVS L.B. VON GERSDORFF

4) Iohannes Fridericus von Oppen, *Eq. March.*

5) Chriſtianus Wilhelmus von Knichen, *Olau. Sil.*

6) Io. Fabianus von Ponickau, *Eq. Luſ.*

Sub hoc Rectoratu

I In numerum Profeſſorum Ordinar. receptus eſt Dn. IEREMIAS LOSSI-

LOSSIVS, *Phil. et Med. D. ut et Anat. et Botan. Prof. Publ. Medicusque Prouincial.*

II Pro Licentia in Facult. Theol. disputarunt,

1) sub praesidio IOHANNIS MEISNERI, *S. S. Th. D. et Prof. Publ. Fac. Theol. Sen. Consist. Assess. et Templi ad Arcem Praepos.*

M. IOHANNES WOLFIVS, *Loebeiuna Saxo, Facult. Phil. hactenus Adi. iam Wernigerodensium ad aedes S. Syluestri et S. Georgii Pastor, Stolberg. Comitatus Superint. et Consist. Assessor vocatus.*

de potestate Pontificis Rom. circa Concilia,

2) sub praesidio ABRAHAMI CALOVII, *SS. Theol. D. et P. Prim. Pastoris, Consist. Assess. Superint. Gen. et h. t. Decani,*

M. FRANCISCVS WOLFIVS, *Stralsunda-Pom. Eccl. Rostoch. Primar. ad D. Mar. Pastor et SS. Theol. Prof. designatus,*

de Formula Concordiae,

3) sub praesidio IO. ANDREAE QVENSTEDT, *SS. Theol. D. et Prof. Publ. Electoral. Alumn. Ephor. et h. t. Acad. Rect.*

SAMVEL BENEDICTVS CARPZOVIVS, *hactenus Sereniss. Elect. Sax. Eccles. aulicus, et designatus nunc Eccles. Dresd. Pastor, eiusdemque ac uicinar. Superint.*

de Ritibus baptismalibus essentialibus et accessoriis.

III In Facultate Iuridica pro Licentia disputarunt,

sub praesidio WERNERI THEODORI MARTINI, *I. V. D. Pandect. Prof. Publ. Seren. Elect. Sax. in supremo Appell. Iudicio Consil. Cur. Elect. Consist. Eccl. Scabin. et Fac. Iur. nec non Iudicii Duc. in Luf. Inf. Assess.*

MICHAEL BALTHASAR HILDEBRAND,

de Gradibus culpae et poenae in delictis.

IV In Facultate Medica pro Licentia disputauit,

sub praesidio IEREMIAE LOSSII, *Phil. et Med. D. Anat. et Botan. Prof. Publ. ac Med. Prouinc.*

M. THEODORVS KVNADVS, *Grimmenſis*,
de Erotomaniae, ſiue amoris inſani theoria et praxi.

V a) Promotore D. IO. ANDREA QVENSTEDTIO,
h. t. Rectore Acad.
Procancellario, D. ABRAHAMO CALOVIO, *P. Prim. Super. Gen. et Decano*,
quatuor Licentiati d. XI Nou. CIↃ IↃ C LXXX, ſolenniter renunciati ſunt Theologiae Doctores.

b) Promotore D. IOHANNE DEVTSCHMANNO,
Theol. D. et P. P. et Elector. Alumnor. Ephoro,
Procancellario D. ABRAHAMO CALOVIO, *Prof. Prim. Super. Gen. et h. t. Dec.*
quinque Licentiati, d. XXIIX April. CIↃ IↃ C LXXXI ſolenniter renunciati ſunt Theol. Doctores.
Nomina horum Doctorum infra Catalogus Doctorum exhibet.

RECTORE
IOACHIMO NERGERO, Gryphimonte Sil. I. V. D. Pandect. Prof. Publ. Cur. Elect. Scab. et Facult. Iurid. ut et Ducal. Iud. in Luſ. Inf. Aſſeſſ.

CIↃ IↃ C LXXXI Kal. Maii inſcripti ſunt LXXXII
inter quos

1) Heinricus Otto a Stutterheim, *Eq. Luſ.*
2) Innocentius Pflugck, *Eq. Miſn.*
3) Chriſtianus Marſchalch de Biberſtein, *Eq. Miſn.*
4) Georgius Franciſcus Richter, *Nobil. de Kempenſtein, Phil. Mag. et SS. Th. Lic. Conuerſus.*
5) Caſp. Wenzel von Rothkirch, *Eq. Sil.*
6) Hans Heinrich von Schleinitz, *Eq. Miſn.*
7) Carolus Wilhelmus a Diſkau, *Eq. Miſn.*

RECTORE
MICHAELE SENNERTO, Med. Doct. et Prof. Publ. eiuſdemque Facult. Sen.

CIↃ IↃ C LXXXI

CIↃ IↃ C LXXXI d. 18. Oct. inſcripti ſunt XCIV,
inter quos

1) George Iob von Milkau, *Eq. Miſn.*
2) Ernſt Heinrich von Luckowien, *Eq. Miſn.*
3) Io. Benedictus Tezel a Kirchenſittenbah, *Noricus Patritius.*
4) Hanns Ioachim von der Heydt, *Eq. Var.*

RECTORE
CONRADO SAMVEL SCHVRZFLEISCHIO,
Hiſtor. Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LXXXII Kal. Mai. inſcripti ſunt CLXXV
inter quos

1) Carolus Fridericus Boſe, *Eq. Miſn.*
2) Io. Hertwig von Noſtitz, *Eq. Luſ.*
3) Georgius Quirinus Vitzthum ab Eckſtedt, *Eq. Thur.*
4) Wolfgangus Frider. a Wizleben, *Eq. Thur.*
5) Ludouicus ab Oppen, *Eq. Pruſ.*
6) Io. Michael von der Linden, *Neomarch.*
7) Alexander de Wendeſſem, *Eq.*
8) Carolus Andreas de Wendeſſem, *Eq. Miſn.*

Sub hoc Rectoratu
pro Licentia diſputarunt,

I in Facvltate Theologica

ſub praeſidio Dn. ABRAHAMI CALOVII, *Th. D. et Prof. Prim. Conſiſt. Eccl. et Facult. Theol. Sen. et Dec. ac Sup. Gen.*

M. CONRADVS TIBVRTIVS RANGO, *Eccl. Stetin. ad S. Nicol. Paſtor,*
de deſcenſu Chriſti ad inferos.

II in Facvltate Ivridica

1) ſub praeſidio GOTHOFREDI STRAVSS, *ICti et Pandect. Prof. Publ. Potent. Elect. Sax. in ſummo Appellat. Iud. ut et Seren. Principum Anhalt. Serueſt. Conſil. cet.*

CASPAR CHRISTIANVS HÜBSCH, *Budiſſa Luſ.*
de Iuribus haereditatis iacentis,
2) ſub praeſidio CASPARI ZIEGLERI, *Seremiſ. Elect. Sax. Conſil. Anteceſ. Primar. et Facult. Iurid. Ordin. cet.*
CAROLVS ANDREAS STIEGLEDER, *Sangerhuſ. Thur.*
de Teſtamento tempore peſtis priuilegiato.

RECTORE
IOHANNE DEVTSCHMANNO, Theol. D. et P. P. Elector. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ C LXXXII d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LXXXIIX
inter quos
1) Io. Albrecht Erdmann von Maltitz, *Eq. Luſ.*
2) Fridrich Chriſtian von Heinitz, *Eq. Miſn.*
3) Heinricus Loeſer, *Eq. Miſn.*

Sub hoc Rectoratu
IN FACVLTATE MEDICA
pro Licentia diſputarunt,
ſub praeſidio IEREMIAE LOSSII, *Phil. et Med. Doct. Anat. et Botan. Prof. Publ. ac Medic. Prouinc.*
1) VITVS HENRICVS MAROLD, *Gotha Thur.*
de Iliaca paſſione,
2) MICHAEL GOTTFRIED ZIEGRA, *Wittenberg.*
de Inflammatione,

Qui ſub hoc Rectoratu, *Io. Godofredus Thomas*, inſcriptus eſt, poſtea Rectore THEODORO DASSOVIO, P. P. quia, poſt relegationem, urbem denuo muliebri habitu ingreſſus eſt, dignus Patrum ſuffragiis iudicatus fuit, ut Academiae tabulis deleretur. Domin. XIV poſt Trinit. A. M D CLXXXVI

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/148
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
WERNERO THEODORO MARTINI, titulus eius uid. supra, p. 45,
CIↃ IↃ C LXXXIII Kal. Mai. inscripti sunt CLXXIV

inter quos

1) Albertus von Leesen, *Stormar. Holsat.*
2) Wolfgang Dietrich von Beuchlingen *Eq. Misn.*
3) Nicolaus de Winsheim, *Stralsund.*
4) Otto Christoph aus dem Winckel, *Eq. Sax.*
5) Georgius von Delft, *Hamburg.*
6) Rüdiger Eowald von Massow, *Eq. Pom.*
7) Caspar von Reisewitz, *Nob. Pom.*

Sub hoc Rectoratu pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

sub praesidio IOHANNIS DEVTSCHMANNI, *SS. Th. D. et P. P. Elector. Alumnor. Ephori, nec non Facult. Theol. Decani,*

MICHAEL HENRICVS KRAVSE, *Torga Misn. hactenus Coll. Phil. Adi. nunc Eccl. Schalcauiens. Post. eiusdemque Dioeces. Ephor. designatus,*

de Mysterio personalis unionis,

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesidio WILHELMI LYSERI, *ICti et Antecessoris,*
GODOFREDVS SVEVVS, *Witteberg.*
de quorundam Iurium obitu singulari,
2) sub praesidio WERNERI THEODORI MARTINI, *ICti, uid supra, p. 45,*
AVGVSTVS COSELIVS, *Witteberg.*
de sumtibus pietatis causa factis.

III IN FACVLTATE MEDICA

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/149
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſub praeſidio IEREMIAE LOSSII, *Phil. et Med. D. Anat. et Botan. P. P.*

10. GEORGIVS REBENTROST, *Drebachio-Miſn.*

de Lue Venerea.

RECTORE
IOHANNE STRAVCHIO, Phil. et Med. D. et Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LXXXIII d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXXVII inter quos

1) Conſtans von Geldern, *Reualia-Liu.*
2) Centurius von Miltitz, *Eq. Miſn.*
3) Balthaſar Friedericus a Waldaw, *Eq. Marcb.*
4) Iohannes Ludolph von Leeſen, *Holſat.*

Sub hoc Rectoratu

Chriſtophorus Ficker, communibus Patrum ſuffragiis, hac matricula, Viris et Studioſis honeſtis ſacra, propter furta nocturna peſſimorumque hominum conſortia, prorſus indignus iudicatus eſt, die XI April. in publico Conſiſtorii conuentu, cum traditione hominis ad iudicium Praefecti prouincialis per Senatus oppidani iudiciales miniſtros.

RECTORE
CHRISTIANO DONATI, Logices et Metaphyſ. Prof. Publ.

CIↃ IↃ C LXXXIV Kal. Maii inſcripti ſunt CXCII inter quos

1) Cuno Ordomar de Bodenhauſen, *Nob. Brunſw.*
2) Cuno Leberecht von Aluensleben, *Roda Sax.*
3) Werner Ordomar von Aluensleben, *Roda Sax.*
4) D. Io. Frid. Mayer, *Lipſ. hactenus Eccl. Grimmenſ. Superint. nunc Theol. Prof. in hac Academia.*
5) Michael von Glann, *Sengwarda Friſius.*

6) Hanns

6) Hanns Friedrich von Weithern, *Nob. Thur.*
7) Io. Antonius de Vaussset, *Nob. Burgundus.*
8) Conradus Heinricus de Griesheim, *Nob. Miſn.*

Sub hoc Rectoratu,
in Facultate Medica pro Licentia diſputauit,
ſub praeſidio IEREMIAE LOSSII, *Med. D. et P. P.*
GVSTAVVS ENOCH FROMHOLD, *Rochlitio Miſn.*
de Cancro.

Ceterum Profeſſorum Ordini acceſſit, Electorali iuſſu, Maxime Reuerendus atque Excellentiſſimus Vir, Dn. IO. FRIDERICVS MAYER, Lipſ. Eccleſ. Grimmenſ. hactenus Paſtor et Superint. VII Iulii oratione ſolemni Profeſſionem ſuam theologicam auſpicatus. Ex aduerſo autem ereptus ex eodem, morte praematura, eſt Celeb. Graecar. Liter. Profeſſor, Dn. BALTHASAR STOLBERGIVS, d. XV Octobr. magnum ſui propter praeclaras uirtutes deſiderium apud omnes relinquens.

RECTORE
IO. FRIDERICO MAYERO, Lipſ. Th. D. et P. P. Electoral. Alumn. Eph. et Templ. OO. SS. Praepoſito Subſtit.

CIↃ IↃ ↄLXXXIV d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXV
inter quos

1) Io. Fridericus a Ponickau, *Eq. Miſn.*
2) Georgius Wilhelm Kirchmaier, *iam Graecar. Lit. LV annos P. P. Conſil. Reg. et totius Academ. Senior Vener. aetat. LXXXIII*
3) Caſpar Otto Maſſow, *Eq. Pom.*
4) Io. Ludouic. a Piſtoris, *Eq. Miſn.*
5) Caſpar Erdmann de Klitzing, *Eq. Luſ.*
6) Io. Chriſtophorus a Ponickau, *Eq. Miſn.*
7) Gottfried Heinrich zur Horſt, *Mega Sal. Sax.*
8) Hanß Chriſtoph von Liſt, *Nob. Luſ.*
9) Vlrich Siegfried von Wolffersdorff, *Eq. Luſ.*
10) Ma-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/151
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

10) Magnus Löser, *Eq. Miſn.*
11) Io. George a Ponickau, *Equ. Miſn.*
12) Io. Chriſtoph a Ponickau, *Eq. Miſn.*
13) Io. Aug. a Ponickau, *Eq. Miſn.*

RECTORE

GODOFREDO STRAVSS, Phil. et I. V. D. P. P.

Potent. Elect. Sax. in ſupremo Appellat. Iud. nec non Seren. Princip. Anhalt. Serueſt. Conſil. Aul. Cur. Elect. Scab. et Fac. Iurid. Aſſeſſ.

CIↃ IↃ C LXXXV Kal. Maias inſcripti ſunt CLXXXI

inter quos

1) Adamus Heinricus a Lichtenſtein, *Eq. Franc.*
2) Iohannes Erneſtus a Rechenberg, *Eq. Luſ.*
3) Carl Boislaff de Deuitz, *Eq. Pom.*
4) Iohann Daniel von Koſeritz, *Eq. Miſn.*
5) Wolff Rudolph von Ende, *Eq. Miſn.*
6) Wolf Carl von Ende, *Eq. Miſn.*

Hoc Rectoratu
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

1) ſub praeſidio IO. ANDREAE QVENSTEDT, *Th. D. et P. P. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et Templi OO. SS. Praepoſ.*

M. SAMVEL SCHELGVIGIVS, *Sileſ. uocatus Athenaei Gedan. Rector, SS. Theol. P. P. et Eccl. SS. Trin. Paſtor,*

de Statu Eccleſiae Euangelicae,

2) ſub praeſidio IOHANNIS DEVTSCHMANNI, *P. P. Elector. Alumnor. Ephori,*

M. IEREMIAS A SÜTPHEN, *Paſt. Eccl. Grim. et Vicinar. Superint.*

de Triadoſophia benedicta,

qui

qui duo Licentiati
Promotore Dn. IO. ANDREA QVENSTEDTIO, *P. P. cet.*
et
Procancellario D. IO. FRIDERICO MAYERO, *P. P. cet.*
Doctores Theol. ſolenniter creati ſunt.

II IN FACVLTATE IVRIDICA
VI Licentiati Doctorales honores
Decano D. WILHELMO LEISERO, *P. P. cet.*
et Promotore D. GEORGIO MICHAELE HEBERO, *P. P. cet.*
publice ſunt adepti, quorum nomina infra Catalogus Doctorum exhibet.

III IN FACVLTATE MEDICA
pro Licentia diſputarunt,
ſub praeſidio IOHANNIS THIELII, *D. Anatom. Botan. P. P. et h. t. Decani*,

1) IO. ERASMVS EGERLAND, *Witteberga Saxo*,
de Purpura Epidemia Scorbutica,

2) M. IO. DAVID GVTTNERVS, *Pirnenſ. Miſn.*
de Tuſſi.

RECTORE
IOHANNE THIELE, Med. D. Anat. et Botan. P. P.
Seren. Serueſt. Anhalt. Archiatro,

CIↃ IↃ C LXXXV d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CX
inter quos

1) Felix de Glaſenap, *Nob. Pom.*
2) Chriſtoph. Frider. Vicedominus ab Eckſtädt, *Eq. Miſn.*
3) Gottlob Chriſtianus Vicedom. ab Eckſtädt, *Eq. Miſn.*
4) Chriſtophor. Vicedom. ab Eckſtädt, *Eq. Miſn.*

5) Lu-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
CIↃ IↃ C XCVII d. 18 Octobr. inscripti sunt CIX

inter quos,

1) Siegmund August. von Arnimb, *Equ. Sax.*

2) Adam Friedrich von Lestwitz, *Equ. Sil.*

Sub hoc Rectoratu,

I Pro Licentia disputarunt,

IN FACVLTATE MEDICA

1) sub praesidio IO. GODOFREDI BERGERI, D. *Fac. Sen. et Prof. Prim.*

ERNST GOTTLOB BERGMANN, *Greussena-Thur.*

de Odoratu, eiusque praecipue laesionibus, Coryza, Polypo, et Ozaena.

2) sub praesidio PAVLI GOTTFRIED SPERLINGII, *h. t. Rect. et Fac. Dec.*

10. LVDOVICVS GREGOR. LEBRVN, *Norico Weiſſenburg.*
de haemophtyſi,

3) ſub praeſidio IO. GODOFREDI BERGERI, *Fac. Sen. et Prof. Prim.*
CHRISTOPH. IOACHIMVS FAHR, *Hanouienſis*,
de Morbis Oculorum.

II In Facultate Phil. Decanus MICHAEL STRAVCHIVS, *Mathem. Super. P. P.* XXXI creauit Magiſtros.

III Legauit b. IO. ERICI OSTERMANNI, Acad. quondam Senioris et Gr. L. P. P. pia uidua, ANNA MARIA, nata STRAVSSIA, ducentos Imperiales, quorum annui reditus uiduae cuidam Profeſſoris Philoſ. exſoluendi ſunt, aut, ſi nulla adfuerit, uiduae egenae Diaconiſſae, uel Scholaſticae.

RECTORE
CONRADO SAMVELE SCHVRTZFLEISCHIO,
Hiſtoriar. et humanior. literar. P. P.

CIↃ IↃ C XCVIII Kal. Mai. inſcripti ſunt CCL
inter quos,

1) George Albrecht von Hoff, *Eq. Miſn.*
2) Chriſtoph. Anton. von Lindern, *Ieuera Friſius.*
3) Carolus Auguſtus Schiecke, *Eq. Miſn.*
4) Hannſs Auguſtus von Dieſenroth, *Eq. Luſat.*
5) Adam Fridrich Brand von Lindau, *Eq. Sax.*
6) Gottfried Auguſt von Kayn, *Eq. Miſn.*
7) FRANCISCVS CHRISTOPH. L. B. de LEONRODT.
8) Martinus Gotthelff Loeſcher, *Cygn. poſtea in hac Alma Med. D. et Phyſ. P. P.*
9) Adolph. Beniamin Theler, *Eq. Luſ.*
10) Chriſtianus Vitzthumb de Eckſtedt, *Equ. Miſn.*

11) Gott-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/187
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

11) Gottfried von Logaw und Altendorff.

12) Leuin Friedrich von der Schulenburg, *Eques Miſnicus.*

13) Theodor. Henricus ab Eynen, *Delmenhorſt.*

Sub hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE THEOL. pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio IO. GEORG. NEVMANNI, *Th. D. et P. P.*

M. CHRISTIANVS GOTTHELF BLVMBERG, *Obhuſa-Thur. Radeberg. Eccl. Paſt. Primar. et Ephor. Dreſd. Adi.*

de Iuſtificatione,

2) ſub praeſidio CASPARI LOESCHERI, *Th. D. et P. P. Conſiſt. Eccleſ. Aſſeſſ. et Superint. Gen.*

M. GEORGIVS CHRISTIANVS EILMAR, *Molhuſinus, Superintend. Heldrung. et Wendelſtein.*

Conſenſum Orthodoxum in Loco de Chriſto aſſerens.

II Decano, D. IOHANNE DEVTSCHMANNO, *Prof. Prim. et Fac. Sen. cet.*

Promotore, D. GEORGIO NEVMANNO, *P. P. et Elect. Alumnor. Eph. cet.*

Octo Licentiati honores Doctorales ſolenniter conſecuti ſunt.

III IN FACVLTATE IVRIDICA

duo Licentiati ſolenniter creati ſunt Doctores,

Decano, D. GODOFR. SVEVO, *P. P. Cur. Elect. cet. Aſſeſſ.*

Promotore, D. HEINRICO BERGERO, *ICto, Regio Conſil. cet.*

IV. Fac. Phil. Dec. GOTTLIEB WERNSDORFIVS, *Fac. Phil. Adi.*

XXXVI Candidatis ſummos in Phil. honores contulit.

RECTO.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/188
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE

IOHANNE DEVTSCHMANNO, Th. D. et Prof. Prim. Fac. ſuae Sen. Templi ad Arcem Praepoſ. et Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ C XCVIII d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CLXIX

inter quos,

1) Iohann Dietrich von Miltitz, *Eq. Miſ.*
2) Otto Guſtau Meck, *Eq. Liu.*
3) Io. Eberhard von Exter, *Med. Lic. et Archiat. Princip. Anhalt.*
4) Adolph Iſaac von Rackel, *Sora Luſ.*
5) Ernſt Fridrich von Schönermarck.
6) Io. Franciſc. Anton. de Praſter, *Nob. Auſtriac.*

Sub hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio D. CASPARI LOESCHERI, *P. P. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. Superint. Gen. et h. t. Decani,*

M. VALENTINVS FRNESTVS LÖSCHERVS, *Sondershuſ. Fac. Phil. hact. Adi. nunc deſignatus Superint. Iutrob.*

Conſenſum orthodoxum in Loco de Chriſto demonſtrans,

2) ſub praeſidio D. PHILIPPI LVDOVICI HANNEKENII, *P. P. et Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ.*

M. IO. IOACHIM THOENNEKER, *Paſt. Luſcau. et Ephor. Coldic. Adi.*

Beatitudinem paradoxam fidelium Chriſtianor. quod attinet paupertatem Spiritus, proponens,

3) ſub EIVSDEM praeſidio

THEODORVS DASSOVIVS, *hact. LL. OO. Prof. P. nunc Paſt. Prim. SS. Th. OO. LL. P. Prof. Ord. in Acad. Kilon. deſignatus,*

de ſublimitate uariae unionis in myſterio SS. Coenae,

II IN FACVLTATE MEDICA

1) sub praesidio D. CHRISTIANI VATERI, *P. P. Phys. Prouinc. et h. t. Dec.*

MARTINVS FRANCISCI, *Muscau - Lus.*

de Vertigine,

2) sub praesidio D. PAVLI GOTTFRIED SPERLINGII, *Anat. et Botan. P. P.*

M. BALTHASAR SIBERVS, *Burckersdorf. Misn.*

de Dissenteria,

3) sub praesidio D. IO. GODOFREDI BERGERI, *Ord. Med. Sen. et Prof. Prim.*

M. GODOFREDVS ROTHE, *Lauba - Lus.*

de Lienteria,

4) sub EIVSDEM praesidio HENRICVS AVGVSTVS IACOBI, *Dresd. Misn.*

de Fluxione Ventris chylosa,

III Prodecano, IO. GODOFREDO BERGERO *Therapeut. P. Prim. Sen. et h. t. Procancellario*,

Promotore, CHRISTIANO VATERO, *P. P.* XII Medic. Licentiati solenniter creati et renunciati sunt.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decanus, CHRISTIAN. ROEHRENSEE, *Phil. Pract. P. P. et Alumnor. Ephor.* LXXVI Magistros creauit.

V Praeterea pax inter Imperatorem Rom. Polonos, Venetos, Moschos, et Imperator. Turc. Carolouitii, in confiniis Hung. facta, et, die XXVI Febr. styli noui, Salankemenii, cum utriusque partium plausu et solitis ceremoniis, praesentibus Dominor. Arbitrorum Legatis, confirmatio secuta, ac denique suum utrique partium redditum est,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/190 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

VI Die XXIII Martii Dn. MARTINVS KNORRIVS, *Mathem. Inf P. P.* Lipsiae mortuus, ibidemque sepultus, est.

VII Die XXX April. Dn. Lic. THEODORVS DASSOVIVS, *OO. LL. P. P. iam designatus Theol. Prof. et LL. OO. Acad. Kilon. in Albi flumine profectus est.*

RECTORE

CASP. HEINRICO HORNIO, Pandect. P. P. Cur. Prouinc. Scab. et Iurid. Fac. nec non Iudicii Prouinc. in Lus. Inf. Assess.

CIↃ IↃ C XCIX Kal. Mai. inscripti sunt CCXL

inter quos,

1) Io. Wilhelmus a Carben, *Moeno Francof.*

2) Aug. Philippus a Mergenthal, *Nob. Misn.*

3) Io. Heinricus a Bobartt. *Sedin. Pom.*

4) Christian Friedlieb von Oppel, *Eq. Misn.*

5) Heinrich von Bünau, *Eq. Misn. post. Cancell. et Minister Status Int. Reg. Polon. et El. Sax.*

6) Io. Balthasar Wernher, *Rotenb. Franc. Mathem. Infer. P. P. design. tandem Consil. Imperial. Aulicus.*

7) Dietrich Leberecht de Bodenhausen, *Eq. Sax.*

8) CAROLVS ERNESTVS, L. B. *de* SCHWAN.

9) Wolfgangus Bernhardus de Tschirnhaus, *Eq. Sil.*

10) Rudolphus Augustinus von Lüttichau, *Eq. Misn.*

11) Friedrich Strunz, Marienberg. *Misn. post in hac Acad. Poes. P. P.*

12) Augustinus Leiserus, *post in hac Acad. P. P. et Fac Iurid. Ord.*

13) Bogislaus Heinrich von Krakewitz, *Eq. Rug.*

14) Io. Gebhardus de Miltitz, *Eq. Misn.*

15) Carolus Cameen, *Nob. Suecus.*

16) Io. Christoph. de Ponickau, *Eq. Misn.*

Sub

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/191 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sub hoc Rectoratu,

I Corpus Academicum, membris duobus orbatum, integritati suae pristinae restitutum est. Namque, iubente Sac. Reg. Mai. locus, qui, abitu Dn. Lic. THEODORI DASSOVII, LL. OO. Prof. Publ. celeber. ad Kilonienses, uacabat, occupatus est a Dn. IO. CHRISTOPH. WICHMANNSHAVSEN, Prof. Poes. die XV Iulii. Quo eodem die in Ordinem Professorium receptus, et Dn. MARTINO KNORRIO, Math. Infer. P. P. excellentis. XXIII Mart. Lipsiae, omnium bonorum maximo cum moerore ac dolore, defuncto, suffectus Dn. M. IO BALTHASAR WERNHERVS, Rotenb. Franc. Orationem inauguralem habuit XVI die eiusd. Mens. Poseos uero Professio a Rege potentissimo demandata est Dn. M. IO. GVIL. BERGERO, Hala-Sax. qui IIdo die Septembr. in Ordinem Professorum receptus, d. XIIX eiusdem mensis solenni Oratione hoc munus auspicatus est.

II pro Licentia disputarunt,

(1) IN FACVLTATE IVRIDICA

a) sub praesidio D. CASP. HENRICI HORNII, *Pand. P. P. h. t. Rectoris*,

IO. FRIEDLIEB HOEPFNERVS, *Offitiens-Misn.*

de causa petendi in Libello,

b) sub praesidio GODOFREDI STRAVSSII, *Facult. Iurid. Ordin. cet.*

CHRISTIANVS HENRICVS SCHVBARTVS, *Dresdens.*

de Transmutatione poenae dictatae in aliam.

(2) IN FACVLTATE MEDICA

a) sub praesidio D. PAVLI GOTTFRIED SPERLINGII, *Anatom. et Botan. P P. h. t. Decani*,

SIGIS-

SIGISMVNDVS ADAMVS HEYDERVS, *Sagan. Sil.*
de Cholera,

b) ſub EIVSDEM praeſidio,
AVGVSTVS FRIDER. HEVNISCH, *Coburg. Franc.*
de Fame Canina,

c) ſub praeſidio D. CHRISTIANI VATERI, *P. P. cet.*
IO. GEORGIVS HVGO, *Corbacenſ. Waldeccius,*
de Affectibus ſoporoſis,

d) ſub EIVSDEM praeſidio,
IO. CHRISTOPHORVS SCHÜTZE, *Budiſſa-Luſatus,*
de Cerebri commotione.

III IN FACVLTATE IVRIDICA
Promotore D. IO. HENRICO BERGERO, *ICto, cet.*
quatuor Iuris Doctores creati et renunciati ſunt ſolemniter.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decanus, CONRADVS SAM. SCHVRTZFLEISCHIVS
XXXI creauit Magiſtros.

RECTORE
IO. GODOFREDO BERGERO, Therapeut. Prof. Prim. Sen. et Dec.

CIↃ IↃ C XCIX d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXV
inter quos,

1) Rudolphus von Oppenbuſch, *Hamburgenſis.*
2) Io. Henricus de Karas, *Eq. Luſ.*
3) Albrecht Friedr. von Syborg, *Gyſſf. Magd.*
4) Wolfgang Wieprecht Brand von Lindau, *Eq. Brandenb.*

Hoc Rectoratu

I pro Licentia disputarunt,

1) IN FACVLTATE THEOLOGICA

a) sub praesidio IO. GEORGII NEVMANNI, *D P.P. Regio-Elect. Alumn. Ephori, Acad. Biblioth. h.t. Decan.*

M. GOTTLIEB WERNSDORFIVS, *Theol. Prof. Extraord. et Fac. Phil. Adiunctus*,

de Nexu et Discrimine donorum gratiae,

b) sub praesidio D. IO. DEVTSCHMANNI, *P. Pr. Sen. cet.*

IOHANNES STEINMETZ, *Eccl. Langwisan. in Thur. Past.*

de Peccato Originali ex primitiua eius sede, *Gen. III*,

c) sub praesidio IO. GEORGII NEVMANNI, *P. P. cet.*

M. GEORGIVS SIGISMVNDVS GREENIVS, *Wittenb. Eccl. Luccau. in Lus. Inf. Archidiac.*

de Termino salutis humanae peremtorio,

d) sub praesidio D. IOHANNIS DEVTSCHMANNI, *Prof. Prim. cet.*

IO. BAPTISTA ROESCHELIVS, *Phys. P. P.*

de eminentissima Harmonia harmoniarum in Iehoua Elohim, cum primis quoad harmoniam suauissimam creantis benedictionis et benedicentis creationis.

2) IN FACVLTATE MEDICA

a) sub praesidio D. IO. GODOFREDI BERGERI, *h. t. Rectoris*,

CHRISTIANVS GOTTLOB RITZ, *Budissa-Lus.*

de haemorrhoidibus ultra modum profusis et coecis,

b) sub praesidio D. PAVLI GOTTFRIED SPERLING, *Anat. et Botan. P. P.*

M. IO. HENRICVS HEVCHERVS, *Vindobonensis*,

de Morbis ex nimio Veneris usu oriendis,

c) sub eiusdem praesidio, IO. CHRISTIANVS BOTHIVS, *Kemb. Saxo*,

de Vermibus in primis uiis,

d) sub

d) ſub praeſidio D. CHRISTIANI VATERI, *P. P. cet.*
IACOBVS FRIDERICVS HELWIG, *Stetino-Pom.*
de Venenis eorumque Antidotis,

e) ſub eiuſdem praeſidio, M. GEORGIVS CHRISTOPH. LIBITSCH, *Domit. Miſn.*
de ulcere cancroſo,

f) ſub praeſidio IPSIVS RECTORIS,
IO. CHRISTIANVS STISSER, *Wendelſtein-Saxo,*
de Tympanite,

g) ſub eiuſdem praeſidio, M. ADAMVS BRENDELIVS, *Curia-Variſc.*
de Rabie contagioſa.

II IN FACVLTATE THEOLOGICA
Decano et Procancellario, D. IO. GEORGIO NEVMANNO, *P. P. cet.*
Promotor IOHANNES DEVTSCHMANNVS, *P. Prim. et Sen. cet.*
quinque Licentiatis ſummos honores Doctorales contulit.

III IN FACVLTATE MEDICA
Procancellario, CHRISTIANO VATER, *Pathol. Prof. Publ. cet.*
Promotor PAVL. GOTTFRIED SPERLING, nouem Doctores creauit.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. BAPTISTA ROESCHEL, *Th. D. et Phyſ. P. P.*
XLVI Magiſtros creauit.

V Praeterea Th. Prof. Extraord. conſtitutus eſt M. GOTTLIEB WERNSDORFFIVS, Schoenewald Saxo, receptuſque in conſeſſu publico d. 1 Nouembr. itemque in ſuperiori, menſe Martio GEORGIVS GVIL. KIRCHMAIERVS, *Eloq. Prof. Extraord.*

RECTORE
IO. BAPTISTA ROESCHELIO, Th. D. et Phyſ. P. P.

CIↃ IↃ CC Kal. Mai. inſcripti ſunt CCI

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/195
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

inter quos,

1) Aug. a Seth, *Nortleda Hadlenſ.*
2) Sigismundus Frider. de Gladis, *Eq. Sil.*
3) Io. Fridrich de Ponickau, *Eq. Miſn.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

a) ſub praeſidio D. CASP. LOESCHERI, *P. P. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et Sup. Gen.*

M. CAROLVS ANDREAS REDELIVS, *Superint. Pegau.*

de Arbore ſcientiae boni et mali, ſanctitatis et bonitatis diuino ſymbolo,

b) ſub praeſidio D. PHIL. LVDOV. HANNEKENII, *P. P. et Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ.*

M. DAVID ANDREAS TEVERLEIN, *Altenb. Miſn. Eccleſ. Calou. in Luſat. Inſer. Paſtor. Primar.*

de ductu ueritatis ad declarandam inceſſantem diuinae gratiae inuitationem, dum in uia peccator eſt, reſpiratque.

c) ſub praeſidio D. IO. GEORGII NEVMANNI, *P. P. Alumnor. Ephori,*

M. IOHANNES AVENARIVS, *SS. Theol. Baccal. et Superint. Plauienſis,*

II IN FACVLTATE IVRIDICA

ſub praeſidio D. GEORGII MICHAEL HEBERI, *P. P. Cur. Elect. Scab. et Fac. Iurid. Aſſeſſ.*

GOTTLOB LEISTENIVS, *Weiſenfels - Miſn.*

de eo, quod intereſt inter actionem ipſo iure nullam, et ope exceptionis elidendam,

III IN FACVLTATE MEDICA

1) ſub praeſidio D. CHRISTIANI VATERI, *Pathol. Prof. Publ. Phyſ. Prouinc. nec non Acad. Nat. Curioſor. Collegae,*

IO. CHRISTOPHORVS MINNER, *Moeno - Francof.*

de Pulmonum uomica,

2) ſub praeſidio D. PAVLI GODOFR. SPERLINGII, *Anat. et Botan. P. P. et Princip. Anhalt. Serueſt. Archiatri,*

GEOR-

GEORGIVS HENRICVS LIEBE, *Freyberg. Phyſ. Prouinc. et Medic. Epiſcop. Ordin.*

de Vomitu ſimplici.

IV Die XXVII Septembr. h. GEORGIVS CASPAR. KIRCHMAIERVS, *Eloq. P. P. et totius Acad. Senior*,

ex hac mortalitate diſceſſit.

RECTORE
LVDOVICO PHILIPPO HANNEKENIO, P. P.
Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ.

CIↃ IↃ CC, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CLXVII

inter quos,

1) Io. Chriſtophorus von Bergen, *Glükſtad.*
2) Caſpar Dietrich von Schönberg, *Eq. Miſn.*
3) Chriſtoph. Henricus a Globig, *Eq. Sax.*
4) Io. Erich Hannemann, *I. V. D.*

Sub hoc Rectoratu,

pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

ſub praeſidio D. IO. HENRICI BERGERI, *ICti, P. P. et Conſil. Reg. cet.*

IO. BALTHASAR WERNHER, *Mathem. Inſer. P. P.*

de Praeſcriptionibus,

II IN FACVLTATE MEDICA

ſub praeſidio D. IO. GODOFREDI BERGERI, *P. Prim. et Sen.*

NATHANAEL HEER, *Gorlicenſ. Luſ.*

de difficultate reſpirandi,

III Prodecano, D. IOHANNE DEVTSCHMANNO, *Acad. Prof. Prim. et Sen. Templi OO. SS. Praepoſ. et Alumn. Ephoro*,

 Promo-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/197 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Promotor, D. CASPAR LÖESCHERVS, *P. P. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et Superint. Gen.*

quatuor Doctores Theol. ſolenniter renunciauit.

IV D. IX. Febr. Ordinariis Profeſſoribus, more maiorum, adſcriptus eſt GEORGIVS GVILIELMVS KIRCHMAIERVS cui docendae Graecae Linguae prouincia, quam CONRADVS SAM. SCHVRTZFLEISCHIVS cum Eloqu. munere commutauit, demandata.

RECTORE

D. GODOFREDO STRAVSS, ICt. Decretal. P. P. Potent. Reg. Pol. et Elect. Sax. in Supremo Appellat. Iudicio, ac Princip. Anhalt. Seruieſt. Conſil. Aul. Facult. Iurid. Ordinario ac Sen. Cur. Elect. Conſiſt. et Scabin. Aſſeſſ.

CIↃ IↃ CC I Kal. Maii inſcripti ſunt CLIX

inter quos,

1) Caſpar Otto von Minckwitz, *Equ. Luſ.*
2) Hanns Ernſt von der Lochau, *Nob. Anhalt.*
3) Erdmann von Felden, *Equ. Luſ.*
4) M. Sigiſmundus Richter, *Chemnic. Paſt. Prim. Radeb. et Ephor. Dreſd. Adi.*

Hoc Rectoratu,

pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

ſub praeſidio D. CASPAR LOESCHERI, *P. P. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et Superint. Gen.*

M. SIGISMVNDVS RICHTER, *Paſt. Prim. Radeberg.*

de Homine per mortem a peccatis iuſtificato.

II IN

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/198 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesidio D. CASP. HEINRICI HORNII, *P. P.*
Cur. Elect. Scabin. Fac. Iurid. et Iudicii Prouinc. in Lusat. Inser. Assess.

ERNESTVS FRIDERICVS MEDERVS, *Pirnens.*

de Possessione Vniuersitatis, et quomodo ab ea possideatur,

2) sub praesidio D. GODOFREDI SVEVI, *P. P. Cur. Elect. Scabin. et Iurid. Facult. Assess. et h. t. Decani,*

IOHANNES HENRICVS EXIVS, *Caula Lus.*

de Obseruationibus Forensibus,

3) sub praesidio D. GODOFREDI STRAVSS, *ICti, Facult. Iurid. Sen. et Ordinarii,*

CHRISTOPH. THEODORVS HEINEMANNVS, *Ilenburg. Misn.*

de Praescriptionis tempore circa haereditatis immixtionem et additionem,

4) sub praesidio GEORG. MICHAEL. HEBERI, *P. P.*

MICHAEL THOMASIVS, *Lipsienss,*

de Exceptionibus iudici opponendis,

5) sub praesidio IO. HENRICI BERGERI, *ICti,*

M. CHRISTIANVS GODOFREDVS MÖRLINVS, *Lignitio Sil.*

de Modis declinandi recognitionem et diffessionem Instrumentorum.

III Decano, GODOFREDO SVEVO, *P. P.*

Promotor, CASP. HENRICVS HORNIVS, *ICt. P. P.*

sex I. V. Lic. Doctorales honores solenni ritu contulit.

IV d. XVI Iul. fundauit, Maecenas quondam Acad. nostrae summus, b. HERMAN. de WOLFRAMSDORF Archimareschal. Sax. *Mensam*, quae ab eo nomen habet, et legauit tredecim millia et sexaginta Imper. ex quorum annuis reditibus XII Studiosi sustentantur.

d. III

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/199
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

d. III Oct. legauit M. IEREMIAS DEVTSCHMANN, Archidiac. Ciuitat. huius trecentos florenos, ex cuius reditibus annuis unus ex eius familia in Conuict. Reg. sustentatur.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. GEORG. FRIDER. SCROEERVS, *Log. et Metaphys. P. P.*

XXXVII Candidatos Phil. gradu Magisterii ornauit.

RECTORE

CHRISTIANO VATERO, Med. D. Pathol. P. P. Phys. Prouinc. Saxon. et Collegii Curiosorum Germanor. Collega,

CIↃ IↃ CCI, d. 18 Octobr. inscripti sunt CII

inter quos,

1) Nicolaus Priugyei, *Nob. Pannon.*
2) Haubold Ehrenreich von Miltiz, *Eq. Misn.*
3) Abraham Vater, *post Med. D. et P. P. Witteb. et Facult. suae Sen.*
4) Io. David von der Burg, *Weissensels.*
5) Hans Dietrich von Schaurath, *Eq. Mis.*
6) Alexander Christoph. von Hoym, *Eq. Misn.*

Hoc Rectoratu,

I e Patrum Academicorum numero Dn. GEORGIVS MICHAEL HEBERVS, *I. V. D. Cod. Prof. Publ. cet.* decessit. d. IV. Februar. et d. XII eiusdem sepultus est.

II IN FACVLTATE THEOLOGICA

pro Licentia disputarunt,

1) sub praesidio D. PHILIP. LVDOV. HANNEKENII, *P. P.*

M. IO. ANDREAS SCHROEN, *Isenac. Superint. Heldrung.*

Specimen examinandi Theologiam Remonstrant. defendit,

2) sub praesidio IO. DEVTSCHMANNI, *P. Prim. Acad. Sen.*

M. ANDREAS KVNADVS, *Past. ad aedem S. Trin. Seruest.*

de primis Paradysi Iubilaeis,

3) sub

3) sub praesidio D. CASPARI LOESCHERI, *P. P.*
Consist. Assess. et Superint. Gen.
M. IO. CASPAR HAFFERVNG, *Craia-Thur. Eccl.*
Greussen. Past.
de nomine Regenerationis, eiusque usu et abusu.

III IN FACVLTATE IVRIDICA
pro Licentia disputarunt,
1) sub praesidio D. GODOFREDI SVEVI, *IC.*
IACOBVS TILEMANNVS, *Consist. Eccl. Witteb. Protonot.*
de Edicto diui Marci,
2) sub praesidio D. CASPARI HORNII, *ICti,*
CHRISTIANVS TEMMICH, *Belgera-Misn. Consist. Eccl.*
Witteb. Aduoc. Ordin.

IV IN FACVLTATE MEDICA
pro Licentia disputarunt,
1) sub praesidio CHRISTIANI VATERI, *h. t. Rectoris, cet.*
DANIEL PRAETORIVS, *Budissa-Lus.*
de Catarrhis,
2) sub praesidio PAVLI GOTTFRIEDI SPERLINGII,
Anat. et Botan. P. P. Archiat. Anhalt. Servest.
IO. CHRISTIANVS MAVL, *Dresdens.*
de Salacitatis Natura et Cura.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. D. IO. BALTHASAR WERNHERVS,
Mathem. P. P.
XLII Candidatis Magisterii Gradum contulit.

VI Kal. Maias ante mutationem Rectoratus, IO. BALTHAS. WERNHERVS in locum b. defuncti Dn. D. HEBERI receptus est.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/201
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

VII Annotanda hic est gratiae et clementiae illius felicitas, quam Indulgentissimus Pater patriae, *FRIDERICVS AVGVSTVS*, Rex Polon. et Elector Sax. hanc in Academiam contulit, cum Serenissimum *FILIVM* suum ac Principem haeredem, *FRIDERICVM AVGVSTVM*, Rectorem daret Magnificentissimum huic Academiae, quem abiturus hic Rector Magnificus, CHRISTIANVS VATERVS, solennissime in templo ad Arcem Academico proclamauit, renunciauit, eiusque regimen Prorectori, IO. CHRISTOPHORO WICHMANNSHAVSEN, demandauit.

PRORECTORE
IO. CHRISTOPHORO WICHMANNSHAVSEN, OO. LL. P. P.

CIↃ IↃ CC II Kal. Mai. inscripti sunt CCCVII

inter quos

1) Matthias Wilhelmus von Thienen, *Nob. Mecklenb.*
2) Sigismundus Gottlob a Löben, *Eq. Lus.*
3) Io. Stephanus de Millenau, *Rotenb. e Francon.*
4) George Wilhelm de Schwertner, *Regiomont. Pruss.*
5) George Rudolph von Posern, *Eq. Misn.*
6) Christian Wilhelm von Dürfeldt, *Eq. Misn.*
7) Iochim Heinrich von Dürfeldt, *Eq. Misn.*

Sub hoc Rectoratu,

I Kalendis Maii, ante mutationem Rectoratus, Dn. ANDREAS PLANERVS, *Facult. Phil. Adi.* in Professione Mathem. Infer. Dno. D. IO. BALTHASARI WERNHERO successit.

II IN FACVLTATE THEOLOGICA

pro Licentia disputauit,

sub praesidio D. IO. GEORGII NEVMANNI, *P. P. Elect. Alumnor. Ephori,*

M. FLO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/202
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

M. FLORIANVS KLEPPERBEIN, *Conſil. Eccl. Serueſta-Anhalt. Ieueranar. Eccleſiarum Superintend.*

de peccato ſub ſpe ueniae commiſſo ex Epiſt. ad Rom. VI.

III IN FACVLTATE IVRIDICA

pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio GODOFREDI STRAVSS, *ICt. Conſil. Reg.*

GOTTLIEB BENIAMIN FVHRMANN, *Dreſd. in patria Aduocatus*,

de Reuocatione Procuratoris tacita,

2) ſub praeſidio CASPARIS HORNII, *ICti*,

IO. ELIAS TREIBER, *Arnſtad. Thur.*

de praerogatiua morum Germaniae in concurſu cum LL. receptis,

3) ſub praeſidio IO. HENRICI BERGERI, *IC.*

GEORGIVS LVDOVICVS THIELO, *Lubena-Luſatus*,

de Gradu legitime tribuendo,

4) ſub eiusdem praeſidio IO. GEORGIVS KRAVS, *Weſtheimenſ. Franc.*

Quousque Actori Reoue in Foro Saxon. Electorali liceat deferre Iusiurandum.

IV IN FACVLTATE MEDICA

pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio D. IO. GODOFREDI BERGERI, *Reg. Archiatri, et P. P.*

DAVIDES RICHTERVS, *Zittauia-Luſatus*,

de Natura morborum Medico,

2) sub praesidio D. CHRISTIANI VATERI, *P. P.*
M. MICHAEL HAENDSCHKY, *Sora. Lusat.*
de Melancholia,

3) sub praesidio PAVLI GOTTFRIED SPERLINGII,
Anatom. et Botan. P. P. nec non Princip. Anhalt. Servest. Archiatri,
IOHANNES HYNITSCH, *Zittauia-Lus.*
de plica Polonica,

4) sub eiusdem praesidio GOTTLOB EHRENFRIED CAMPE,
Plessnens. Sil.
de Empiemate,

5) sub praesidio CHRISTIANI VATERI, *Phil. et Med. D. P.P. Phys. Prouinc. Sax. et Acad. Natur. Curios. Collegae,*
GODOFREDVS WEBER, *Cothena-Anhalt.*
de Mola,

6) sub eiusdem praesidio IO. IGNATIVS GOTTFRIED VLRICH, *Herbipolensis,*
de Haemophysi,

7) sub praesidio PAVLI GOTTFRIED SPERLINGII,
P. P. cet.
DOROTHEVS AVGVSTVS FINDEKELLER, *Witteberg.*
de Pleuritide,

8) sub praesidio IO. GODOFREDI BERGERI, *Prof. Prim. cet.*
IO. GODOFREDVS LANGIVS, *Hung.*
de Filo Medicinali,

9) sub eiusdem praesidio IVSTVS VICTOR SIEBERVS,
Scandanauia-Miss.
de Medico Naturae Adiutore.

V Cum d. XIIX Octobr. Academiae Witteberg. natalis illuxisset secularis, magnifice et splendide ille celebratus, eiusque initium sub hoc

hoc Prorectoratu factum est. Nam, IIX *Eid. Augusti*, auctoritate Rectoris Magnificentissimi, *FRIDERICI AVGVSTI*, tum Principis Regii et Electoratus Sax. Haeredis, nunc *REGIS* Polon. et *ELECTORIS* Sax. Potentissimus, *QVEM* DEVS totamque STIRPEM REGIAM seruet, hic dies festus et Iobelaeus solennissime celebrandus, publico Programmate indicebatur, atque XVI Kal. Nouembr. siue die XVII Octobr. D. CASPAR LOESCHERVS, *Theol. Prof. P. et Superintend. Gen.* orationem sacram, in Ps. LXIIX, 17, qua animos praeparabat, in Templo Parochiali habebat. Orationem autem Iobelaeam ipsam, die XIIX Octobr. in aede sacra ad Arcem, ex D. LVTHERI Cathedra, habuit IO. GEORGIVS NEVMANNVS, *Theol D. et Prof. P. Alumnor. Ephor. et Acad. Bibliothecarius* in Ies. II, 2, 3, et Mich. IV, 1, 2. Qua finita idem ipse NEVMANNVS, a Prorectore WICHMANNSHAVSEN renunciabatur et proclamabatur Prorector Magnificus, sub cuius Prorectoratu solennitates Iobelaeae coeptae ad finem sunt perductae. Vid. quae ad eius Prorectoratum sunt notata. Programma autem et Orationes sacrae Iobelaeae b. LOESCHERI et b. NEVMANNI, legi possunt, si lubet, *in Actis secular. sacri. Academ. Witteb. pag. 28 -- 64.*

PRORECTORE

IO. GEORGIO NEVMANNO, S.S. Theol. D et P.P. Electoral. Alumnor. Ephoro et Acad. Bibliothecario,

CIↃ IↃ CC II d. 18 Octobr. inscripti sunt CX

inter quos

1) Io. Georgius Magnus von Leipzig, *Nob. March.*

2) Wolfg. Siegmund Gottlob von Klüp, *Eq. Lus.*

3) Christoph. Frider. de Plöz, *Eq. Miss.*

Sub hoc Prorectoratu

Solennitates Iobelaeae, ob natalem Academiae, superiori Prorectoratu coeptae, sunt continuatae et feliciter ad finem perductae.

Siquidem

I CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS, in aede Arcis, ipso die natali seculari, et eo tempore, quo D. IO. GEORGIO NEVMANNO fasces Academicae erant traditae, orationem solennem dixit, quam exhibent *Acta Secular. cit. pag. 74, seqq.*

II IN FACVLTATE THEOLOGICA
Procancellario et Prodecano, CASPAR LOESCHERO, *Theol. D. P. P. Consist. Eccl. Assess. et Superint. Gen.*
Promotor, PHILIPPVS LVDOVICVS HANNEKENIVS, *Theol. D. P. P. et Consist. Eccl. Assessor,*
d. XIX Octobr. VII Doctores Theologiae creauit,

III IN FACVLTATE IVRIDICA
eodem XIX Octobr.
Dec. et Procancell. D. IO. HENR. BERGERO, *ICto,*
Promotor, D. GODOFREDVS SVEVVS, *ICtus,*
creauit IX Doctores Iuris,

IV IN FACVLTATE MEDICA
eodem XIX Octobr.
Dec. et Procanc. D. PAVLO GODOFR. SPERLINGIO, *P. P.*
Promotor, D. IO. GODOFREDVS BERGERVS, *P. Prim.*
creauit XVII Doctores Medicinae.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
die XX Octobr.
IO. GVILIELMVS BERGERVS, *Poes. Prof. P. et Dec.* habuit Panegyricum secularem in Oratione ligata, uid. *Acta cit. p. 112, seqq.* et simul CII Magistros, loco IO. ANDREAE PLANERI, qui, superioris semestris Decanus, Candidatos conscripserat, publice renunciauit. *) Copiosius haec omnia in

*) More institutoque maiorum Candidatos CII IO. ANDREAS PLANERVS, die XVII Octobr. renunciare debuisset, uid. eius *Programma,* quod

in *Actis* commemoratis sunt exposita. Quia uero haec Acta non cuiuis adire licet, solennitates huius Iobelaei, ipsis uerbis, quae in illis leguntur, describere nobis liceat.

Annus agebatur supra millesimum, septingentesimum, secundus, cum Academia Vitembergensis, pietatis suae memor, auspicii renouaret memoriam, et secundum originis suae seculum celebraret. Quod accidit, et festo ritu peractum est XV Kalend. Nouembris, qui dies, ab *Lucae* nomine dictus, et celebrando Academiae seculari est consecratus, cum ut DEO immortali solennes pro tot tantisque beneficiis gratiae agerentur, tum ut Saxonum, qui constituerunt et conseruarunt hanc studiorum sedem, merita publice collaudarentur, grataeque posteritati transmitterentur. Idcirco consultationes in frequenti Patrum senatu habitae, et eo institutae, sunt, ut omnia ex dignitate ordinis fierent, solenniaque pompae decus literarum seruarent. Quae res Patres permouit, ut de hoc instituto ad purpuratos Aulae referrent, eorumque sententiam in Consilio sanctiore et ecclesiastico perquirendam existimarent, ab his cognita et approbata, Patribus fiduciam attulit petendi ab Rege Poloniae et Electore Saxoniae munificentissimo, ut, sumtuum erogandorum causa, regiae liberalitatis fontes aperiret, et glorioſissima maiorum, eorumque Statorum et Nutritorum Academiae, exempla imitaretur. Quo autem maiori cuncta splendore, et literarum incremento, apparari possent, Regi indulgentissimo uisum est, ut Academiae, submisse roganti, Filium regali dignitate unicum, caput praesidemque imponeret, non aduersari precibus, sed augere literarum gloriam, et coetum honore tanti cohonestare Principis, quo nullus in Saxonia maior, nullus in dignitatis fastigio altior, excelsiorque esset. Cum

---

quod extat *in Actis, pag. 110, seq.* sed quia Promotio haec in XX Octobr. prorogata erat, quo tempore b. BERGERVS Decanatus perfungebatur munere, isque b. PLANERO cedere nolebat renunciationem, hic illi et renunciationem et lucrum, ultra centum Ioachimicos, cedere coactus fuit.

Cum Rex Academiae petitioni annuisset, et, XVII Kalend. Mai. datis Varsauia literis ad Senatum Sanctiorem, rescripsisset, et eam Regis uoluntatem Senatus summa auctoritate Ecclesiasticus, VI Kal. Maii, Academiae significasset, haec, pro sua in Regem fide et religione obsequii, singulare illud beneficium, indulgentiam, et munificentiam imcomparabilem grata piaque mente agnouit, et, pro eo ac par erat, praedicauit.

Posthaec Sereniſſimo iuuentutis Principi, et dignitatis EL. Heredi, summum Academiae regimen, maxima animi submissione delatum, et superiori die festo, qui in pridie Kal. Maii inciderat, tabulis publicis in foribus templi affixis, omnibus ac singulis ciuibus, ac literarum cultoribus denunciatum, et rite promulgatum, est, sic, ut cuncta ad inaugurationis solennia, Kalendis Maii instituenda, sine exceptione parata expeditaque forent.

Pridie Kalendas Maias D. CASPAR LOESCHERVS, sacrorum Antistes, in cogitationem regalis beneficii ingressus, pro concione exposuit, et religiose declarauit, quid, et quantum, DEO Regique Academia referret acceptum, quod Regis Filio, gentis suae Principi, regenda committeretur. Placato sacris Numine, Rector Academiae, CHRISTIANVS VATERVS, Doctor medicus, priusquam magistratu abiret, per ministros suae quemque domi appellare iussos, inuitauit Patres Academiae, et omnes docendi consuetudine coniunctos, sapientumque Collegio adscriptos, inprimis autem illustri loco natos Barones liberos, et publica auctoritate constitutos Assessores, ac Professores extra ordinem creatos, Doctores, et dignitatis eius capessendae facultatem rite adeptos, praeterea regiorum principaliumque munerum, cum ampliſſima dignitate, curatores, tum consules et senatoriae dignitatis socios, deinde sacri ordinis Viros et sacerdotes, cum his denique scholae oppidanae praeceptores et paedagogos, ut postero die, quem Kalendae Maii signabant, mane, hora nona, in maiore D. Friderici collegio frequentes, officiique memores, conuenirent. Ciues literati iam ante erant admoniti, tabulis eam ad rem publico nomine scriptis,

ſcriptis et promulgatis, ut eodem tempore adeſſent, areamque Collegii, unde exeundum eſſet, rebus apte compoſitis, frequentarent.

Ipſis autem, quas diximus, Kalendis Maii, quibus inaugurationes Rectorum Academiae, more maiorum, fiunt, ab hora quinta matutina ad ſextam, ex turribus templi oppidani canebant, litui, buccinae, et tubae tympanaque ſonabant.

Ab hora ſexta ad ſeptimam, in utroque templo, Academico et oppidano, ſignum eſt omni aere Campano datum.

Hora circiter octaua Profeſſores ad unum omnes in aedibus Rectoris Academiae, D. VATERI, ſe congregarunt.

Hora fere nona reliqui inuitati, in Auditorio maiori, ad ſocietatem pompae, alii poſt alios, comparuerunt, at ſtudioſi Iuuenes in area Collegii Fridericiani, iuſto ordine, conſtiterunt.

Hora prope decima Rector Academiae et Profeſſores, in Auditorium ingreſſi, inter concentus Muſicos aliquamdiu ſe tenuerunt.

Inde Patres, cum nullo ordine alio permixti, proceſſerunt ad Templum Arcis, aſcitis in ſocietatem comitatus ſui uiris, qui, Academiae fide coniuncti, a commentariis ſunt et a curatione aerarii, in quod facultates fructusque praediorum inferuntur. Praeibant Muſici, quos e ueſtigio ſecuti ſunt duo Academiae miniſtri tunicis induti coccineis, qui ſceptra duo argentea praeferebant.

Hos totidem Academiae miniſtri, eodem habitu et cultu, totidemque ſceptris, ſubſequebantur, poſt quos praedicti ſupra, et inuitati hoſpites, frequenti numero, incedebant.

Poſtea chorus Muſicorum cum tubis et tympanis aderat, quem ſtudioſi Iuuenes, pro dimidia parte, frequenti et decoro ordine, quaterni poſt quaternos, excipiebant. His ductores additi res ceremoniasque inter ſuos usque quaque moderabantur.

Mox alia Muſicorum turba ſuperueniebat, et tibiis Gallicis canebat, quam reliqui ciues Academiae, ſuo quisque ordine, ſubſequebantur. Ita uero agmen uniuerſum ex Collegio Fridericiano per regionem urbis, a Collegio dictam, praeter forum, per eam uiam, quae fert ad arcem, in templum Academicum

micum intrabat. Proxime illud in honorem Sereniſſimi Principis, eiusdemque Magnificentiſſimi Rectoris, praeſidium caſtri, ritu et pompa militari, celebritatem illius diei, ſonantibus tympanis tibiisque, augebat.

In templo Arci contiguo, ad dextram, e regione exedrae eius, in qua Rectores Academiae creantur, Rectoris Magnificentiſſimi ſolium, aliquot gradibus ſublatum, holoſerico et filamentis aureis exornatum, conſpiciebatur, in quo, ſub umbella, erat ſedile anſatum, eodem modo coopertum, ante ſolium uero menſula panno rubro, eoque Damaſceno, contecta ſtabat, in qua Academiae ſceptra et reliqua eius inſignia, cum Rector dignitate ſe abdicaret, reponebantur. Quo in loco Praefectus uigiliarum maior, Eques Saxo TAVBENHEIMIVS, qui pro abſente generali uigiliarum Praefecto, Barone ROSA, et pro Tribuno Bironio, Curano Equite, tunc curabat, rogatu Academiae aliquot minorum ordinum ductores, ſubmittebat, qui bipennibus telisque, more caſtrenſi, armati conſiſtebant. In ipſo templi ingreſſu rei diuinae auſpicia a choro ſymphoniacorum pie religioſeque fiebant.

In aedem arcis ubi uentum eſt, aes Campanum pulſari deſiit, mox Rector Academiae et Profeſſores uniuerſi, in choro uerſus aram, ſubſellia ſua quisque occuparunt, alia hoſpitibus in choro aſſignata, ciues ad editiora templi loca ſe contulerunt.

Paruo tempore interiecto, Rector Academiae et ordinarii Profeſſores, ſimul cum Academiae Commentarienſi, et duobus miniſtris, more conſueto, in ſacrarium deſcendebant, et, ſuperiorem electionem rite factam, auſpicato repetebant, ſimiliter atque uicarium adminiſtrandi munus IOANNI CHRISTOPHORO WICHMANNSHAVSIO, Linguarum Orientalium Profeſſori, gerendum confirmabant Interea duo miniſtri ſceptra tenentes apud exedram ſtabant, cantusque ſymphoniacorum non intermittebantur.

His ſolenniter peractis, ſemeſtris hyberni Rector et inſtantis aeſtiui recens creatus Prorector exedram ingreſſi, ſeorſim a Patribus, loco ad eos capiendos delecto, ſtabant, hi autem ad ſuas quisque ſedes reuertebantur. *Vaterus*, antequam depo-

deponeret prouinciam, orationem habuit, instituto huic accommodatam, Regique imprimis, Academiae Nutritori, glorioſam. Inde hymnus cani coeptus, ut, implorato diuini Spiritus auxilio, fauſtum rei huius gerendae, capitisque conſtituendi, initium eſſet. Finito hymni cantu, regali dignitate Princeps, et Saxoniae EL. Heres, *FRIDERICVS AVGVSTVS*, Rector Academiae Wittenbergenſis Magnificentiſſimus, interprete *D. Vatero*, ſolenniſſime renuntiatus eſt publica et ſolenni formula, creandis magiſtratibus recepta. Cumque, hoc Principe et praeſide ordinis ſummo, Academiam nouo coeleſti beneficio auctam et cumulatam, dixiſſet, ſermone ad ciues Academicos conuerſo, eos commonuit grauiter, ut religione obſequii et ſanctitate moris, tanto ſe dignos capite praeſtarent, et doctrina, et exemplo, decus ſtudiorum amplificarent. Quae dum fierent, inſignia Academiae a miniſtris, ſummo demiſſionis argumento, deponebantur.

Perducta ad finem inaugurationis ceremonia, chorus canentium modulatus eſt melos, modis numerisque Teutonicis confectum, ut pietatis aeque ac gratulationis Rectori Principique maximo documentum daret. Aliquanto poſt de ſtatione ſua decedens WICHMANNSHAVSIVM, futuri Prorectorem ſemeſtris, renunciauit, eidemque conſueta magiſtratus inſignia, ſermone Latino uſus, tradidit.

Haec ubi facta atque transacta ſunt, poſt abdicationem Rectoris rite inſtitutam, recens deſignatus Prorector, comitantibus eum doctoribus Theologis, ad aram templi adductus eſt, cum quo illi, flexis ſimul genibus, DEO ſupplices manus tendebant, animosque religionis fiducia erigebant, ut, pro tot tantisque collatis in Academiam beneficiis, Numini aeterno gratias perſoluerent, aliisque ſenſum pietatis, et ueneration em commouerent. Eodem tempore frequentiſſimus in templo coetus concinebat ueterem hymnum, qui Ambroſianus nominatur. Qua in re conſpirabant omnes, et DEI benignitatem uocibus fidibusque collaudabant, et pro ſalute publica Patriae pariter atque Academiae, magna pietatis contentione DEVM precabantur. Mox templum perſonuit uocibus ciuium, ter

nouo Rectori acclamantium. Tandem secularis illa, et memorabilis, magnaque celebritas laetis plaudentium gratulatiotibus concludebatur. Ciues in communi gaudio, praeterquam quod multa exultantium animorum signa dabant, carminum quoque, ingenio, et industria elaboratorum, testimonio, laetitiam comprobare gestiebant, non tantum uniuerse, sed etiam sigillatim Iuuenes nobili loco nati, et publici perinde conuictus alumni.

Cum appropinquaret dies sacro seculari insignis, nomine Rectoris Magnificentissimi, postridie Kalend. Sextileis Anno CIↃ IↃ CC II, scripto, publice edito, omnibus et singulis, cum indigenis, tum alienigenis, institutum Academiae tempestiue significatum est, missumque eius rei causa exemplum ad Academiam Lipsiensem, quo id legendum oculis suorum subiiceret, et uicinitatis arctaeque societatis ergo promulgaret.

Sed, antequam id fieret, Rex Poloniarum et Elector Saxoniae, Regiaque Coniux, et Mater Regis, hoc tali proposito certiores facti, et ad ornandum legationibus panegyrin demisse rogati, aequissimas Academiae preces iudicarunt.

Haud secus perscriptae sunt literae ad Principem Fürstenbergium, quae summis illius, erga Saxoniam, in qua pro Electore curat, beneficiis debebantur.

Praeterea testimonium obseruantiae datum est praecipuis aulae proceribus, collegiis patriae summis, quibus gratum illud acceptumque inuitandi offiicium fuit.

Amplius Academiis in Saxonia, Lipsiensi et Ienensi, idem ille, pro ueteri necessitudine, honor habitus est, literis eo dimissis, Latino sermonis genere conscriptis. Post utrasque inuitati sunt praepositi Sacerdotes Ecclesiarum Kembergensis et Schlibensis, ut pote quae arctiori nexu iunctae, patrocinium Academiae agnoscunt.

Porro ex indigenis ac domesticis, praeter Academiae Professores ordinarios atque extraordinarios, itemque Assessores iure peritos, Doctores, hisque dignitate proximos, et honoris illius consequendi facultatem adeptos, ut et Ascriptos, ac docendi causa in collegium Philosophorum cooptatos, Regii in

toga

toga et bello Administri, Baro Frisius, Praefecti, et Quaestores, Senatusque oppidanus, praecones item et interpretes diuinioris doctrinae, et scholae senatoriae praeceptores inuitati, omnes praesto fuerunt.

Coetui autem literatae iuuentutis per nuncios indicatum est, ut duodecim ex ordine suo delectos, delegatosque mitterent, qui epulo, impensa publica apparato, interessent.

Idem beneuolentiae genus populo ciuitatis declaratum est, data simul, conuiuii causa eligendi et mittendi, quos uellet, potestate.

His ita ex animi sententia constitutis, Idibus Octobris, qui dies erat octauus decimus, post anniuersarium trinae Diuinitatis sacrum, futura secularis Academici solennia sacerdotis uoce promulgabantur, quo omnibus constaret, notumque esset, fore, ut die Martis mane, in templo oppidi, concio, ad praeparandos, solennium causa, animos, haberetur, cui audiendae ut frequentes interessent, omnes ac singuli commonebantur.

Idcirco Professores, eo, quem diximus, die, horam inter septimam et octauam, in domicilio Prorectoris, IO. CHRISTOPH. WICHMANNSHAVSII, nemine excepto, conueniebant.

Hora dimidia octaua coetus omnis haud aliter, atque in diebus festis solennibus, dato in utroque templo aeris Campani signo, ad sacra conuocabatur.

Prorector Academiae et cuncti Professores, exemplo maiorum, uestitu decenti et palliis induti, recta in templum ibant, ubi, post concentus musicos et hymnos, Antistes LOESCHERVS concionem in magna hominum frequentia habuit, ut commonefaceret auditores et institueret, qua animorum pietate sacrum seculare, quod instaret, esset recolendum.

His rebus perfectis, Professores denuo Prorectorem Academiae comitati sunt, domumque deduxerunt, nec multo post consilium de nouo Academiae Prorectore eligendo captum, inclinantibus Patrum animis in IO. GEORGIVM NEVMANNVM, Doctorem Theologum, ut secundum Academiae seculum, more maiorum, auspicaretur.

Illis domum reuerſis, datum eſt quibusdam Profeſſoribus negotium, prouiderent, ut omnia, tam in aede arcis, quam alibi, quae ad proxima Academiae ſolennia attinerent, recte fierent, digneque curarentur. Aliquanto poſt Legati Regis Principisque, ſtatim a primo tempore aduentus, a miſſis duobus Profeſſoribus prolixe accepti ſunt et culti.

Praeter effuſam Regis liberalitatem ſigularis commemoranda eſt clementia, quod annitente, et herum obteſtante, ſummo aulae Pincerna, Comite ECKIO, pretioſiſſimam ſuppellectilem, et aulae a auro intertexta, ad condecorandum arcis templum, ex regia Dreſdenſi ſubmittenda curauerit. Quo factum eſt, ut pulpita, et templi parietes, ac loca etiam ſuperiora, et inferiora, capiendis omnium ordinum hominibus idonea ac praeparata, maxime autem ſubſellia pro Legatis, et Hoſpitibus quoque, ac Profeſſoribus conſtituta, ſummopere exornarentur, ſolium uero regali pompa erectum et adornatum, Rectoris Magnificentiſſimi ſplendorem, inſpectantibus cunctis, inſigni a ceteris diſcrimine, ſeruaret.

Nihilo ſecius, permiſſu indulgentiaque Regis, ſummus inſtrumenti bellici praefectus, Comes Zinzendorffius, machinas bellicas, ex noſtrate armamentario apportandas curauit, negotiumque mandauit Baroni ROSAE, caſtri Wittenbergenſis praefecto, ut eas, intra et extra arcis aream collocatas, honoris et gaudii cauſa exploderet, qui nullum, quoad eius fieri poterat, officium refugiebat, ſimul et praeſidiarios iuxta templum arcis diſponebat, qui aditus cuſtodirent, et curam agerent noui, ac inſtaurati nuper Academiae Collegii, quod ab conditore ſeptemuiro Auguſtum uocatur.

Tandem, DEO iuuante, dies Octobris decimus octauus, idemque fauſti natalis Academiae teſtis, tranquillo coelo, feliciter illuxit, et auſpicandis ſolennibus initium dedit, ſtatim publica gaudii ſignificatio data eſt, cum ex turri aedis Marianae tubae et litui canerent, tympanaue perſtreperent, quod mane quidem alternis uicibus contingit, ab hora inde quarta usque ad quintam, quod inſtitutum eo ualuit, ut DEO, cuius id beneficium eſſet, pro conſeruata literarum ſede, gratiae agerentur,

rentur, dein aes Campanum cieri coepit tribus pulſuum interuallis, quod ut finem habuit, Ciues Academici, in area fani Auguſtiniani, frequenti numero conuenerunt, eodemque tempore Profeſſores, et ordini Philoſophorum adſcripti, ceteriſque Academiae contributi, maxime hi, qui regia et principali auctoritate publicis honoribus hic perfunguntur, poſt eos ordo ſenatorius, tum cuncti ſacris operantes, ad extremum collegae ad ſcholam oppidanam ſtipendio conducti, in auditorio maioris Collegii, quod ab ſapientiſſimo auctore Fridericianum dicitur, tempeſtiue ſunt congregati.

Ad haec, iuſſu generalis uigiliarum praefecti ROSAE, ductuque FOLCKERSHAMII, qui pro tribuno cohortis curat, omne urbis praeſidium, in area iuxta templum arcis, expeditum armatumque conſiſtebat, neque aberant machinarum periti, et armamentarii Urbis miniſtri, duobus locati ordinibus, a templo usque ad portam arcis, cum telis minoribus, binisque funiculis, ad incendendum puluerem ſulphureum, comparatis apte et complicatis.

In foro autem Vrbis duae ciuium cohortes inſtructae, et ſclopis telisque more praeſidii caſtrenſis accinctae, ſtabant.

Per idem tempus caſtri Praefectus de excubiis apud nouum AVGVSTI collegium agendis ſolicitus, centurionis legatum miſit, et ductores quaternos minores, cum ſex et triginta delectis militibus, imperata facturis. Ex his bini ante portam diſpoſiti, totidem ſclopis maioribus armati, ſubter gradus conſiſtere iuſſi, totidem in ſuperiore graduum parte ad cuſtodiam relicti, ſex haſtati ante magni conclauis coenaculique portam collocati.

Hora octaua rurſus pulſatur aes Campanum, uniuerſus comitatus a Collegio FRIDERICI, per regionem Vrbis, cui ab Academiae Collegiis nomen eſt, et inde, praeter forum, per plateam arcis in templum Academicum procedebat, primi ibant ceremoniarum magiſtri, locorumque deſignatores quatuor, inſtructi ad pompam baculis, ab ſumma parte argento incluſis, decoro, et dignitatem decente habitu, nominatim IO. TOBIAS ENGELIVS, *Freiberga-Miſnicus*, ADAMVS HENRICVS DONNERHACKIVS, *Peniga-Miſnicus*, HENRICVS SCHLICHTIN-

TINGIVS, *Hamburgenſis*, CAROLVS ABRAHAMVS NAEVIVS, *Wittenbergenſis Saxo*, uiri inſigniter docti et iuris Candidati. His proximi erant muſici oppidani, lituos buccinasque inflantes. Poſt eos duo miniſtri Academiae, pallia habentes coccinea, fimbriis aureis exornata, Academiae inſignia praeferebant. Modico illos interuallo ſequebatur WICHMANNSHAVSIVS Prorector, pallio indutus holoſerico rubro, auro cumulate intertexto, et pileo conſimili ac pretioſo decoratus, comitante eum LOESCHERO antiſtite, atque hinc ceteri Profeſſores, et, praeter hos, Academiae coniuncti iuſto ordine progrediebantur. Tum duo iterum Academiae miniſtri, habitu eodem, quo priores duo, argentea tenentes ſceptra. Deinde Liber Baro FRISIVS, et iuridici Aſſeſſores, Quaeſtor tractus Saxonici Wittebergenſis, Conſules oppidani, Doctores item, et Doctorum laurea digni, honoreque proximi, regiorum munerum curatores, ſenatorii ordinis uiri, et ſacris fungendis creati diuinioris uerbi praecones, Adſcriptique Philoſophorum ordini, et Vrbis ſcholae moderatores, ſuo quisque loco, ad aedem arcis pergebant. Amplius, quidam nati loco nobili iuuenes, et quidam aetatae et conditione inſignes, cum paleſtrae magiſtro, adaequitabant, alii eorum ordines ducebant, alii latera ſtipabant, alii denique agmen claudebant. Porro tympanotribae duo et ſex tubicines commeabant. Poſt eos dimidia parte literati Ciues, quaterni poſt quaternos incedebant. Ab his proxime ſodalitas tibicinum ritu caſtrenſi canentium et cornicinum conſpiciebatur. Reliqui poſt Ciues, dimidia coetus parte, compoſito ordine ueniebant. Ad extremum duo tympanotribae et ſex tubicines ſubſequebantur.

Iamque in conſpectu fori erant, cum ciues more caſtrenſi, praetereuntes ſalutarent, ſclopisque eleuatis, ſigna uibrarent, et tympana pulſarent.

Neque muneri ſuo defuere praeſidiarii, ac rei balliſtariae, et ad machinas, tormentaque pertinentes, nauiter periti, ante templum arcis per manipulos diſtributi.

Statim atque illi in aedem arcis introibant, Muſicorum cantibus aures permulcebantur, mox aſſignatum quisque locum

cum

cum capiebat, tum incredibilis aduenarum multitudo templum complebat, nec docti solum ex remotis quoque locis profecti aderant, sed magno etiam numero alii, summa et mediocri conditione, homines, sacri praesertim ordinis uiri, uisendorum Academiae solennium cupidi, perplures doctrinae causa quondam hic commorati, omnes certe in suorum parentem studiorum maximoperè proni, et pro salute eius libenter religioseque DEVM, salutis publicae custodem, deprecati.

Post haec aliqui praecipua dignitate hospites, per duos, ceremoniarum causa, missos, perque totidem Academiae ministros, et duo praeterea Academiae Lipsiensis delegati, Doctor Theologus, GOTTLOB FRIDERICVS SEELIGMANNVS, ac Doctor medicus pariter IO. CHRISTIANVS SCHAMBERGERVS, ex hospitiis accersiti, carpentisque uecti, et in templum arcis deducti, loco, quem occuparent, prope Legatos, aram uersus, commonstrato.

Extremo quatuor ceremoniarum magistri, et quatuor Academiae ministri, argentea insignia gestantes, ad Legatos Polon. Regis et Regii PR. deducendos mittebantur. Quo legationis munere functi sunt Perillustres atque Excellentissimi Proceres, WOLFGANGVS DIETERICVS WERTHERVS, Dynasta clientelis in Thuringia ualidus, Augusti Imperatoris et S. R. I. Ianitor cubiculi hereditarius, Regisque Poloniae et Principis EL. in tractu superioris Saxoniae Praefectus, et pari auctoritate, Regisque auspicio, WOLFGANGVS ERICVS, gentilitio insigni Bennigsen, Dynasta et heres clientelae Bennigsen, et complurium in nostrati Saxonia amplissimorum clientelarium praediorum, Curiae prouincialis Elect. Sax. Praeses. Horum singuli carpento sex equis iuncto, ad templum arcis uehebantur, ibi, a quatuor Professoribus excepti, ad sedilia ipsis assignata, et holoserico rubro obtecta, deducebantur. Haec erant constituta ad latus arae dextrum, proxime solium Magnificentissimi Rectoris, quod quatuor ductores minorum militiae ordinum, bipennibus armati, circumstabant.

Appropinquantibus templo perillustribus Legatis, sacra fiebant, initium capiebatur ab hymno ueteri, ad concelebran-

MARTINO CHLADENIO, S.S. Th. D. ac P.P.
Regio-Elect. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ CC XIV d. 18 Octobr. inscripti sunt CI

inter quos,

1) Iustus Georgius Chladenius, *Consil. Reg. in summo Provocat. Iudic.*
2) Io. Theodor. Chladenius, *Med. D.*
3) Io. Martinus Chladenius, *Th. D. et P. P. in Acad. m. Erlang.*
tres Filii Rectoris.
4) Wolfgang Adolph de Zetzchewiz, *Eq. Lus.*
5) Detleff Christianus Rumohr, *Eq. Holsat.*
6) Tilemann von Leeuwen, *Amstelod.*
7) Carolus Caesar de Breitenbach, *Eq. Lus.*
8) Christianus Ernest. von Dyherr, *Eq. Sil.*
9) Io. Frider. von Grosse, *Eq. Misn.*
10) Ernestus Ferdinand. von Netz, *Eq Sil.*
11) Friedrich Ludewig de Knobloch, *Eq. Mesomarch.*

Sub hoc Prorectoratu,

pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesidio MICHAEL HENRICI GRIBNERI, *Pandect. P. P.*

N. N. SELPERTVS,

de Repetitione Tormentor. confuso inficiante,

2) sub praesidio IO. BALTHASARIS WERNHERI, *Consil. Aul. et P. P.*

N. N. REICHE.

II IN FACVLTATE MEDICA

sub praesidio ADAMI BRENDELII, *Anat. et Botan. P. P.*

IO. GOTTLOB MERCKEL, *Annaemontan.*

de Fluxu Hepatico.

III IN FACVLTATE IVRIDICA

quatuor Doctores sunt creati.

IV IN

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. GVIL. BERGERVS, *Eloq. P.P.*
XLIII Candidat. gradu Magiſterii exornauit ſolemniter.

PRORECTORE
CASP. HENRICO HORNIO, IC. Conſil. Reg.
in ſummo Prouocat. Iudicio, Fac. Iurid. Ordinar. et Sen. Cur. Prouinc. in Luſ. Infer. Aſſeſſ.

CIↃ IↃ CC XV Kal. Mai. inſcripti ſunt CCXXVI, inter quos,

1) Io. Erneſtus ab Auerswalda, *Mul-dau-Miſn.*
2) George Wilhelm von Reibnitz, *Eq. Sil.*
3) Ferdinand Wilhelm von Hartitzſch, *Eq. Miſn.*
4) Io. Direricus von Breitenbach, *Eq. Luſ.*
5) Carolus Siegfried von Gersdorf, *Eq. Luſ.*
6) Hans Chriſtoph von Axleben, *Eq. Sil.*
7) Hanns Friedrich von Axleben, *Eq. Sil.*
8) Io. Theodoricus de Hartitzſch, *Eq. Miſn.*

Hoc Prorectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
ſub praeſidio D. GEORGII FRIDERICI SCHROEERI, *P.P.*

M. ERNESTVS MICHAEL BREHME, *Duc. Saxo-Weiſſenfelſ. Concion. Aul.*
de bono Eccleſiae oeconomo.

II IN FACVLTATE MEDICA
1) ſub praeſidio ADAMI BRENDELII, *Anat. et Botan. P.P.*
BENIAMIN RICHTER, *Reichenbaco-Var.*

2) ſub praeſidio IO. GODOFREDI BERGERI, *Archiat. Reg. P. Prim. et Sen.*

IO.

IO. PAVL KRESCHELIVS, *Zittauia-Luſ.*
qui etiam Doctor creatus eſt,
de acido inſonte,
3) ſub praeſidio GHRISTIANI VATERI, *P. P. et Arch. Anh.*
MATTHIAS WILHELM AB ASPERN, *Haſſnia-Danus,*
de Claſſiariorum morbis,
4) ſub eiusd. praeſ. GABRIEL FRIDER. CLAVDER, *Altenb.*
de Sudore colliquatiuo.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Dec. GEORGIVS GVIL. KIRCHMAIER, *G. L. P. P.*
XXXII Magiſtros ſolenniter creauit.

IV Hoc anno b. GOTTF. SVEVVS, Pand. P. P. legauit mille imperiales, quorum reditus annui duobus ſtudioſis exſoluuntur.

PRORECTORE
CHRISTIANO VATERO, Phil. et Med. D. eiusdemque P. P. Phyſ. Prouinc. Saxon. et Archiat. Princ. Anhalt. et Nat. Cur. Collega,

CIↃ IↃ CC XV, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXX

inter quos,

1) Ioach. Guſtauus de Thümen, *Eq. Saxo.*
2) Auguſtus Dietericus von Polenz, *Eq. Miſn.*
3) Georgius Abraham Rex, *Eq. Miſn.*
4) CAROLVS AVGVSTVS REX, *Eq.*
5) Rudolph. Chriſtianus von Metzrad, *Eq. Luſ.*

Miſn. iam S. R. I. Comes, Reg. Pol. et Elect. Sax. Miniſt. Stat. Int. et a Conſil. Sanct. reliqua, Maecenas Acad. Sum. quem DEVS ſeruet.

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

ſub praeſidio D. CASP. LOESCHERI, *P. Prim. Superint. Gen.*

M. MAVRITIVS WILHELMVS WAGNERVS, *Superint. Baruth.*

de Luthero Antipietiſta,

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) ſub praeſidio IO. BALTHAS. WERNHERI, *P. P. Conſil. Aul.*

CHRISTIANVS ABRAHAM ZAHN, *Herzberg. Saxo,*

ſuper ſelectas obſeruationes forenſes,

2) ſub praeſidio GODOFREDI LVDOVICI MENCKEN, *IC. Inſt. P. P.*

M. CAROLVS GODOFREDVS WINCKLER, *Lipſ.*

qui etiam Doctor factus eſt, d. 31 Ian.

3) ſub praeſidio D. GEBH. CHRISTIANI BASTINELLERI, *P. P. Iudic. Witteb. Aſſeſſ.*

LVCAS CORTVM,

de exhaeredatione liberorum, quatenus in Iure Ciuili rite facta dicitur,

4) ſub praeſidio CASP. HENRICI HORNII, *IC. Conſil. Reg. Fac. Iur. Ordin. cetera,*

SAMVEL SIGISMVNDVS SEYFRIED, *Freyberg.*

III IN FACVLTATE MEDICA

1) ſub praeſidio IO. GODOFREDI BERGERI, *P. P. Arch. Reg.*

GODOFREDVS FLOERCKE, *Witteb. Saxo.*

de Acido inſonte,

qui etiam Doctor creatus eſt, Menſe Febr.

2) ſub praeſidio CHRISTIANI VATERI, *P. P. Arch. Anhalt.*

IO. HENRICVS BERGER, *Lucca Luſ.*

de Haemorrhoidum fluxu ſalutari et morboſo.

IV IN

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Dec. HENRICVS KLAVSING, *D. Matth. Sup. P. P.*
XXXIIX Candid. renunciauit Magiſtros.

RECTORE Magnificentiſſimo ac Domino,
Domino,
FRIDERICO AVGVSTO
Principe Regio,
PRORECTORE
ERNESTO CHRITIANO SCHROEDERO,
Log. et Metaphyſ. P. P.

CIↃ IↃ CC XVI, Kal. Mai. inſcripti ſunt CCXXXVI
inter quos,

1) Hermann Anthon von Horn, *Ieura-Friſ.*
2) Detleu Heinricus von Einſiedel, *Eq. Miſn.*
3) Io. Eberhard von Schlieben, *Eq Luſ.*
4) Wolf. Dietrich a Schleiniz, *Eq. Miſn.*
5) Ioachim Siegmund von Spiller, *Nob. Sil.*
6) Erneſt. Auguſt. von Döring, *Nob Miſn.*
7) George Ernſt von Heynitz *Nob. Miſn.*
8) Heinrich von Bünau, *Nob. Miſn.*
9) Iohann Friedrich von Heynitz, *Nob. Miſn.*
10) Iulius Alexander ab Hartitzſch, *Eq. Miſn.*
11) Carl Friedrich von Hohenſtein, *Eq. Moguntin.*
12) NICOL. LVDWIG GRAF und HERR VON ZINZENDORF und POTTENDORFF.
13) Io. Henricus von Reis, *Bremenſ.*
14) Frider. Iacobus von Ryſſel, *Nob. Saxo.*

Sub hoc Prorectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

1 IN FACVLTATE THEOLOGICA

1) ſub

1) sub praesidio GOTTLIEB WERNSDORFFII, *Th. D. et P. Praep. et Cons. Eccl. Assess.*

M. HENRICVS GOTTLIEB SCHNEIDER, *Past. Primar. Luccau. et Consist. in Lus. Assess.*

de Absolutione ministri Ecclesiae non mere declaratiua,

2) sub praesidio MARTINI CHLADENII, *Th. D. et P. Regio El. Al. Ephori,*

M. CHRISTIANVS CAROLVS STEMPEL, *Superint. Iessen.*

Examen doctrinae Quesnellianae de fide iustificante, Bulla papali condemnatae, sistens,

II IN FACVLTATE IVRIDICA

sub praesidio GODOFREDI LVDOVICI MENCKEN, *Instit. P. P.*

IO. RÖTHING, *Neostad. Misn.*

qui Doctor renunciatus est, Mense Iunio,

de Testamento iudiciali extra locum iudicialem condito.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. IO. GODOFREDVS LESCHNERTVS, *Facult. Phil. Adi.*

XLIV Candidatos honoribus Magist. ornauit.

IV Vidua b. D. ERNESTI GVIL. VOGELII, HELENA GERTRVTA, nata b. REISNERI, legauit quingentos Imperiales Academiae huic, ut uiduae cuidam, aut orphano, et cum primis Fac. Iurid. subeniat annuis reditibus.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/260
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE Magnificentiſſimo ac Domino,
Domino,
FRIDERICO AVGVSTO
Principe Regio et Elector. Saxon. Haeredè,
PRORECTORE
GEORGIO FRIDERICO SCHROEERO, S.S.
Th. D. eiusdemque P. P. Regio Elect. Alumnor.
Ephoro,

CIↃ IↃ CC XVI, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXCV

inter quos,

1) Io. Henricus a Zetzſchwitz, *Eq. Luſ.*
2) GEORGIVS LEOPOLDVS DAVID. L.B. de CRAILSHEIM.
3) WILHELMVS GODOFREDVS, L.B. de CRAILSHEIM.
4) Io. Fridericus de Loheffsky
5) Chriſtoph. Ehrenricus ab Arnim, *Eq. Miſn.*
6) Carolus Wilhelmus von Fuchs, *Serueſta Anhalt.*
7) Io. Georgius von Dyherrn, *Eq. Luſ.*
8) Io. Chriſtoph. a Poigk. *Eq. Miſn.*
9) Carolus Fridericus von Schkope, *Eq. Luſ.*
10) Chriſtianus Fridericus von Asſelen, *Oldenburg.*

Sub hoc Prorectoratu,

pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

1) ſub praeſidio IO. BALTHASARIS WERNHERI, *Conſil. Aul. et P. P.*

IO. CHRISTOPH. FRITSCHE, *Belgera Miſn.*

de Procuratoribus,

2) ſub eiusdem praeſidio GEORGIVS GOTTLIEB KRAVSE, *Freyberg. Miſn.*

de Vi et Efficacia Iuramentor. in confirmandis cauſis matrimonialibus,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/261 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

3) sub praesidio GEBH. CHRISTIAN BASTINELLER,
Pandect. P. P.

IO. FRIDERICVS NEVBER, *Lipsiensis*,
qui Doctor renunciatus est, d. 19 Mart.
super selectas Conclusiones forenses,

4) sub praesidio GODOFREDI LVDOVICI MENCKENII,
Instit. P. P.

IO. GEORGIVS MORGENROTH, *Martisburg.*
sistens Examen sententiarum receptarum de exceptione spolii, eiusdemque in foro Saxon. usu.

5) sub eiusdem praesidio DAVID CHRISTIANVS WAECHTLER,
Ilitroboc.
qui, d. X April. Doctor renunciatus est.

II IN FACVLTATE MEDICA

1) sub praesidio CHRISTIANI VATERI, *P. P. Archiat. Anhalt.*

IOHANNES IOKVSCH, *Budiss. Lus.*
qui, d. XIIX Mai. Doctor renunciatus est,
de Morbis Epidemicis,

2) sub praesidio IO. GODOFREDI BERGERI, *Consil. et Archiat. Reg. Colleg. Med. Prof. Prim. et Sen.*

IO. CHRISTIANVS FABRICIVS, *Ratisbonensis.*

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Dec. ERNESTVS CHRISTIANVS SCHROEDER,
XXXIIX Candidatos Magisterii gradu exornauit.

RECTO.

RECTORE Magnificentiſſimo ac Domino,
Domino,
FRIDERICO AVGVSTO
Principe Regio et Elect. Sax. Haerede,
PRORECTORE
MICHAEL HENRICO GRIBNERO, Lipſ. P.P.
Conſ. Eccl. et Iudic. Iurid. Witteb. Aſſeſſore,

CIↃ IↃ CC XVII, Kal. Maias inſcripti ſunt CLXX

inter quos,

1) Hanns von Reibold, *Eq. Var.*
2) Frider. Wilhelmus de Tümpling, *Eq. Miſn.*
3) Chriſtianus Lebrecht de Tümpling, *Eq. Miſn.*
4) Carolus Frider. de Krockow, *Eq. Pomer.*
5) Georgius Carolus a Hartitzſch, *Eq. Miſn*
6) Carl Siegmund von Bock, *Eq. Sil.*
7) Carl Gottlob Boſe, *Eq. Miſn.*
8) CHRISTIANVS GODOFREDVS STENTZEL, *Torgau. poſt in hac Acad. Med. D. et P. P.*
9) Gottfried Erdmann de Wülckniz, *Eq. Mansfeld.*
10) Auguſtus Frider. von Damm, *Brunſuic.*
11) Chriſtianus von Ancken, *Holſat.*

Sub hoc Prorectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

1) ſub praeſidio CASPARI LOESCHERI, *Th. D. et P. Prim. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et Sup. Gen.*

IO. BERNHARDVS LVNIVS, *Duc. Luneb. Concion. Aul.*
de formularum fidei neceſſitate.

2) ſub praeſidio GOTTLIEB WERNSDORFFII, *Th. D. P. P. Praepoſ. et Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ.*

IO. RV-

IO. RVDOLPHVS CADEMANN, *Superintend. Pegau.*
sistens Examen Spiritus Brendel. qua doctrinam, de praecipuis Theologiae capitibus,

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesidio MICHAEL HENRICI GRIEBNERI, *Pandect. P. P.*

LVDOVICVS AVGVSTVS SCHROETERVS, *Witteb.*
Doctor factus d. XIV Mai.
de Dominio directo in territorio alieno,

2) sub praesidio GODOFREDI LVDOVICI MENCKEN, *Instit. P. P.*

CHRISTOPHORVS THÖLDEN,
de Iure conueniendi subditos in proprio iudicio,

3) sub praesidio GEBH. CHRISTIANI BASTINELLER, *P. P.*

IO. WINCKLERVS, *Starsiedel Misn.*
de Expensis Termini,

III IN FACVLTATE MEDICA

1) sub praesidio CHRISTIANI VATERI, *P. P. et Archiat. Anhalt.*

IO. CHRISTIAN HEVMANN, *Budiss. Lus.*
qui d. II Iun. Doctor creatus,
de Gangraena,

2) sub eiusdem praesidio IO. GEORGIVS FLOCK, *Ieuera-Frisius.*

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. MARTINVS HASSEN, *Moral. P. P.*
XLIII Candidatis dignitatem Magisterialem impertitus est.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/264
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE Magnificentiſſimo ac Domino,
Domino,
FRIDERICO AVGVSTO
Principe Regio et Elect. Sax. Haerede,
PRORECTORE
ADAMO BRENDELIO, Phil. et Med. Doct.
Anat. et Botan. P. P.

CIↃ IↃ CC XVII, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXXI
inter quos,

1) Otto Ferdinandus Pflugk, *Eq. Miſn.*
2) Io. Adolphus de Schulenburg, *Anhalt.*
3) Gottfried von Aſchen, *Eq. Brem.*
4) Cuno Chriſtianus de Stutterheim *Eq. Luſ.*
5) Franciſcus Adolph. de Rechenbergk, *Eq. Luſ.*

Sub hoc Prorectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

1) ſub praeſidio D. MARTINI CHLADENII, *P. P. Alumn. Ephor.*
M. ALBERTVS BOETTICHERVS, *Superint. Kirchhayn.*
aduerſus Lamindum Pritanium, uindicans methodum Euangelicor. in inquirenda ueritate coeleſti,

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) ſub praeſ. IO. BALTHAS. WERNHERI, *IC. Conſil. Aul. P. P.*
CHRISTIANVS LVDOVICVS SCHILLING, *Dreſd.*
de Probatione Landſaſſiatus et ſitu terrarum,

2) ſub praeſ. GEBH. CHRISTIANI BASTINELLER, *IC. P. P.*
GEORGIVS CHRISTIANVS SCHELWIZ,

3) ſub praeſidio CASP. HENR. HORNII, *Conſil. Reg.*
CASPAR HEINRICVS NEVMANN,

III IN FACVLTATE MEDICA

pro Licentia disputarunt,

1) sub praesidio IO. GODOFR. BERGERI, *Consil. Reg.*
CAROLVS SCHVLTZ, *Palaeo-Brandenb. March.*
et IO. FRIDER. SCHLEIFFER, *Hayna-Misn.*
de Apoplexia,

2) sub praesidio D. ADAMI BRENDELII, *Rect.*
BERNHARDVS SCHVCHARD, *Greusa-Thur.*
super Obseruationum Anatom. Dec. II

IV In Templo OO. SS. solemniter *octo* Theologiae, et *tres* Medicinae Doctores, die XI Nouembr. renunciati sunt.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. D. MARTIN GOTTHELF LOESCHER, *Phys. P. P.*
XLV Candidatis honores in Philosophia summos contulit.

VI Hoc Prorectoratu illuxit felix faustusque ille dies, XXXI Octobr. quo b. LVTHERVS, diuino Spiritu colluſtratus agitatusque, prima Reformationis salutaris iecit fundamenta, atque thesibus, TETZELIO oppositis, et publice ualuis aedis ad arcem affixis, effecit, ut Euangelii lux de integro ex tenebris lucere inciperet. Quae diuina gratia ac misericordia ut nunquam non a quouis pie deueneranda est grata mente, sic, ut publice quoque DEVS glorificaretur, eique gratiae persoluerentur pro ineffabili hoc beneficio, Iobelaeum festum, hoc die et sequentibus, celebrandum, maiorum more institutum demandatumque fuit, **in der Anordnung, wie es bey dem instehenden Evangelischen Jubilão, und Danckfeste, 1717 im Churfürstenthum Sachsen, auch incorporirten und andern Landen beym öffentlichen Gottesdienst gehalten werden soll,** sub dato Dresdae, d. IIX Septembr. CIↃ IↃ CC XVII, in uerbis,

Auf ergangene hohe Verordnung wird hierdurch männiglich kund gemacht, daß nunmehr in kurtzen zweyhundert Jahr werden verflossen seyn, seit der Zeit, da der grundgütige GOTT das Licht des Evangelii in diesem Chur-Fürstenthum und Landen zum hellen Glantz und Scheine durch den Dienst des seeligen D. Martini Lutheri wieder zu befördern angefangen hat, und aber die Christliche Schuldigkeit erfordert, diese hohe

Wohl-

Wohlthat in gute Erinnerung zu ziehen, GOtt für dieselbe, wie auch vor die bißherige unverrückte Erhaltung seines allein seeligmachenden Worts unter uns von Hertzen zu dancken, und um den fernern Lauf des heil. Evangelii und dessen Förderung biß an das Ende der Welt ihn inbrünstig anzuruffen, zu solchem Ende an allen Orten dieser Lande ein solennes Danck-Fest gefeyert, und demselben nebst den 31sten Octobr. als an welchem A. 1517 zu dem heiligen Reformations Wercke ein geseegneter Anfang gemachet worden, auch der nächstfolgende 1 und 2 Novembris, wie vormahln Anno 1617 auch geschehen, gewiedmet werden soll. Da denn,

1) acht Tage vorher, als am 24 Octobris, wird seyn der XXII Sontag nach Trinitatis, solch instehendes Fest von allen Cantzeln zu intimiren seyn wird, nach der Notul, die hierzur Ankündigung des Jubel- und Danck-Festes beygeleget ist.

2) Des Tages zuvor, als den 30 Octobris, wird das Fest, nach Art eines derer höchsten im Jahre, nachmittags eingelautet, Vesper gehalten, und Beichte gesessen.

3) An allen drey Tagen wird geprediget, und das Heil. Abendmahl, wo Communicanten da sind, ausgespendet. Des ersten Tags, als am XXIII Sontage nach Trinitatis, werden überall zwey Predigten, eine vor- und die andere nach-mittags, und so auch am andern und dritten Tage an Orten, wo mehr als ein Prediger im Amte stehet, gehalten. Doch mag es an solchem andern und dritten Tage auf denen Dörffern und sonsten, wo kein Caplan ist, allein bey einer Predigt vormittags verbleiben, an statt der andern Predigt aber soll nachmittags Bet-Stunde und Kinder-Lehre angestellet werden.

4) In denen Predigten werden diejenigen Texte abgehandelt, die in einem eignen Verzeichnisse dieser Anordnung beygefügt sind, woraus auch zu ersehen, was iedes Tags an statt des Evangelii und der Epistel abzulesen. Die über itzt erwehnte Texte gehaltene Predigten aber sollen von niemand durch den Druck publiciret werden, ehe solche in das Ober-Consistorium anher eingesendet, und von diesem die Bewilligung darzu ertheilet worden, auch sollen alle vorhergängig-entworffene öffentliche Anweisungen und Dispositiones darüber vor dismahl gäntzlich unterbleiben.

5) Das Danck Gebet, so auf dieses Jubel-Fest insonderheit entworfen, und beygehend zu befinden, wird nach dem allgemeinen Kirchen-Gebete abgelesen, und dagegen das Kriegs-Gebet solche Zeit über hinweg gelassen.

6) Allen Handel und Gewerbe, alle Wochen-Arbeit und tägliche Verrichtungen, hat männiglich an diesen dreyen Tagen gäntzlich zu unterlassen,

und die Zeit allein zur Abwartung des öffentlichen Gottesdienstes, auch der daheime zu habenden Andacht, anzuwenden.

Demnach werden in allen Städten, Flecken, und Dörfern die Superintendenten, Pastores, und Diaconi hiernach sich genau zu richten, auch alle Einwohner dieser Lande ihre obliegende Pflicht und Schuldigkeit geziemend wahrzunehmen wissen. Datum Dreßden, den 8 September 1717.

B Formula

Wie auf den XXII Sonntag nach Trinitatis das instehende Evangelische Jubel- und Danck-Fest dieses Jahres, nach geendigten Predigten und geschehener Ablesung derer Gebethe, von allen Kantzeln soll intimiret und verkündiget werden.

Eure Christliche Liebe ist bisanhero zum öfftern in denen Predigten, und sonst, wohlmeinend erinnert worden, daß dieses itzt noch lauffende 1717 Jahr vor ein der gantzen Evangelischen Kirche höchst angenehmes und erfreuliches Jubel-Jahr zu halten sey. Und nunmehr ist derjenige Tag nahe herbeykommen, um deswillen insonderheit dieser Nahme jenem beygelegt zu werden verdienet. Denn auf nechst instehenden heut über 8 Tage g. G. gefälligen 31 des Monats Octobris ist das andere Seculum und Jahr Hundert vollendet, seit der Zeit, da der grundgütige GOtt in diesem Chur-Fürstenthum und Landen das Licht des heiligen Evangelii zu hellem Glantz und Scheine, vermittelst des Dienſts seines treuen Knechts, D. Martini Lutheri, wieder zu befördern angefangen hat.

Gleichwie nun ein solcher Tag, als ein Gedächtnis-Tag des glücklich unternommenen heilsamen Reformation-Wercks, schon geraume Zeit her alle Jahre in diesen Landen gewöhnlich ist begangen worden, also erfordert die schuldige Danckbarkeit gegen GOtt, der sein Wort abermahl eine Zeit von hundert Jahren unter uns hat lauffen und wachsen lassen, daß wir solchen Tag in diesem Jahre mit desto mehrerer Solennität hochfeyerlich celebriren. Zu welchem Ende denn, auf ergangene hohe Verordnung, der nechstkünfftige Sontag, wird seyn der XXII nach Trinitatis, als der 31 Octobr. mit Zuziehung derer beyden nechst darauf folgenden Tage des 1 und 2 Novembr. nach Art eines derer hohen Feste im Jahre, GOtt, dem allmächtigen Schutz-HErrn seiner rechtgläubigen Kirche, zur Ehre, und zu Bezeugung Christlicher Erkenntlichkeit vor die bißher uns unverrückt gegönnete reine Lehre gehalten,

und

und an einem jeden dieser Tage das Wort des HErrn in öffentlicher Versammlung aller Orten dieser Lande geprediget, auch Vormittags das heilige Abendmahl ausgespendet werden soll. Wird demnach männiglich hiermit nachdrücklich im HERRN ermahnet, sowohl diese Woche über durch rechtschaffene Buß- und andere heilige Uebungen gegen solches Fest gebührend sich vorzubereiten, als auch an denen ietztbenemten drey Tagen selber sein geistliches Lob- und Bet-Opffer GOtt demüthig und freudig zu überbringen, zu Anhörung derer Predigten sich fleisig und aufmerckſam einzufinden, auch von der GOttgeheiligten Feyer solches Fests durch keinerley weltliche, oder an Werckel-Tage übliche Verrichtungen, noch sonst durch einige andere nur auf irgend eine Weise vermeidliche Hindernisse, sich abhalten, vielweniger durch Wollust und Ueppigkeit seine Andacht unterbrechen zu lassen, sondern desfalls der itzt vor hundert Jahren um eben solche Zeit rühmlich bezeugten Danckbarkeit gegen GOtt geziemend nachzuarten. Kein Zweiffel ist, der getreue GOTT werde an solcher höchstbilligen Andacht und Ehrerbietung gegen ihn ein gnädiges Wohlgefallen haben, und unser Gebet um fernere Erhaltung der reinen Kirche und Fortpflantzung seines heiligen Worts aus Väterlicher Barmhertzigkeit und Liebe erhören. Welches er auch thun wolle um seines lieben Sohnes Christi JESU willen, Amen.

C Gebeth

So an denen Tagen des Evangelischen Jubel- und Danck-Fests, im Jahr 1717, nach einer jeden Predigt soll abgelesen werden.

Barmhertziger, ewiger, GOTT und Vater unsers HErrn JESU Christi, wir, das Volck deiner Weide und Schaafe deiner Heerde, kommen vor dein allerheiligstes Angesicht mit Dancken, vor deine Göttliche Majestät mit Loben, daß du nicht allein itzt vor zweyhundert Jahren uns in unsern Vorfahren das Licht deines Evangelii, durch den Dienst deines darzu auserlesenen Werck-Zeugs Lutheri, wiederum hervorzubringen angefangen, und es nachgehends auf den Leuchter gesetzet hast, von welchem es allen denen, die in dem Hause deiner wahren Kirche sind, mit hellem Glantze leuchten können, sondern, daß du auch über dieses eine nun abermahls verflossene hundertjährige Zeit hindurch solch dein seeligmachendes Wort rein und unverfälscht, benebst dem richtigen und der Einsetzung deines lieben Sohns alleinig gemäßen Gebrauche derer hochwürdigen Sacramenten, sonderlich

derlich in diesem Chur-Fürstenthum und Landen, väterlich bewahret und erhalten hast.

Wie theuer ist deine Güte, GOtt, daß Menschen Kinder unter dem Schatten deiner Flügel trauen. Zwar erkennen und bekennen wir vor Dir mit bußfertigem Hertzen und demüthiger Seele, daß wir, leider! vor diese deine unschätzbare Wohlthat Dir nicht allemahl geziemend danckbar gewesen seyn, noch der uns geoffenbahrten Wahrheit des Evangelii in allen Stücken würdiglich gewandelt haben. Wir und unsere Väter haben vielfältig wider Dich und dein heiliges Wort gesündiget; Wir haben mißgehandelt, und sind gottloß gewesen, daher wir wohl verdienet hätten, daß Du den Leuchter wiederum von seiner Stätte stossen, weil wir in der Liebe zur Wahrheit nicht völlig erfunden worden, uns kräfftige Irrthümer senden, und einen Hunger ins Land schicken sollen, einen Hunger nicht nach Brodt, oder Durst nach Wasser, sondern nach dem Worte des HErrn zu hören, für welchem wir und die Unsrigen jämmerlich verschmachten mögen. Dein aber, HERR unser GOtt, ist die Barmhertzigkeit und die Vergebung. Du hast nicht mit uns gehandelt nach unsern Sünden, noch uns vergolten nach unsern Missethaten. Du hast nicht gesehen auf unser Verdienst, sondern auf deine Ehre, die Du, zum Ruhme deiner Gnade, unter uns hast groß gemacht.

Darum gelobet seyst du HERR, du GOtt Israel, und gelobet sey dein herrlicher Nahme immer und ewiglich, daß Du die vormahls zerfallenen Hütten Davids aufgerichtet stehen lassen, dein Erbe, das vorhin dürre war, beständig erquicket, und deinen Weinberg fleisig heimgesucht, auch bis auf diesen heutigen Tag im Bau erhalten hast. Du hast abermahl, ein gantzes Jahrhundert über, dein Wort gegeben mit grossen Schaaren Evangelisten. Du, HERR der Erndte, hast treue Arbeiter in deine Erndte gesendet, und unsre Kirche mit guten Wächtern, Lehrern, und Hirten versehen, auch in unsern, beydes niedrigen und hohen Schulen die Jugend zur heilsamen Erkenntniß deines Worts und Willens wohl anführen lassen. Du hast dem Donner deines Worts Krafft gegeben, du hast die müden Seelen erquicket, und die bekümmerten Seelen gesättiget. HERR unser GOtt! wie offt haben inzwischen die Wasser-Ströhme sich erhoben? Wie haben sie gebrauset? Du aber, HERR, bist unser Schild gewesen, daß wir nicht überwältigt, sondern in deiner Krafft unter so mancher Noth und Gefahr gesichert, worden, sind. Davor preisen wir Dich in der grossen Gemeine, Dir, unserm GOtt, bezahlen wir unsre Gelübde. Du bist groß, und dein Nahme ist groß, und hast deine Wunder-Macht bishero mit der That bewiesen. Unsre Seele lobet Dich daher, und, was in uns ist, deinen heiligen

Nahmen.

Nahmen. Unsre Seele lobet dich, und vergisset nicht, was du uns Gutes gethan hast.

Darneben aber bitten wir, im Nahmen deines Sohnes JEsu Christi, hertzinniglich, du wollest, O gütiger gnädiger GOTT, auch hinführo uns und unsere Nachkommen allezeit im Lichte deines Antlitzes wandeln, und über deinem Nahmen frölich seyn, lassen. Erhalte uns, O HErr, dein Wort, wie wirs bisher gehabt, und noch bis ietzo haben, denn dasselbe dein Wort ist unsers Hertzens Freude und Trost. Laß ferner in deinem Hause herrliche Dinge geprediget werden, und das Wort Christi reichlich unter uns wohnen, in aller Weißheit. Laß keine falsche Lehre irgend einiger Ketzer, Schwärmer, und Irr-Geister in diesen unsern Landen überhand nehmen, sondern steure dem höllischen Feinde, so offt er sich erkühnet Unkraut zu säen unter den Weitzen. Du, GOTT des Friedens, zertritt ihn unter unsere Füsse im kurtzem. Wende unsre, und aller, die nach uns seyn werden, Augen ab, daß sie nie unvorsichtig und zu ihrem äussersten Schaden sehen nach frembder Lehre. Erleuchte uns und sie, daß wir anfrichtig gläuben, dein Wort allein sey die Wahrheit. Laß dero Bekenntniß unverrückt in diesem Churfürstenthum und Landen erschallen, biß zu dem immer mehr herannahenden Jüngsten Tage, und laß deine auf den Felß gegründete Kirche von denen Pforten der Höllen nie überwältiget werden. Ach HErr, es ist ja wohl deine rechtgläubige Gemeine ietziger Zeit, wie ein Häußlein im Weinberge, wie eine Nacht-Hütte in dem Kürbis-Garten, wie eine verheerte Stadt. Aber schütze, tröste, versorge, und vermehre du deine kleine Heerde, denn in deiner Hand stehet Krafft und Macht. Du kanst überschwenglich thun über alles, das wir bitten oder verstehen.

Laß im übrigen Dir zu deiner göttlichen Gnad unabläßig anbefohlen seyn alle christliche Obrigkeiten, die Du an allen Orten und in allen Landen, wo Du mit deinem Worte deine Wohnung hast, zu Pflegern deiner Kirche verordnet. Halte insonderheit über **Ihrer Königl. Majest. in Pohlen und Chur-Fürstl. Durchl. zu Sachsen**, unserm von dir uns gegebenen Landes-Vater, deine Augen immer offen zum Guten. Sende allerhöchstgedachtem unserm **Allergnädigsten Könige, Chur-Fürsten, und Herrn**, Hülffe von deinem Heiligthum, überschütte Ihn mit vielem geistlichen und leiblichen Seegen. Gib Ihm langes Leben. Erzeige Ihm Güte und Treue, die Ihn behüten. Lencke sein Hertz fernerweit zu Landes-Väterlicher Liebe und Huld gegen uns, seine getreue Unterthanen, und laß uns frölich rühmen, Du HErr, seyst davor seine Stärcke, Du seyst die Stärcke die deinem Gesalbten hilft.

Hilf

Hilf also allenthalben deinem Volcke, und seegne dein Erbe, und weide sie, und erhöhe sie ewiglich. So wollen wir vor diese deine uns erwiesene Wohlthaten nicht nur hie in der Zeit, unter fleissiger Bemühung, uns zu halten nach deinem Worte, dir opffern die Früchte unserer Lippen, die deinen Nahmen bekennen, sondern auch dort in der Ewigkeit, wenn wir in der ohnendlichen himmlischen Jubel-Freude für dir erscheinen, und dir unaufhörlich dienen werden, mit der grossen Schaar aller Auserwehlten vor deinem Throne sagen, Halleluja, Heil und Preiß, Ehre und Krafft, sey GOtt unserm HErrn. Abba, lieber Vater, erhöre uns um Christi unsers Mittlers und Fürsprechers Willen, AMEN.

Textus explicandi praescripti erant die XXXI Octobr. siue primo festo die, aut Euang. Matth. XXII, 15-22, cum Epistola, Phil. III, 17 ad finem usque, aut 2 Petr. I, 19, et a meridie, Col. I, 3,-6, praelegendum uero, loco *Euangelii*, Caput I 2 Ep. Petr. loco Epistolae, Cap. I ad Coloss. Festo die IIdo, siue 1 Nouembr. Ps. XLVI, 2-6, a meridie, Luc. XII, 32, et praelegendus Psalmus LXXXIV, a meridie Psalmus CXXII. Tertio die, siue IIdo die Nouembr. 1 Tim. VI, 12-16, a meridie, Io. XVII, 17, praelegendi sunt, 1 Tim. VI, uersus 3-6 incl. a meridie uero caput XXII Apoc. Iohanneae. Academia igitur, hoc mandato promulgato, omnem dedit operam, ut hoc festum religiose ac splendide celebraretur, quam ob rem *Facultas Theol.* X Kal. Octobr. siue XXII Septembr. ad omnes ac singulos A. C. socios Theologos sequentes literas *) dedit publicas,

Admodum Reuerendi, Amplissimi, Clarissimique Viri, Domini, Amici, et in Christo Fratres dilectissimi ac honoratissimi.

Si, quantum emolumenti, ab instauratione Sacrorum per LVTHERVM, ad omnes Ecclesiae ordines statusque redundarit, expendimus, accepti quidem beneficii admiratione sic abripimur, ut, quid primum a nobis intelligi, aut sollicite attendi, uel denique laudibus in coelum euehi, debeat, ignoremus. Quanta enim, sub Papatu, ignorantia mentes

*) Titulus huius scripti est, ORDINIS THEOLOGOR. *in Acad. Witteb.* EPISTOLA INVITATOR. ad uniuersos Dn. THEOLOGOS et ECCLESIAR. EVANG. MINISTROS, tum in incluta Germania, tum aliis quoque in Regnis et Prouinciis, de IVBILAEO LVTHERANO sub finem Octobr. et initium Nouembr. solenniter celebrando, amice scripta. Ps. C. IVBILATE DEO OMNIS TERRA.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/272
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

mentes occuparat, quanta corruptio mores infecerat, quanta superstitio in cultu regnabat, quanta denique seruitus ceruices nostras premebat! Eadem maiorum nostrorum tum temporis, quae populi Iudaici sub Christi Seruatoris aduentum, conditio erat, de qua Propheta. *Tenebrae*, inquit, *operiunt terram, et populos caligo.* Nihil tum de efficacia Verbi et Sacramentorum, nihil de gratia DEI, nihil de salute, unius Christi meritis acquirenda, docebatur in templis, ad satisfactiones proprias ueniasque Pontificum, deprecationes Mariae ac Coelitum, uel tristem etiam purgatorium ignem, omnes remittebantur. In quibus cum parum deprehenderetur solatii, et tamen uis peccati ac mortis ab omnibus sentiretur, factum est, quod notemus, ut plerique omnes, uel desperabundi decederent, uel saltem non sine horribili subeundae purgationis metu exspirarent. Nihilominus, quae generis humani miseria est, tot ac tanta ubique uitia grassabantur, ut Christiani a non-Christianis solo nomine uiderentur differre, quod a contaminatissimis Cleri moribus, de quibus ipsi etiam Pontificii scriptores illorum temporum ingenue conqueruntur, mala exempla dimanabant ad populum, et sua quisque supplicia uel pecuniis redimi, uel corporis macerationibus expiari, uel denique, nescio quo, igne repurgari, posse, opinabatur. Cum utroque uero coniuncta erat Papae in conscientias tyrannis, qui, Numinis se iactans uicarium in terris, diuina humanaque, omnia sibi uindicabat aperte, traditionibus, fictitiis cultibus, et superstitionibus, omnia implebat, eaque de causa imperabat, prohibebat, leges dabat, ac relaxabat, pro lubitu, libertatem uero hominum Christianorum suis quidem decretis et constitutionibus ita circumscribebat, ut nihilo tum mitius ageretur cum Christianis, quam olim in Aegypto cum Israelitis.

Sed enim DEVS, sui tandem populi misertus, excitauit MARTINVM LVTHERVM, qui per assiduam Scripturae meditationem, ardentem orationem, multam denique tentationem, ad res magnas diuinitus praeparatus, et numine ueluti afflatus, lucem Euangelii accendit primum, et ueritatem coelestem, antea obtectam ac prope defossam, produxit in apricum, doctrinam uero salutarem usque adeo planam dilucidamque proposuit, ut eam inde ab Apostolorum temporibus, pari tum munditie, tum perspicuitate, traditam non fuisse, iure suo gloriari potuerit. Idem ille, apertis ueritatis diuinae fontibus, purae solidaeque pietatis regulas ex iis, ueluti riuulos deriuauit, reuocataque ueteri disciplina, homines monuit, ne operibus tenebrarum lucem Euangelii obscurarent, sed charitatem potius apto sanctoque uinculo coniun-

gerent cum fide. Atque ut ipſe ſanctitate exempli omnibus praeiuit, ſic a ſuis non ſolum ſanae doctrinae profeſſionem, ſed mores etiam, externa profeſſione dignos, perpetuo requiſiuit. Quin et illud, Numinis beneficio, LVTHERI miniſterio, euenit, ut, Papa de gradu deiecto, Reges quidem ac Principes, multo, quam ante, reuerentius tractandi eſſent, omnes uero ac ſinguli, detecta traditionum et ſuperſtitionum uanitate, ad libertatem, merito Seruatoris partam, feliciter adſpirarent. *Magiſtratui* ergo auctoritatem, *Clero* coniugium, *Laicis* calicem conſecratum, *omnibus Chriſtianis* uſum Bibliorum non impeditum, una cum dulciſſima libertate, reſtituit, noſtrae denique religioni eam faciem induxit, ut hi multum deſipere uideantur, qui, eidem uberiori emendatione opus eſſe, contendant. Eant uero nunc *Pontificii*, et LVTHERVM huiusque ſocios defectionis ab Eccleſia poſtulent, eant *Zwinglio-Reformati*, et omnem piae repurgationis gloriam ſibi, unis ſolisque, uindicent, eant denique *fanatici* homines, et, uel nulla huiusmodi emendatione opus fuiſſe, uel ſaltem eandem non ſuffeciſſe, clamitent. Meliora ſentient, qui LVTHERI doctrinam ſacris cum Scripturis contulerint, meliora, qui collata per eum in nos beneficia recte conſiderarint. Hic, uelut IOANNES in deſerto, uiam parauit Domino, altaque uoce clamauit, *Poenitentiam agite, et credite Euangelio!* Hic, uelut ELIAS alter, iuſto pro ueritate coeleſti ardore exarſit, ſacrificulosque Pontificios, cum ſuis ſuperſtitionibus, eiecit. Hic, denique, ceu MOSES alter, nos maioresque noſtros ex Aegypto Papiſtica eduxit.

Ceterum, ut Iſraelitae, ex Aegypto egreſſi, DEO, pro miraculoſa liberatione, dulci modulatione gratias egerunt, et Iudaei, tempore Aſſamonaeorum, repurgatum ab idolis templum, non modo cum frondibus, hymnis, carminibusque, intrarunt, ſed repurgationis quoque memoriam anniuerſariis encaeniis coluerunt, ſic his etiam temporibus conuenit, ingens illud emendatae per LVTHERVM religionis beneficium, quo nunc per integra DVO SECVLA fruimur, dignis laudibus praedicare.

Ac nos quidem, quos Bonitas diuina ſacras literas hac in Academia publice docere uoluit, hoc magis id ipſum decet, quo propius illa Sacrorum inſtauratio nos tangit. In ea enim *Vrbe* uiuimus, in qua renata ueritas ſua uelut incunabula inuenit, ea in *Cathedra* ſedemus, e qua purioris doctrinae ſemina primum omnium ſunt ſparſa, ea denique in *Aede* concionamur, per cuius quaſi portas Rex gloriae denuo in Eccleſiam eſt ingreſſus. Haec ipſa initio *Mariae*, *ſemper-Virgini*, ſacra, poſtea *Omnibus Sanctis*, dicata fuit, quo ſignificaretur, ab eadem orſuram eſſe doctri-

doctrinam, qua homines a superstitioso Mariae cultu, ad fidem OO. Sanctorum, quae est firma in solo Christi merito collocata fiducia, reuocarentur. Si igitur non usque adeo speciosa, si inter Duces Iudae minima, sit in oculis mundi contemta WITTENBERGA, sat honoris et gloriae in eam contulit DEVS, quod illam, per renatum in ea Euangelium, omnium Ecclesiarum Euangelicarum MATREM constituit. Ad ualuas quippe Templi OO. SS. A. CIↃ IↃ XVII, pridie Calendarum Nouembris, quibus olim illius encaenia celebrari, et a magna hominum multitudine frequentari solebant, hora diei XII diuinus ille LVTHERVS Theses XCV *Tezelio*, turpissimo ueniarum quaestori, oppositas, affixit, eoque ipso beatam illam sacrorum repurgationem feliciter dedicauit.

Intelligetis, procul dubio, Fratres in CHRISTO Charissimi, quot quantasque gaudendi nunc habeamus causas. Nam, ne quid ad magnitudinem beneficii deesset, illam quoque ueritatem religionis, quam DEVS per LVTHERVM nobis restituit, quamque hostes, breui temporis spatio, sese deleturos putabant, per DVO iam SECVLA, saluam incolumemque, reliquit, et aduersus Diaboli, mundi, et carnis furores ac insidias, clementissime defendit. *Iubilate igitur DEO omnis terra. Seruite Domino in laetitia, introite in conspectu eius, in exultatione! Scitote, quoniam Dominus ipse est DEVS. Ipse fecit nos, et non ipsi nos. Populus eius, et oues pascuae eius. Introite portas eius cum laudatione, atria eius in hymnis, confitemini Domino, laudate nomen eius, quoniam bonus est Dominus, in aeternum misericordia eius, et usque in generationem et generationem ueritas eius. Ps. C.*

Ne uero ignoretis, *Admodum Venerandi Fratres*, quibus ceremoniis, nostra in Saxonia, secularem repurgatae religionis memoriam celebraturi simus, initio quidem die XXVI Octobris, qui erit Dominicus a Festo Trinitatis XXII festum imminens populo DEI ex omnibus singulisque suggestis intimabitur. Diem Octobris XXX profestum habituri sumus XXX Imum Octobris, cum biduo sequenti, ipsa in solennia inpendemus, laetisque carminibus, iubilis, et hymnis, sacris concionibus, synaxibus, aliisque piis festisque ritibus, DEO, tum pro instaurata per LVTHERVM religione gratias agemus, tum, ut eandem nobis posterisque Nostris intemeratam relinquere dignetur, deuotissime supplicabimus. Quicquid uero eius octidui restabit, id omne hac in Academia, exquisitis *Orationibus, carminibus secularibus, et Disputationibus*, consumetur. Ad extremum Candidatos aliquot, honorum Theologicorum dignissimos, Doctores, more institutoque maiorum, creaturi sumus, memores, nomen titulumque *Doctoris* non oportere

contemni, cum DEVS ipse ingens illud, quod publice praedicabimus, beneficium, nisi perDoctorem, nobis euenire noluerit.

Habetis, *Perquam Venerandi Fratres*, solennium nostrorum ordinem seriemque, a multis inter Vos hucdum saepius et maximopere expetitam. Vobis iam, Vestrisque Magistratibus, integrum erit, nostrumne ad exemplum uos componere, an aliis uti solennibus et ceremoniis, malitis. Nec enim id nobis sumere uolumus, ut uel Vobis, quos aetate, prudentia, pietate, et gratia, coram DEO et hominibus, florere nouimus, uel coetibus etiam, fidei uestrae curaeque creditis, quidquam in his talibus praescribamus. Inuitare Vos tantum ad societatem laetitiae secularis, et ordinem modumque solennium uobiscum communicare, non uero celebritatis nostrae formam cuiquam obtrudere, uel ullius hominis conscientiam onerare, uoluimus. In libertate enim uocauit Nos DEVS, in ea stamus. Si quis nostrum in omnibus imitari ordinem modumque uoluerit, per nos licebit, sin minus, *Dissonantia Iubili non dissoluet consonantiam fidei.* Faxit modo aeternus ac immortalis DEVS, ut magnitudinem beneficii grata mente agnoscamus omnes, ac reparatae per LVTHERVM doctrinae tenaces simus, eamque non modo profiteamur, sed uita quoque ac moribus exprimamus, digneque Euangelio ambulemus! Valete, *Charissimi et honoratissimi Fratres*, nostramque amicam compellationem aequis animis accipite ac DEO pro salute Saxoniae, huiusque cumprimis Academiae, nobiscum toto pectore supplicate! Witembergae, X Cal. Octobr. anni secularis CIↃ IↃ C C XVII.

CASPAR LOESCHER, D. et Prof. Publ. primar. Ecclesiae Oppid. Pastor. et Elect. Saxon. Superint. Gener. Consist. Eccles. Assess. et Fac. Theol. Senior, aetatis LXXXII.

GOTTLIEB WERNSDORFIVS, D. et Prof. Publ. Aedis OO. SS. Praepositus, Senatus Eccles. Assessor, Collegiique sui, h. t. DECANVS.

MARTINVS CHLADENIVS, D. et Professor Publicus.

GEORG. FRIDER. SGHROEER, D. et Prof. Publ.

Facultatis Theologicae literas excipiebat die XXIV Octobr.

Intimatio Iubilaei Euangelici secundi, in toto Electoratu Saxonico, et uicinis Prouinciis, bono cum DEO, proximis diebus celebrandi, publicata ab Academia Wittenbergensi, sequentibus uerbis concepta.

Iubilate DEO *omnis terra. Seruite* DOMINO *in laetitia, introite in conspectum Eius in exultatione, cognoscite, quod* DOMINVS *ipse est* DEVS. *Ipse fecit nos, et non ipsi nos. Populus Eius et grex pascuorum eius. Ingredimini portas*

Eius

Eius cum celebratione, atria eius cum laude. Celebrate et laudate nomen Eius, quoniam suauis est DOMINVS: *In aeternum misericordia Eius, et usque in generatione et generationem ueritas Eius!* Parum abest, quin *Secularem* hunc hymnum dixerimus, qui et centesimum numernm explet, et inscriptione *Eucharistici* a Spiritu S. ipso cohonestatus est. Adeo et materiam gaudii, ad quod uos excitamus, et modum illius exercendi atque significandi uelut uiuis coloribus adumbrat. Noluit sane tardos nos esse ac segnes in mirabilibus DEI exponendis ac celebrandis, quotiescunque occasio insignis nobis offeratur. Ideo ne quidem argumentis deesse uoluit grauissimis, quae alias animo non semper obuersantur, ut eo magis excitaremur a torpore, si forte beneficia Numinis uel ingrata, uel leui, mente, quod absit, non aestimaremus, uel saltem non fida satis memoria teneremus. Reuocat enim nobis in mentem, *quod Dominus DEVS noster* sit, quod *ipse nos fecerit in populum* ac gregem suum, quod *atria Eius perpetua cum laude queamus ingredi*, quod *suauitatem Eius gustemus* ac percipiamus, quod *misericordia Eius perpetua* et indefinenti fruamur, quod *a generatione ad generationem* ueritas ipsius, huiusque cognitio saluifica, per praedicationem euangelii propagetur et promulgatur.

Tacet hic reliqua Regius Psaltes, cum ea alibi fusius enarret, quae ad corpus sanandum tuendumque pertinent, ut eo attentius in sublimitate iam enumeratorum scrutanda oculos defigamus, utpote quibus augustius aliquid et maius nulla intellectus acie, praeter ipsam uitae aeternae fruitionem, excogitari potest.

Ista haec uero gaudii argumenta ad nos pertinere, non implicita quadam credulitate, sed fide certa et indubitata, credimus ac profitemur. *Scimus enim, in quem credamus, nouimusque, quod nostrum depositum sit conseruaturus ad diem illum extremum*, 2 *Tim.* I, 12. Nouimus, DEVM semper habuisse ecclesiam ex fidelium coetu consociatam, reductam autem ad paucos nonnunquam, et eos quidem aut, sub ecclesia uisibili falsa, in obscuro uelut suppressos et latentes, aut alicubi tamen uisibiliter interdum quodammodo, etsi uel in terrae cauernis, congregatos et cultui diuino uacantes. Ita quondam ante LVTHERVM rem gestam esse, hostoriarum ueriss̃ima documenta testantur, ubi tenebrae operuerant terras, et ita eas obduxerant, ut iam frustra quaeratur, ubi locorum uera Ecclesia DEI uisibilis fuerit? Fuit enim in toto terrarum orbe dispersa, instar gregis balantis, sine pastoribus fidis, a quibus colligerentur, et instar messis, quam nemo meteret, donec tandem DEVS, misertus conditionem illam satis lugubrem, D. MARTINVM LVTHERVM excitaret, Spirituque plane heroico ad res tantas efficiendas instrueret, quantas humanus intellectus ne capere quidem, aut intelligere, potest. Quid

enim quantumque per Virum illum praeſtiterit eccleſiae, reipublicae, ac ſtatui oeconomico, facilius fere eſt uenerabundo ſilentio intueri et admirari, quam multis deſcribere ſermonibus. Nihil iſte ueritus pericula ac diſcrimina uitae praeſentiſſima, Numinis honorem omnibus commodis antetulit, ac ueritate nihil prius et antiquius habuit, Scripturae Sacrae uſum omnibus communem aſſeruit, atque manibus hominum extortam mentibusque reſtituit, ad publice interpretandam ac priuatim legendam Spiritus S. ope adiutus accommodauit, manuque ſua laborioſiſſima eam transferendam aggreſſus populo in uernacula uoluendam et intelligendam dedit. Patribus eccleſiae et Conciliis antiquis dignitatem ueram rurſus conciliauit, et ad uera prae falſis dignoſcenda criteria ſuppeditauit Traditiones ſeculorum ſuperſtitioſo decurſu introductas, et legibus diuinis aequiparatas, ſemouit. Circa cultum publicum ceremonias repurgauit, praedicationem puram et aſſiduam introduxit, catecheticam cognitionem inſtar lactis populo propinauit, atque in locum miſſarum, ad populum in cognitone DEI erudiendum nihil ſeruientium, modum recte docendi expoſuit. Sacramentorum uſum a mutilatione et inutilium adiectione liberauit, calicem euchariſticum laicis ex inſtitutione Chriſti porrigendem dictitauit. Animas dubitantes de gratia DEI et remiſſione peccatorum impetrata certis promiſſionibus Scripturae confirmauit. Confeſſionem genuinam et abſolutionem, ſepoſitis, quae ibi perperam gerebantur, ad uſum et ſolatium auditorum pertinere homines docuit. Variorum hymnorum exquiſitiſſimorum dulcedine cultum ſacrum diſtinxit. Miniſtris uerbi omnibus ac ſingulis orationem, meditationem, et tentationem commendauit. Academias et ſcholas retintegrauit, et ad ſincerae doctrinae, ueraeque pietatis, ac bonarum literarum cultum reduxit, et inania ſcientiarum portenta eliminauit. In doctrina ipſa fidei collapſam de peccato ſententiam orthodoxam integritati ſuae reſtituit, uitam aeternam omnibus credentibus absque praeuio purgatorio ingrediendam aperuit, atque hoc grauiſſimis argumentis ex cenſu credendorum ſuſtulit. Homines circa cauendum infernum ab expiatione et ſatisfactione propria, uel quacunque alia humana, ad plenariam et unicam, quae Ieſu Chriſti eſt, manuduxit. Veram iuſtificationem, per fidem ſolam in meritum Saluatoris, manifeſtauit. Sanctificationem et opera, exinde reſultantia, ſuo iuſtoque loco repoſuit. Anologiam fidei uniuerſae atque catenam ſalutis perſpicue, et, quod poſt aeuum Apoſtolicum uix ita factum eſt, maxime diſerte hominibus, uelut in tabula, depinxit, atque Chriſtum ſic ante ipſorum oculos delineauit. Principibus praeterea dignitatem ſuam et maieſtatem uindicauit. Statum illorum a DEO inſtitutum aduerſus ea, quae

ab Episcopis Romanis ultra sphaeram suam tentata et disignata, defendit, ac ipsorum molimina multis rerum argumentis detexit. Subditis reuerentiam et obsequium ubique, nisi in iis rebus, quae solius DEI imperio subiacent, erga magistratum exhibendam inculcauit. Milites de salute sua certiores esse iussit ad instar Ioannis, primi Praeconis noui Testamenti. Omnium conscientiis etiam in maximis perturbationibus recte, grauiter, et solide consuluit, tranquillatasque eas reddidit. Statum oeconomicum per monachatus immensam depraedicationem, aliasque causas, fere collapsum reuiuiscere fecit. Opifices, operarios, seruos, ancillas in officio suo, auspicio Numinis, recte uersari, ac beate uiuere et mori posse, docuit. Coniugii institutionem ab insectationibus uariis asseruit, et sacerdotibus iugum coelibatus peruersi abstulit, usumque benedictionis diuinae commendauit. Cellas et claustra uerae mortificationis non habere documenta, sed potius malignitatis saepius esse domicilia, idoneis argumentis demonstrauit. Crucem et calamitatem a fontibus suis genuinis recte deriuauit, et remedia solida subministrauit.

Horum omnium beneficiorum, per LVTHERVM unum, eundemque mediocris ordinis uirum, humano generi a DEO exhibitorum, quorum uel minimum singulari uoluptate animum recte ac pie cogitantis adimplet, auspicatissimum initium, etsi in oculis mundi admodum tenue, uti omnes res magnae solent, factum est *Die XXXI. Octobr.* in quo MARTINVS LVTHERVS, quicquid in doctrina et praxi recepta circa indulgentias, et quae illis connectebantur, conscientias hominum uellicaret, animo imperterrito positionibus fere centum hic Wittebergae ualuis templi ad arcem omnibus SS. dedicati in ipsa meridie affixis exponeret, et ad ueritatem coelestem, ex uerbo DEI defendendam, se promtum et alacrem toti orbi sisteret. Ita enim mox factum est, ut et ad Tezelii dubia, sub cuius nomine Conradus Wimpina latebat, et Syluestri Prieriatis, uersutissimi aduersarii, exceptiones captiosas responsurus in doctrina ueteri Apostolica circa Christi meritum, unicum iustificationis nostrae fontem, procul remoto ab eo foro operum merito, uel tantillo, quotidie magis magisque confirmatus sit. Vbi mox splendor Euangelii non paulatim sensimque, sed iactis uelut radiis per uniuersum orbem, ita benedicente DEO, et prouidente ecclesiae suae, dispersus est, nubibus caliginosis, quibus premebatur, dissipatis, restituto puro DEI cultu et *summa praeceptorum omnium*, quae est *amor ex corde puro, conscientia bona, et fide non hypocritica* ac simulata, quam alii satis multi negligentes declinauerant a *uera Theologia ad mataeologiam*, ut Spiritus S. per calamum Apostoli loquitur, 1 Tim. I, 5, 6.

5, 6. Vnde *Angeli*, Ioanni in uisione monstrati Apoc. XIV. 6, 7, *munia* exacte expleuit, euangelium aeternum et Patriarchis ac fidelibus omnibus aeui familiare, uerumque timorem DEI eiusque glorificationem, ut et adorationem Numinis creatoris, abductis hominibus a creaturarum qualiumcunque, etiam sanctarum, cultu, uoce magna coram uniuerso mundo exposuit.

Huius igitur diei memoria, sicut nobis quotannis, pio maiorum instituto, publice priuatimque recolitur, ita, reuolutis iam in orbem bis centum annis, quantum sit DEI Clementissimi munus, ecclesiam suam custodientis, par est, ut non minori, sed notabiliore potius, laetitiae sensu recogiretur et celebretur. Neque credimus futurum, ut quisquam gaudium hoc innocens, sanctum, et intemeratum non pronunciet, si ea, quae agimus, in timore Domini ac reuerenter decenterque peragamus, atque, prout nos excitat Regius Psaltes, *Iubilemus ac seruiamus Domino in laetitia*, et laetabundi in conspectum Eius prodeamus, cognoscamus, quod Dominus sit noster DEVS, qui nos fecit, indignos equidem, populum suum et gregem pascui sui, ut ingrediamur portas templorum nostrorum cum celebratione, et atria Eius cum laude. Celebremus et laudemus nomen Eius altissimum, sanctissimum, et omni religione uenerandum!

Quod igitur benignissimus DEVS feliciter euenire iubeat, et tendere in gloriam suam, seraeque posteritatis memorabile exemplum, ac iucundissimam aliquando nepotum recordationem, TRIGESIMVS PRIMVS Dies OCTOB. cum sequentibus sancta et religiosissima solennitate, ut a maioribus nostris ante hoc seculum, quod nunc finimus, factum esse monumenta docent, nobis erit celebrandus. Et *Triduum* quidem totum *cultu publico*, ut solet festis sacratissimis fieri, consecrabimus, concionibus, quibus beneficia in conseruatione uerbi diuini reposita exponentur, in Domino pie ac religiose uacaturi, precibusque ardentissimis pro ulteriori confirmatione in ueritate coelesti, ac pace publica sacra atque profana, DEVM imploraturi. Sequentes hebdomadis dies Orationibus, Disputationibus selectioris argumenti, Promotionibus, aliisque gaudii puri sanctique significationibus, quae ex hoc loco publico porro indicabuntur, destinati sunt.

Nostrum uero uestrumque est, quotquot tanti in nos et Maiores nostros collati beneficii sensu exquisitiore tangimur, expromere animos, et effundi in grates, DEO ferendas, uotaque persoluenda pro immenso misericordiarum cumulo, quo ecclesias Euangelicas per uniuersum illum temporis decursum ad praesentem usque diem affecit, precibusque seriis

ipsum

ipſum fatigare, ut paterna clementia nos omnes ac ſingulos complectatur porro, ac ueritatis coeleſtis incomparabile depoſitum clementiſſime tueatur, benigneque concedat, ut, ſicut maiores noſtri puritatem euangelii, a ſe omni fide cuſtoditam, ad nos transmiſerunt, ita etiam noſtra poſteritas, ipſo annuente, exacto abhinc ſeculo, pari felicitate ac tranquillitate gaudeat, ſimiliterque deinceps ad ſuos poſteros, quod acceperunt a nobis, depoſitum incorruptum et illibatum transmittat.

Et tu, *Domine DEVS, miſerator et miſericors, patiens, et multae miſericordiae, ac uerax, reſpice in nos, et miſerere noſtri da fortitudinem ſeruis tuis. Fac nobiſcum ſignum in bonum, ut uideant, qui oderunt nos, et confundantur, quoniam tu, Domine, adiuuiſti nos, et conſolatus es nos! Pſ. LXXXVI, 5, 16, 17.*

P. P. *WITTENBERGAE* cum Sigillo Academico,
ſub Rectoratu Magnificentiſſimi
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
FRIDERICI AVGVSTI
Regii Principis et Electoratus Saxonici Haeredis,
PRORECTORE
ADAMO BRENDELIO
Artis Salutaris Doctore, Botanices et Anatomices
Profeſſore Publico,
Dom. XXII a Feſto SS. Trin. quae erat XXIV Octobris Anni Saluatoris M D CC XVII

Quae cum praemiſſa, et ipſi dies feſti nunc proximi, eſſent, ſequens promulgabatur in tabulis publicis Academiae admonitio.

PRORECTOR ET CONSILIVM ACADEMIAE WITTEMB. PVBLICVM

Appetit tempus, quod admiratione rei, diuinitus geſtae, commouet animos, adeo, ut nemo, a partium ſtudio uacuus, religionis, temporum corruptelis deprauatae, emendationem, abhinc annis ducentis ſuſceptam, recordetur, quin diuinae ſimul miſericordae ac benignitatis uim, tam neceſſario patefactam opere, et animaduertat manifeſto, et memor gratuſque ueneretur. Eius

 uero

uero rei, coelesti agendae auspicio, primordia cum Wittenbergae sint capta, non immerito, ex disiunctissimis gentium finibus, animos huc oculosque conuertunt omnes, tantoque maior nobis adhibenda est diligentia, ut nos tam singulari Numinis diuini gratia praestemus. Quod quidem fieri scimus, si meminerimus pie, quantum salutis, uindicatis in pristinum sacris, ad nos redundauerit, quanta sit pernicies a nobis depulsa, si, animis, ad agendas habendasque gratias compositis, Templa frequentemus, si domestica perfuncti religione, sobrie, continenter, placide, uiuamus. Sic agite, o CIVES, nobis carissimi, et hoc agite potissimum tempore, quo concursu ex aliis locis ad nos facto, saepe non desunt illecebrae peccandi, sed per eas periculum, tanto praesentius ac grauius, potest adiri. Namque iussu REGIO est praeceptum, uos ad pacem, concordiam, modestiam, quam grauissime cohortemur, ne uel ipsi uos geratis insolentius, uel, aliorum uocibus incitati, officium deseratis. Quod si qui, praeter opinionem nostram, sunt futuri, qui *uel domi, uel in publico, uel in urbe, uel ruri, res nouas moliantur, uim inferant, factisque ac dictis ullas usquam dent turbas*, his quidem LEGIS REGIAE maiestatem, ultricemque seueritatem, mature contemplandam, proponimus, his praemonendo denunciamus, fore, *ut, quisquis, ulla moris licentia, deliquerit, idem iste grauiter, nec uenie ullius ulla spe, puniatur*. P. P. IX Kalendis Nouembres, anno recuperatae salutis CIↃ IↃ CC XVII

Quam mox die VII Kal. Nouemb. siue XXIV Octobr. sequebatur notitia rerum, in festis agendarum, his uerbis expressa,

PRORECTOR ET CONSILIVM ACADEMIAE WITTEB. PVBLICVM

Quanto exoptatius, et, Numinis manifesti sensu, augustius, est hoc, ad quod sumus reseruati, tempus, tanto minus, iudicamus, committendum, ut quicquam praetermittamus eorum, quae ad illud, uel animi religione consecrandum, uel ornatissima quaque celebritate cohonestandum pertinere uideantur. Proinde, cum maturo utique consilio, utrique prouisum sit rei, uestra, CIVES, arbitramur, interesse, uti, quid apud nos deinceps proximae hebdomadis quoque futurum sit die, sigillatim accipiatis. Est autem rei, quam immortali DEI beneficio debemus, caput, ut agendi primordia capiamus a cultu diuino, quantaque animi submissione munus tam coeleste, complectamur, cunctis palam faciamus. Primum igitur triduum rei diuinae in sanctiore coetu faciendae, officio destinatur, concionibus audiendis, hymnis

mnis concinendis, mentibus pia lectione ac meditatione reficiendis, unice impertiendum. Die, qui insequitur, III Nonas Nouembres, ab hora matutinae nona, oratio secularis a Viro summe Reuerendo, *Gottlieb Wernsdorfio*, Doctore Theologo, aedis, Arci coniunctae, Antistite, et Senatus *Ecclesiastici* Assessore, ab hora uero secunda pomeridiana Carmen saeculare a V. C. *Friderico Strunzio*, Professore poeseos Publico, recitabitur iuxta, ac cum sempiterna diuinae bonitatis laude coniungetur. Postero die, qui dies est pridie Nonas Nouembres, Disputationi solemni praerit Vir summe Reuerendus, *Martinus Chladenius*, Doctor Theologus, et Alumnorum, studiis deditorum, Ephorus, suique Ordinis Praeses, sistet in Cathedra Lutheri Virum maxime Reuerendum, Albertum Boetticherum, ut hic, ad altius decus, gradu rite structo, honores, in Theologia summos, una cum aliis, postridie capessat. Eodem *Decano*, ab Amplificatore dignitatis summe Reuerendo *Georgio Friderico Schroetero*, Doctore Theologo, et Alumnorum, quos modo diximus, Curatore, Ipsis Nonis Nouembris Sacri Ordinis Doctores festo ritu creabuntur. Octauo Idus Laurea Philosophica, et Poetica, Exornatore Candidatorum Spectatissimo, *Martino Hassen*, Philosophiae, de Moribus ac Republica, Doctore publico, distribuetur. Ad extremum septimo Idus finem solemnibus imponent ciues Wittenbergenses, quorum nomine duo prodibunt in medium, gratique animi officium DEO persoluent, pro aeternae ueritatis lumine, quod, temporum caligine circunfusum, diu latuerat, primum in patria elato rursus, et sine labis accessione, ad nostram memoriam, perbenigne conseruato. Oramus interim obsecramusque DEVM, ut negotium, quod suscipimus, ex animi sententia euenire, sinat, uosque, CIVES, sui ueneratione Numinis impleat, quo beneficii, diuinitus nobis dati, magnitudinem religiose perpendatis, et uitam agendique rationem, huius sanctitati temporis consentaneam, optimo cuique probetis. P. P. septimo Calendas Nouembres, anno restitutae salutis CIↃ IↃ C C XVII.

Quibus rebus ita constitutis *Vice Prorector*, ERNESTVS CHRISTIANVS SCHROEDTERVS, absente PRORECTORE, solennia ordinabat, ordinemque disponebat, quem seruare debebant Musae Wittenbergenses, cum quo non tantum praefectus castri Witteb. et dux belli, b. ROEBEL, faciebat, ac praesidiariis stationes assignabat suas ad publicam tranquillitatem conseruandam, sed etiam Senatus oppidanus ciuibus suis imperabat, ut religiose Jobelaeum celebrarent inuigilaremque, ne uel incendia, uel alia pericula, exorirentur. Bene igitur dispositis omnibus, quae ad disciplinam, tranquillitatem, et felicitatem spectabant publicam, die XXX Octobris, b. IO. CASPAR HAFERVNGIVS, Th. D. et P. Extraord.

Extraord. aedisque *Marianae* Archidiaconus, ſermone ſacro, Apoc. II, 11, exponente, animos in templo oppidano praeparabat, ipſo uero die feſto, XXXI Octobr. ſcilicet, paulo ante horam matutinam tertiam, turres templi Mariani, Senatus oppidani iuſſu, illuminabantur, atque, audita hora III, lituos, buccinas, ac tubas, tympanis interſtrepentibus, inflabant muſici, et Ambroſianam, praeter alios hymnos, canebant cantionem. Qua pietate finita, hora IV-V campanae, tribus diſtinctis pulſibus ciebantur, et, hora fere VI Prorector et Profeſſores in Muſeo b. Lutheri conuenerunt, Doctores, Licentiati, reliquique hoſpites in Alumneo, Ciues autem in area maxima. Atque inde, decantato hymno Germanico, *Es woll uns Gott genædig ſeyn*, hora fere ſeptima proceſſit Prorector Magnificus, D. ADAM BRENDELIVS, Anat. et Botan. P P. pallio holoſerico rubro et auro intertexto indutus, ac pileo conſimili ornatus, comitantibus eum duobus Theologis, omnique reliquorum Patrum ordine, Academiae Proto Notario et quaeſtore agmen claudentibus. Praeibant Prorectori et Patribus ſex, quos uocant, *Mareſchalli*, ex ſtudioſa iuuentute delecti, hos ſequebantur muſici, lituos ac buccinas inflantes, quibus proximi erant duo miniſtri Academiae, totidemque beneficiarii ipſis adiuncti, palliis coccineis, quae aureis fimbriis ornata erant, amicti, atque ſceptra argentea praeferentes. Hos excipiebant duo *Mareſchalli*, quos ſequebantur Doctores, Licentiati, reliquique, qui forum agnoſcunt Academicum, literati. Poſt hos praecedebant, ſex *Mareſchalli*, eadem pompa, qua ſuperiores, et muſicorum chorus cum lituis ac buccinis, atque hinc ſequebantur, praeeunte Seninore totius iuuentutis ſtudioſae, ordine ſtudioſi omnes. Durante proceſſu campanae aedis Academicae pariter, atque oppidanae, pulſabantur. Simulac uero in aedem Academicam ingreſſi fuerunt omnes, hymni, intermixtis inſtrumentis muſicis, canebantur ſequentes, *Allein GOTT in der Höh ſey Ehr*, *O Herr GOTT dein göttlich Wort*, *Aria, der Glaube*, *Liebſter Ieſu wir ſind hier*, praelectis ſimul, quae *in der Anordnung* demandata erant. Cantionibus igitur abſolutis cathedram b. *Lutheri* ſacram conſcendebat b. *Gottlieb Wernsdorfius*, Th. D. P. P. dictae aedis Praepoſitus, et Conſiſtorii Eccleſ. Aſſeſſor, orationemque in *Euang. Domin. XXII poſt Trinit.* Matth. XXII, 15-22 extans, habuit, ex quo propoſuit

Einen Euangeliſchen Iubel Groſchen,

wobey gefragt worden, *Wes iſt das Bild und Ueberſchrift,*

und zwar auf der einen Seite praeſentiret ſich das Bild des ſeel. Herrn D. Lutheri mit der offenen Bibel in der Hand, und dieſer Ueberſchrift,

Wir

Wir wiſſen, daß du wahrhaftig biſt, und lehreſt den Weg Gottes recht, und du fragſt nach niemand, denn du achteſt nicht das Anſehen der Menſchen.

Auf der andern Seite aber erſcheinet das Bild eines aufrichtigen Lutheraners ſo mit der rechten Hand den Zinsgroſchen auf einen mit Cron und Scepter belegten Tiſch hinlegt, mit der lincken aber ſein mit Andacht angeflammtes Hertz auf einen Altar dem Herrn, ſeinen Gott, opffert, mit dieſer Ueberſchrift,

Dem Kayſer, was des Kayſers iſt,
Und Gotte, was Gottes iſt.

Ienes wird uns der Reformirenden Beſchaffenheit, dieſes der Reformirten Schuldigkeit weiſen.

Poſthaec recitabatur precandi formula, uid. ſupra p. 197, et decantato hymno Ambroſ. *TE DEVM laudamus*, tympanis ac tubis intermixtis, benedicebatur populo, ac concludebantur ſacra hymno, *Ach bleib bey uns HErr Ieſu Chriſt.* Quo facto Academia eodem ordine progrediebatur in templum oppidanum, in quo b. GEORGIVS FRIDERICVS SCHROEERVS, Th. D. P. P. Regio Elector. Alumnor Ephor. orationem habuit ſacram in 2 Petr. I, 19, b. D. LOESCHERI uice, ſenio confecti, a meridie uero concionabatur apud populum Archidiaconus, D. HAFERVNGIVS. Altero die feſto in templo Academico, b. D. MARTINVS CHLADENIVS, P. P. in Pſ. XLVI, 2--6, in oppidano uero D. SCHROEERVS, in eiusdem Pſalmi uerba, et a meridie in Luc. XII, 32, D. HAFERVNGIVS habuit orationem. Tertio, feſto, die 11 Nouembr. in templo Academico D. KLAVSING, Th. Prof. Extraord. Mathem. Super. Ordin. in 1 Tim VI, 12-16, in oppidano, D. CHLADENIVS in eundem locum *Paulinum*, et a meridie Licentiandus BOETTICHERVS. Superintend. Kirchhayn, in Io. XVII, 17, concionabatur. *Hymnos, Arias*, et quae ſunt reliqua, legere qui cupiat, adeat *das Euangeliſche Wittenberg, wie es das zweite Iubel-Feſt der Reformation Lutheri* c1Ↄ 1Ↄ c c XVII *begangen*, item, *das iubilirende Wittenberg.*

Tribus his feſtis feliciter finitis, d. III Nou. ſiue die Mercurii, habebantur orationes in aede Academica ſeculares, et quidem ante meridiem dicebat orationem b. D. GOTTLIEB WERNSDORFIVS, Praepoſitus huius aedis, a meridie b. FRIDERICVS STRVNZIVS, Poeſ. P. P. recitabat Carmen ſeculare, poſtquam antea campanarum ſono con-

ueniendi tempus indicatum fuerat, ac Prorector, P. C. et Hoſpites in ſacrario aedis dictae ſeſe congregauerant, et inde progreſſi ſubſellia, panno rubro obtecta, occupauerant. Ante et poſt orationes *Ariae*, concentibus Muſicis intermixtis, canebantur. Die IV Nouembr. ſiue die Iouis, pro Licentia diſputabat M. ALBERTVS BOETTICHER, Superint. Kirchhayn. ſub praeſidio D. MART. CHLADENII de *methodo Euangelicorum in inquirenda ueritate coeleſti aduerſus Lamindum Pritanium*, quam Diſputationem opponendo illuſtrabat ipſe Prorector Magnificus, D. V Nou. ſiue die Veneris, tum *Facultas Theol.* Decano et Procancellar. D. MART. CHLADENIO ac Promotore D. GEORGIO FRIDER. SCHROEERO, tum *Iuridica*, D. GODOFREDO LVDOVICO MENCKEN, Decano et Procancellario, D. CASP. HENRICO HORN, Fac. Iur. Ordinario et Promotore, Doctores in aede ad arcem, ſaepius memorata, ſolenniter, more conſueto, creauit renunciauitque, et quidem illa *octo*. haec uero unum, quos infra in Catalogo Doctor. uidere licet. D. IV Nouembr. ſiue die Sabbati, Decanus Fac Phil. MARTINVS HASSEN, Moral et Ciuil P. P. in eodem templo XLIII Candidatis Philoſ. Gradum Magiſterii, et duobus lauream Poet. ſolemniter contulit, poſtquam orationem antea habuit *de Luthero, utilioris ſcientiae Moralis Reſtauratore*. Poſt actum hunc ſolemnem in Auguſteum ſe recipiebant Profeſſores et Aſſeſſores Fac. omnesque Magiſtri cum Poetis laureatis, ibique ſplendido excipiebantur conuiuio.

Poſtremo, d. VII Nouembr. ſiue die Dominica, ſtudioſi hic Wittenbergae nati, flos ipſe iuuentutis, hoc feſtum duabus Orationibus ſoleniſſime celebrarunt. Nam cum hoc ſuum laudabile inſtitutum Academiae *literis* indicarunt, rogantes, ut tabulis publicis idem publicaretur, et Dn. Prorector ac P. C. ipſi adeſſent fauerentque, non tantum annuerunt precibus, ſed etiam Calendis Nouembr. ſequentibus literis in Tabulis publicis inuitati ſunt CIVES. (*)

PRORECTOR
ACADEMIAE WITTENBRGENSIS
ADAMVS BRENDELIVS, Phil. et Med. D. Anat. et Botan. Prof. Publ.
Ciuibus Academ. S. P. D.

Quod

(*) Extat quoque hoc Programma in b. IO. GVIL. BERGERI libro, appellato, Stromateus Academicus, p. 709, ſeqq. immutatum paucis.

Quod, immortali immortalis DEI beneficio referamus, oportet, acceptum, incidimus in tempus, religionis, assertae diuinitus ac restitutae, memoria sacrum, quo, abhinc annis duocentis, coelestis lux ueritatis, occaecatis hominum mentibus oborta, rursus exsplenduit, et, dissipata errorum caligine, breui ultimas orbis Christiani gentes nationesque collustrauit. Rei tantae praefuit DEVS, humanae calamitatis misericordia captus, eidem uero MARTINVS LVTHERVS, diuino perculsus afflatu, subseruiit, quem, ab omni temporaria et callida sanctitate alieniſſimum, nulla animi libido, nullum principibus uiris placendi studium, ad moliendas res nouas, incitauit, sed ad iugum sacrae tyrannidis depellendum, res hominum desperatae, et istorum, qui habebant quaestui religionem et cauponabantur, improbitas subegit, ab ipsis certe, qui Romanis studeant ceremoniis, prudentioribus reprehensa, tamque impotentis animi effrenatione, ut, (*) *etiamsi quis uirginem matrem uitias-*

(*) Ita Sleidanus Lib. XIII, pag CCIX auersa, editionis primae, quae, in forma ordinis maioris, Argentorati, anno CIↃ IↃ LV, in uulgus exiit, curata ab ipso auctore et probata. Hoc idem extat in edit. Argentoratensi minore, excusa anno CIↃ IↃ LXI, etiam in alia ex Theodori Rihelii officina. Sed idem liber, Francofurti, anno CIↃ IↃ CX, exscriptus, corrupta Sleidani scriptura, habet, *Si quis uirginem aut matrem uitiasset*, aduersariorum dolo, incertum, an iussu. Nam liber dicitur emissus *permissu superiorum*, et laudatur ibidem *editio noua, prioribus correctior*, quam tamen rectius mendosam uoces, et subdole deprauatam. Sleidanum tuetur ipsa Lutheri Propositio, ex illis quinque et nonaginta, Arcis Wittenbergensis aedi publice affixis, V et LXX, quae, una cum ceteris, relata est in primum uolumen monimentorum ab illo relictorum. Est autem illa, *Opinari, uenias Papales tantas esse, ut soluere possint, hominem, etiamsi quis, per impossibile, DEI Genetricem uiolasse, est insanire.* Interim locus Sleidani deprauatus effugit animaduersionem Hardtianam, ab illustri Seccendorffio alioqui laudatam.

ziasset, ac grauidam feeisset, huius tamen criminis, aeris interuentu, condonandi potestas ostentaretur. Quam misere cum illa sit actum aetate, horum aequales temporum, neque hi uel imperiti, uel partium nomine suspecti, pronuntient, e quibus ille, Roterodamus, quamuis sui semper esset iudicii, ad GEORGIVM tamen, Saxonum ducem scripsit, a Luthero, *Christi, paene aboliti, negotium, summo cum orbis applausu, agi coeptum fuisse.* Franciscus etiam Guicciardinus, scriptor prudentiae in primis spectatae, grauiter incusat nundinationum sacrarum licentiam, quam cum tanta coniunctam fuisse praedicat impudentia, ut ipsae tabulae, quibus uenia promulgaretur, ac uel mortui supplicio liberari dicerentur, in Germania potissimum, paruo sint uenditae, in ipsis quoque cauponum tabernis aleae, per summam proteruiam subiectae. Eandem auaritiam, quae uita functos, singulis acceptis aureis, expiare studuerit, execratur Paullus Iouius, neque ipse, qui, maleuolentia suffusus, uera malit infitiari cuncta, Laurentius Surius *deformes*, quae ciuitatem DEI polluerint, corruptelas reticere potest, eisdemque bonos, testatur, omnes fuisse non mediocriter offensos. Vt omittamus alios, Hadrianus, eo nomine, in serie Pontificum, sextus, labe, quae superiorem Leonis decimi contaminauerit aetatem, considerata, omnia, fatetur posterisque nuntiat, esse corrupta, remque, docet, emendationis egere, quae tamen, ob morbum nimis inueteratum, eundemque uarium et multiplicem, difficilis sit futura. Nimirum blanditiis assentatorum circumsessus erat Leo, et uel luxui, uel largitionibus effusis, opes, ambitioni dominatum immensum, quaerebat, adeo, ut auctoritatem, concilio Lateranensi constitutam, supra ipsam concilii potestatem efferret. Proinde diuino prouisum est consilio, ut cum anno saeculi sexti decimi decimo septimo, mense Martio, dimissus esset e Laterano senatus, mox pridie Calendas Nouembres exoriretur ille diuini Spiritus Isebiensis, qui fallaces fucosasque indulgentiae Pontificiae merces fraudis insimularet, profligatoque mercatu nefario, et arrogantiam comprimeret, et expeditiorem salutis uiam aperiret,

et

et animos a ſeruitute in ueram ſinceramque libertatem uindicaret. Tanti, quod optarunt multi, nemo ante id tempus perfecit, operis contemplatio ſtupore defigit animum, quantumque id ſacra, ultimis reddita incunabulis, ad priſtinam, diuque ſepultam ac ſitu obſitam, reuocauit integritatem, tantum ſuperat omnes omnium commutationes temporum, quas promulgatio doctrinae ſalutaris excepit. Etenim, cum, mente percurſis omnium ſpatiis aetatum, diſciplinae, ſacris proditae literis, memoriam recordati ultimam, illius, poſt auguſta et heroica diuinorum Legatorum tempora inclinantis, atque a prima caſtitate degenerantis, quatuor inſigniores reperiamus uiciſſitudines, harum, cognoſcimus, alias aliis uel peiores eſſe, uel meliores, nullam tamen tam puram incorruptamque, quae non aliqua, praeſertim aeui, macula infuſcetur. Origenes, quanto plus ingenio ualuit, tanto ei liberalius indulſit, et multitudinem, auctoritate ſui nominis inductam, a piae fidei obſequio ad rationis, nihil ſibi non arrogantis, fiduciam conuertit, efficitque, ut natiua uerborum ſignificatio obſoleſceret, et, ignorata uocabulorum proprietate, res nouae, antehac inauditae, a diuina abhorrentes ſententia, confingerentur, ac poſterius ipſum quoque pelagianum uirus, peſtifero altum ſemine, latiſſime ſpargeretur. Etſi uero, cum alii nonnulli priſcae adhuc uirtutis, tum Methodius ille, Origenianae exemplum licentiae grauiter tulerunt, tamen, coeleſti mentis inſtinctu, extitit demum Auguſtinus, deprauatamque ſuperioris aeui conſuetudinem correxit, fontes, quoad potuit, a ſordibus repurgauit, acerrimo certe iudicio, admirabili ſanctitate, incredibili labore, fregit aduerſarios et comminuit, animumque, religionis plenum, ubique declarauit, ſed non pari ſemper perſpicuitate docuit, nec ſecius, atque alii, ex praeſentium ſtudio rituum aſciuit aliqua, de uotis etiam, et alia quaedam, ſecurius aliquando praecepit. Hunc ſibi praecipue ducem ſumſerunt uiri conſequentium temporum pii, doctrinisque ac moribus intenti regundis, in primis Proſper, Maximus, Hugo, Bernardus ipſe, a quorum tamen uirtute deſciuerunt alii, qui, auctis interim cumulatisque antiſtitum opibus, ad quaeſtum ſeſe ac libi-

dines contulerunt, et, uel ſine probitate, ſine doctrina, ſacris praefuerunt, uel, artibus aulae Romanae dediti, aſſentationis turpitudine cuncta foedarunt, uel, ſtudio litium amplitudinem fortunasque conſectati, rerum, ex ipſa diuinitate hauſtarum, intelligentiam cum ſcientia rei forenſis commutarunt. Solutiſſimis iſtorum efferatisque moribus infenſa, utraque Dominici et Franciſci familia, quae dilapſa iam fluxerant, ſeueris legibus uincire, auaritiam, abundantesque ſaeculi uoluptates temperantiae diſciplina coercere, et repreſſo fori ambitu, ſacras, quae, gigantum impetu poſtratae, iacebant, literas extollere, inſtituit, ſic tamen, ut et ignoratione cumulum afferret ſuperſtitionum, et, miſcendo humana diuinis, theologiam conuerteret in ſcientiam philoſophandi. Nam multos amor Philoſophi auctoritasque fefellit, multos diſputandi comminiſcendique intemperantia peruertit, multos non ſolum futiles, ſed etiam impiae, quaeſtiones profanos reddiderunt et inuiſos, quorum ingeniis lumen eruditionis, diſceptationibus religioſa cautio, cum deeſſet, accidit, ut cum ſapientia commisceretur temeritas, et, pariter cum monſtris opinionum, coenum, ipſaque uenena, in fontes ſacros infunderentur. Vidit hos morbos ille, quaſi coelo demiſſus Elias quidam, et dolore incenſus, Ariſtoteli, placitisque hominum, DEI uocem poſthaberi, pati non potuit, et, eiectis Alberti, Thomae, Scoti, aliorum, quisquiliis, ab omni purgatam eluuie, originique ſuae ſimillimam, reddidit nobis doctrinam, interpres diuinae mentis tanto, uel ipſo Hipponenſi praeſule, fidelior, quanto linguarum ſcientior, ac, uero ſinceroque penitus explorato, caſtiſſimi cuiusque officii ratiocinator tam bonus, falſi omnis prauique animaduerſor tam circumſpectus, ut iſta quoque, opinionis uetuſtate, ſine uitii ſuſpicione, probata, excuteret, ad ueramque directa normam, caſtigaret, in quibus interdum, neque ueterum alii, neque ipſe ſibi, ceteroqui tam prouidus, cauerat Auguſtinus. Ab illo cultus expurgandi conſilio quantum ad homines commodi ſit profectum, plura, et florentiſſima, Europae regna loquantur, quorum tametſi quaedam, in partes diſtracta, in rebus diſſenſerunt nonnullis, Luthero tamen ingentis meriti ſuffragium

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/290 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

gium tulerunt. Namque, rem altius ne repetamus, huius saeculi principio Beni. Vuoodroffius, Viri, altiore Numinis concitatione instincti, propugnatione, in Brittannis, orbe diuisis, aduersus Otrococsium, suscepta, DEO, de concesso tanto ueritatis restitutore, totius sanctioris, tum libertati, coetus nomine, sempiternas egit gratias, (*) ex Belgis autem, praecipuum gentis suae decus, Iacobus Perizonius, nuper admodum scriptum reliquit, Lutherum optima sine dubio fide causſam tanti momenti et discriminis fuscepisse, atque ad extremum usque uitae spiritum, eodem tenore, fortiter sustinuisse. Quae res quantae maioribus, quantae nobis, fuerit saluti, cum sciamus, a Philippo quidem, salutaris emendationis non solum spectatore, sed etiam adiutore, grauiter commoniti, aequum piumque iudicamus, ab omnibus, pie sentientibus, toto orbe terrarum coniungi *uota et gemitus*, ac peti *ardentibus pectoribus*, ut DEVS hoc opus, quod tum edidit, sua semper ope confirmet. Hac sancti inductione animi, tantum abest, cuiquam ut cedant Ciues literatae Reipublicae Wittenbergenses, ut intelligant, eam maxime sibi conuenire, quibus, non sorte casuque, sed, propitio Numine, contigerit, in urbe, redintegratae religionis parente, nasci, et instauratis inuiolatisque sacris initiari. Norunt, quam magnifice iactarint ueteres, religionem, aeque, ac doctrinam, Athenis esse ortam, atque in omnes inde terras distributam, recordantur, easdem ab oratoribus appellari sacras meminerunt, tantam ciuitatis eiusdem uenditari pulchritudi-

(*) *Eundem tamen illum magnum Lutherum, propter quem erit, cur liberata Ecclesia gratias maximas in perpetuum agat misericordi DEO, qui tanti erga ipsam boni auctorem hunc dedit, cuique illum aduersus maleuorum odium, inuidiam, lites, insidias, minas, aduersus tantam Pontificii Orbis potentiam, Spiritu etiam suo eousque sustentauit, ut Veritatem saltem illam, cuius is tam assiduus fortisque Praeco fuerat, nec tum, nec ad hunc usque diem, sic passus intercidere. In libro, qui inscribitur Reformationis Defensio*, pag. XC. E Theatro Scheldoniano CIↃ IↃ CC.

nem, ut, propter hanc traditum ſit memoriae, de illius poſſeſſione urbis etiam inter Deos certamen fuiſſe. Nec tamen neſciunt, apud Athenienſes ante, quam Seruatori, una cum Dionyſio Areopagita illi a Paullo ſint conciliati, quoddam quaſi ſuperſtitionis domicilium fuiſſe collocatum, culta quoque non ſolum DEI Ignoti, ut eſt apud Lucam, ſed etiam, quod uituperat Cicero, Impudentiae, Calumniae, aliarum praeterea rerum obſceniſſimarum, quarum pudet Arnobium, numina, adeo, ut uanitas iſtorum ſuperſtitioſa ſanctiſſimum Tarſenſis aduenae exploratorisque animum ira exacueret, ac, teſte apud Satyricum illo, ea regio tam praeſentibus affluueret numinibus, ut facilius eſſet DEVM, quam hominem inuenire. Quare ciuibus Atticis multo ſeſe ferunt beatiores, apud quos, inter bonos, ſine incertis auctoribus, conſtet, de integro natam eſſe religionem, ſicque corroboratam, ut deinceps, pariter cum expolito literarum nitore, et Scholae Melanchthonianae coloniis ad oras gentium remotiſſimas longe lateque migrauerit, apud quos etiam, res aperiat, eandem eſſe tam caſte integreque ad hoc ſeruatam tempus, ut eam nulla ſaeculi contagio uiolarit. Munere, tam coeleſti, ut dignos ſeſe praeſtent, pietatis, cuius ſenſu ſtimulantur, palam faciendae, partes detulerunt duumuiris, e coetu popularium delectis, ac morum ſtudiorum laude claris, *Ioanni Henrico Brendelio*, et *Immanueli Vuebero*, quorum alter, utriusque iuris Candidatus, Patris Nobiliſſimi, Iureconſulti de Academica iuuentute iam pridem bene meriti, Ioannis Caſpari, ueſtigia non remiſſe perſequitur, alter ingenuarum Magiſter artium commendationi ſuae, nec modeſtia deeſt, neque induſtria liberali. Supereſt, ut uos, CIVES amantiſſimi, ad utrumque, a. d. VII Idus Nouembres, ſacris a meridie procuratis, Hora II, in arcis aede, audiendum, ueſtrasque gratias, et precationes DEI, religioſe iungendas finem denique cunctis inſtituti ſacri ceremoniis, quod felix fauſtumque ſit, faciendum, frequentiſſimi conueniatis.

P. P. in ipſo altero religionis expiatae ſacro ſeculari, pridie Calendas Nouembres, anno, quam reditum eſt in gratiam, CIↃ IↃ CC XVII

Ipſius

Ipsius uero solennitatis haec erat ratio. Die, scilicet, VI Nouembr. Dn. Prorector atque Patres Academiae, una cum Hospitibus, a quibusdam Wittebergensis Iuuentutis legatis inuitabantur, quam inuitationem repetebant ministri publici. Die VII uero, siue Dominica, finitis sacris, post horam secundam conueniebant Dn. Prorector, P. C. et reliqui in Augusteo, in quo expectabant eorum aduentum Wittebergenses, et toties tympanis, lituis, ac buccinis non tantum salutabant eos, quoties eorum quidam accedebant, sed etiam Patres in b. LVTHERI museum introducebant Marescholli, Hospites uero in Alumneum. Posthaec, cum conuenissent in uniuersum omnes, progrediebantur in aedem Academicam, Prorectorem, Patres, atque Hospites praeibant duo Marescholli, post hos lituos ac buccinas inflantes atque tympanotribae, porro duo ministri publici totidemque beneficiarii palliis coccineis induti, sceptraque ferentes argentea. Hanc concionem excipiebat ipsa iuuentutis Wittebergensis cohors, quam itidem choraulae et tympanotriba praeibant, deinde duo Marescholli, porro duo oratores, et denique cohors ipsa. Simul ac in templum ingrediebantur Patres, musica sonabant instrumenta, et postquam *Aria*, inter concentus Musicos, erat decantata, alter orator, IO. HENR. BRENDELIVS, recitabat carmen panegyr. in b. LVTHERVM, sermone uernaculo adornatum, alter uero, M. WEBER, orationem habebat Latinam de *ueritate somni* FRIDERICI sapientis, qua finita, et *Aria* aeque, inter concentus Musicos, decantata, ibat quilibet domum, Prorectorem uero domum comitabatur uniuersa Wittebergensium corona, praeeuntibus Marescholis. Denique disputationibus quibusdam, diebus insequentibus, habitis, et die XI Nouembr. in Fac. Medica, Procancellario D. CHRISTIANO VATERO, ac Promotore D. IO. GODOFREDO BERGERO, tribus Doctoribus publice ac solenniter creatis renunciatisque, festo huic solenni finis imponebatur.

RECTORE Magnificentissimo ac Domino,

Domino,

FRIDERICO AVGVSTO

Principe Regio et Elect. Sax. Haerede,

PRORECTORE

MARTINO HASSEN, Moral. ac Ciuil. P. P.

CIↃ IↃ CC XIIX, Kal Mai. inſcripti ſunt CXCII

inter quos,

1) Chriſtoph. Fridericus von Schleinitz, *Eq. Miſn.*
2) Theodorus de Huyſſen, *Eſſend.*
3) Bernh. Siegm. de Könnritz, *Eq. Luſ.*
4) GEORGE GRAF VON WERTHERN, *Pot. Pol. Reg. et Elect. Sax. a Conſil. Intim. cet.*
5) Arnoldus von Huyſſen,
6) Gottlob Ludwig von Globig, *Eq. Saxo.*
7) MORITZ CARL GARF VON LYNAR, *Sac. Reg. Maj. Pol. et El. Sax. a Conſil. Int. cet.*
8) Io. Erneſtus Sigism. a Spiller, *Eq. Sil.*

Sub hoc Prorectoratu,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio D. GODOFREDI LVDOVICI MENCKEN, P. P.

M. IO. HENRICVS SCHLEGEL,

de eo, quod iuſtum eſt, circa ritum et formulam Aaroniticam in Eccleſia benedicendi.

2) ſub eiusdem praeſidio, CAROLVS CHRISTIANVS KRANZ; *Sceudiz Miſn. Aduoc. Lipſ.*

3) ſub praeſidio D. IO. BALTHAS. WERNHERI, *Conſil. Reg. et Facult. Iurid. Ordinarii*, CAROLVS WILHELMVS BEYERVS, *Dreſd.* de Praeſcriptione immemoriali.

II IN FACVLTATE MEDICA

pro Licentia diſputauit,

ſub

ſub praeſidio ADAMI BRENDELII, *Anat. et Bot. P. P.*
GODOFREDVS PHILIPPVS REICHARD, *Wildenb. Miſn.*

III Gradum Doctoris in Facult. Iurid. aſſumſerunt duo.

IV IN FACVLTATE MEDICA
duo Licentiati honores conſecuti ſunt Doctorales.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. SAMVEL LVPPIVS, *Fac. Phil. Adi.*
XXI Candidatos Magiſterii Gradu ſolenniter ornauit.

VI D. III Maias obiit D. GODOFREDVS SVEVIVS, *ICt.* aet. LXVI

D. II Iulii D. CASPAR. LOESCHERVS, *P. Prim. Acad. Sen. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et Sup. Gen.* aetat. LXXXII

VII REX Pol. et Elect. Sax. indulgentiſſimus iuſſit centurionem quendam praeſidiariae cohortis publice deprecari iniurias, quibus Ciues laceſſiuerat Academicos, atque hinc Prorectori Studioſorum coetus, pro nauata opera, in hac cauſa, et ad amorem ſuum erga ipſum teſtandum atque gratam mentem, ſymphoniae concentum feſtiuum prorſusque inſolitum, qualis poſt hominum memoriam in hac Academia non factus fuit, fieri curauit.

IIX D. XIII Septembr. *Io. Georgius Buliſius*, Depoſitor, anno aetatis ſuae LXXXIII, exactis in matrimonio cum uxore, *Maria Eliſabetha*, nata *Gerlachia*, L annis, rariori exemplo Iubilaeum Gamicum in Auguſteo celebrauit, facta hunc in finem, a *D. Io. Caſp. Haferungio*, Theol. P. P. Extraord. et Archidiacono ad D. Mariae aedem, oratione benedictoria, atque inuitatis ad prandium lautiſſimum, (cui parando *REX* munificentiſſimus uinum ac ferinam carnem, Academia uero L florenos donauerat,) cum PRORECTORE Magnifico, duobus COMITIBVS a WERTHERN

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/295 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

THERN et LYNAR, ultra quinquaginta, uiris ac foeminis Academiae principibus. Vixit post has nuptias aliquot lustra, et fere contenarius mortuus est.

RECTORE Magnificentissimo ac Domino,

Domino,

FRIDERICO AVGVSTO

Principe Regio et Elect. Sax. Haerede,

PRORECTORE

GOTTLIEB WERNSDORFFIO, SS. Theol. D. et P. P. Aedis OO. SS. Praeposito, Senatus Eccl. Assess. Ord. sui Seniore,

CIↃ IↃ CC XIIX, d. 18 Octobr. inscripti sunt CXXIV

inter quos,

1) Carl Adam Heinrich de Feilitzsch, *Eq. Var*
2) Christoph. Siegfried von Sweinitz, *Eq. Sil*
3) Adam Heinrich von Luck, *Eq. Sil.*
4) Ioachim Heinrich von Geisler, *Eq. Sil.*
5) Christoph. Sigismund von Sack, *Eq. Sil.*
6) Io. Leopold von Röder, *Eq. Sil.*
7) Io. Ernst Gottlob von Warnsdorf, *Nob. Sil.*
8) Gottlieb Wernsdorfius, Prorect. filius, iam *P. P.*

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

pro Licentia disputarunt,

1) sub praesidio D. GEBHARD CHRISTIANI BASTINELLERI, *Pandect. P. P.*

CHRI-

CHRISTOPHORVS GOTTLIEB WENZEL,
de Actione ex quocunque pacto moribus data

2) sub EIVSD. praesid. GODOFR. REINOLDVS KOESELISIVS, *Witteb.*
de citatione edictali,

3) sub praesidio GODOFREDI LVDOVICI MENCKEN,
P. P.

IO. NATHANAEL BARTHIVS, *Lauba Lus. Iur. Pract. Pirn.*
de Contributione Suecica,

4) sub EIVSDEM praesidio CAROLVS FRIDER. MICHAELIS,
de Iure Principis circa diuortia,

II IN FACVLTATE MEDICA
pro Licentia disputauit,

sub praesidio CHRISTIANI VATERI, *P. P. Archiat. Anhalt, cet.*

IO. HENRICVS MITTIGERVS
de Nephritide uera eiusdemque curandi ratione legitima.

III Doctorales honores in Fac. Iuridica consecuti sunt duo Licentiati.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. GVILIELMVS IANVS, *Histor. P. P.*
XXXI Phil. Candidatos Gradu Magisterii solenniter ornauit.

RECTORE
CHRISTIANO GEBHARDO BASTINELLERO,
I. V. D. Digest. Vet. P. P. et Dicaster. quae Wittebergae florent, Assessore,

CIↃ IↃ CC XIX, Kal. Maias, inſcript ſunt CLX

inter quos,

1) Ernſt Wilhelm von Möhlen, *Neom. Brand.*
2) Hanſs Wilhelm von Lattorff, *Eq. Saxo.*
3) Carl Wilhelm von Nieſemeuſchel, *Eq. Sil.*
4) Dan. Siegmund Pflug, *Eq. Mifn.*
5) Io. Dietrich de Röbel, *Eq. March.*
6) Ioach. Seyfried de Köckritz, *Eq. Luſ.*
7) Iohannes von Behmen, *Megapol.*

Hoc Rectoratu,

I Obiit d. XXX Septembr. ADAM BRENDEL, *Med. D. Pathol. et Botan. P.P.*

II pro Licentia diſputarant,

a) IN FACVLTATE THEOLOGICA
ſub praeſidio GEORGII FRIDERICI SCHROEERI, *SS. Theol. D. et P. P. Regio-Elect. Alumnor. Ephori,*

IO. GVILIELMVS IANVS, *Hiſtor. hactenus P.P.*
nunc SS. Th. Prof. deſignatus
de Iure decidendi controuerſias Theologicas,

b) IN FACVLTATE IVRIDICA
1) ſub praeſidio D. GEBHARD CHRISTIANI BASTINELLERI, *Dig. Vet. P. P. et Dicaſter. Witteb. Aſſeſſ.*

IO. HENRICVS BRENDELIVS, *Witteberg.*
de Medico ex uoluntate aegroti perperam curante,

2) ſub praeſidio D. GODOFREDI LVDOV. MENCKEN, *P. P. Collegior. Witteb. Iurid. et Iud. Prouinc. in Luſ. Inf. Aſſeſſ.*

10,

IO. GOTTLIEB SIEGEL
de Reſciſſione emtionis uenditionis ex tunc et ex nunc.

III Gradum Doctoris aſſumſit Lic. IO. HENRICVS SCHLEGEL.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. FRIDERICVS STRVNZIVS, *Poeſ. P.P.*
XXIII Candidatos Magiſt. Gradu ornauit.

RECTORE
IO. GODOFREDO BERGERO, Conſil. et Archiat. Reg. Fac Med. P. Prim. et Sen.

CIↃ IↃ CC XIX, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CX

inter quos,

1) Carolus Fridericus a Poſer, *Eq. Sil.*
2) Io. Frider. von Heucher, *Wittenb.*
3) IO. MATTIAS HASIVS, *Math. Inf. Prof.*
4) Chriſtoph Heinrich von Vchteritz, *Eq Miſn.*
5) Carl Sigmund von Vchteritz, *Eq. Miſn.*
6) CARL LVDWIG GRAF VON LESGEWANG, *Boruſſ.*
7) Carl Heinrich Marſchal von Biberſtein, *Eq. Miſn.*
8) Caſp. Gottlob von Luck, *Eq. Sil.*
9) Chriſtian Dietrich von Büttel, *Ieu.*
10) Gottlob Siegmund von Reibnitz, *Eq. Luſ.*

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio D. IO. BALTHAS. WERNHERI *IC. Conſil. Aul.* et *Ordin.*
IO. GODOFREDVS VOGEL, *Dreſd.*
de cerebrina certitudine corporis delicti,

2) ſub praeſidio D. LVDOV. MENCKEN, *P. P.*
CHRISTIANVS GOTTLIEB REINHARDT, *Schmideb-Saxo,*
de Obſeruationibus circa Proceſſum Saxon. quo cauſae Iniuriar. ex Mandato Reg. de Anno 1712 peraguntur,

3) ſub Eiusdem praeſidio M. CHRISTIANVS HANAECIVS, *Witteb.*
de eo, quod iuſtum eſt circa inueſtituram ſolemnem,

4) ſub praeſidio D. GEBHARDI CHRISTIANI BASTINELLERI, *P. P.*
GOTTHELF FRIDERICVS KRAVS,
de Vitiis Libelli,

5) ſub praeſidio CHRISTOPHORI HENRICI DE BERGER, *Comit. Pal. Caeſ. P. P. Dicaſt. Wittenb. et Iudic. prouinc in Luſ. Inf. Aſſeſſ.*
IO. CHRISTIANVS NOHR, *Langenſalza-Thur.*
de Iure Carneual, ſiue vom Carneuals Recht.

II IN EADEM HAC FACVLTATE IVRIDICA VI Licentiati Gradum Doctoris aſſumſerunt.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. FRIDER. WEIDLERVS, *Math. Inf. P. P.*
XX Philoſ. Candidatos Gradu Magiſterii ornauit.

RECTORE
MARTINO GOTTHELF LOESCHERO,
Phil. et Med. D. huiusque P. Extraord. Phyſ. Ord.
Ser. Duc. Vinar. Phyſ. Prouinc.

CIↃ IↃ CC XX, Kal. Mai. inſcripti ſunt CXXIII inter quos,

1) Gott-

1) Gottfried von Pehnen, *Gedan.* 2) GOTTLOB ADOLPH, Freyher von SEYFFERTITZ

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesidio D. GEBHARD CHRISTIANI BASTINELLERI, *Digest. Vet. P. P. et Dicaster. Witteb. Assess.*

GOTTLIEB AVGVSTINVS TEVBNER,
de differentia bonor. receptitior. a propriis, eorumque natura et effectu,

II IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesidio D. CHRISTIANI VATERI, *Pathol. P. P. Consil. et Archiat. Anhalt.*
GOTTLOB CHRISTIANVS LEISSNER, *Plania Var.*
2) sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *Anat. et Botan. P. P. Substit. h. t. Decani et Nat cur. Coll.*
IO. HENRICVS VLRICI, *Torgauiensis,*
et CAROLVS HIERONYMVS STOLLIVS, *Schmiedeb. Saxo.*
de Methodo noua transplantandi uariolas per insitionem, *das Blatter Beltzen,*

III IN FACVLTATE IVRIDICA
tres Licentiati Gradum Doctor. assumserunt.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. CHRISTOPHORVS BVCHER, *Fac. Phil. Adi.*
XVII Phil. Candidatos Gradu Magist. ornauit.

RECTORE
MARTINO CHLADENIO, S. S. Th. D. et P. P.
Templi OO. SS. Praeposito et Senat. Eccl. Assess.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/301 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

CIↃ IↃ CC XX, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CVIII
inter quos,

1) Auguſtus Ferdinand von Bennigſen, *Eq Sax.*
2) George Ludwig von Medingen, *Luneb.*
3) Io. Caspar de Gersdorf, *Eq. Luſ*
4) Werner Philip von Wulffen, *Medio-March.*
5) Carl Guſtau von Röbel, *Eq. March.*
6) Ludwig Philip von Röbel, *Eq. March.*
7) Frider. Wilhelmus de Vittingshofen, *Eq. Sax.*
8) Erneſt. Martin. Chladenius, *Witteb. nunc in hac Acad. P. P Dicaſt. Witteb. ut et Iudic. Prouinc. in Luſ. Infer Aſſeſſ.*

Sub hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

ſub praeſidio IO. GVIL. IANI, *D. et P. P. Alumn. Epbor.*

MICHAEL HENRICVS REINHARDT,

Liturgiam Eccleſiae Euang. Lirurgiae Apoſtol. Act II, 42, recenſitae, conformen aduerſus Euſebii Renaudotii obiectionem uindicauit.

II IN FACVLTATE IVRIDICA

1) ſub praeſidio D. IO. BALTHASARIS WERNHERI, *IC. Conſil. aulae et Ordin.*

IO. ERNESTVS SCHEEL, *Budiſſ Luſ.*

de collatione nepotum aliisque Iuris Capitibus,

2) ſub praeſidio GEBH. CHRISTIANI BASTINELLERI, *IC. et P. P.*

THEODORVS GOTTLOB VIERHVFF,

de nepote patris conferenda, niſi his auctus ſit, non conferente.

III IN FACVLTATE MEDICA

1) ſub

1) sub praesidio CHRISTIANI VATERI, *P. P. Consil. Aul. et Archiat. Anhalt.*

CHRISTIANVS GODOFREDVS STENZEL, *Torgau.*

da atrocissima et acutissima cholerica passione rite iudicanda et curanda,

2) sub eiusdem praesidio M. IOHANNES HAGERVS, *Curia-Baruthinus et Med. Pract.*

de Ischiade,

3) sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *Anat. et Botan. P. P.*

IO. REINHARD TIEFFENBACH,

de uulnerum in intestinis lethalitate, occasione casus rarissimi, quo colon uulneratione inuersum, per XIX annos ex abdomine propendens exhibetur.

IV Gradum Doctoris assumserunt in Facultate Iuridica duo, in Facultate Medica autem *quatuor* Licentiati.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. IO. CHRISTOPH. WICHMANSHAVSEN, *OO. LL. PP.*

XLVI Phil. Candid. Gradu Magisterii solenniter ornauit.

RECTORE

GODOFREDO LVDOVICO MENCKEN, D.

Pandect. P. P. Cur. Elect. Scab. Fac. Iurid. et Iudic. Prouinc. in Lus. Inf. Assess.

d13 ɔɔ cc XXI, Kal. Maias, inscripti sunt CLXXII

inter

inter quos,

1) Carolus Sigismundus de Zeschau, *Eq. Luſ.*
2) HANNS LOESER, *Eq. Saxo, nunc S. R. I. Comes Reg. Pol. Conſil. Int et Saxon. Mareſchallus. haered. cet.*
3) Carolus Heinricus Wilhelmus ab Vchteritz, *Eq. Luſ.*
4) LEONHARD LVDEWIG Mencken, *I. V. D. et Fac. Iurid Aſſ.* in hac Acad.
5) Fridrich Vlrich von Söhlen, *Rosl. Thur.*

Hoc Rectoratu,

pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

2) ſub praeſidio GODOFREDI LVDOV. MENCKEN, *h. t. Rect. Magnif.*

IO. CHRISTOPHORVS SCHATTER, *Witteb.*

de Anfractibus Summarii, qui dicitur Proceſſus,

2) ſub EIVSDEM praeſidio IO. IACOBVS LANGGVTH, *Martisburgenſis*,

de Legitima quatenus ipſi non poſſit, et poſſit, praeiudicari, qui etiam Doctoris Gradum aſſumſit,

II IN FACVLTATE MEDICA

ſub praeſidio D. CHRISTIANI VATERI, *P. P. Phyſ. Prouinc. Conſil. Aul. et Archiat. Anhalt. h. t. Decani,*

IO. DANIEL KNOLL, *Aſchersleb.*

de delirio febrili, phrenitis dicto,

qui etiam Gradum Doctoris aſſumſit.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. IO. GVILIELMVS BERGER, *Eloq. P. P.*

XLI Phil. Candidat. Gradu Magiſterii ſolenniter ornauit.

RECTORE

RECTORE

CHRISTIANO VATERO, Phil. et Med. D. eiusdemque P. P. itemque Phyſ. Prouinc. Sax. Conſil. Aul. et Archiat. Anhalt.

CIↃCCC XXI, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXVII

inter quos,

1) Chriſtoph. Phil. Müffling, Weis dictus, *Eq. Var.*
2) Io. Gottlob von Warnsdorff, *Eq. Luſ.*
3) Adam Heinrich von Witzſcher, *Eq. Anhalt.*
4) Bernhard. Leopold Stephani, *Eq. Sil.*
5) Carl Gottlob von Vchtritz, *Eq. Luſ.*
6) Carl Rudolph von Heldreich, *Eq. Luſ.*
7) Io. George Reisner von Reiſſenfels, *Nob. Tranſylu.*
8) Io. Samuel de Wedig, *Witteb.*
9) Frid. Benedict. Carpzou, *Zitt. Luſ.* poſt I. V. D. et Prof. Publ. in hac Acad. †

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

Gradum Doctoris aſſumſit

Lic. IO. HENRICVS VON LANCKISCH, *Budiſ. Luſ.*

II IN FACVLTATE MEDICA

pro Licentia diſputauit,

ſub praeſidio D. ABRAHAMI VATERI, *Anat. et Bot. Prof. Subſtit. nec non Societ. Imper. nat. Cur. Germ. et Reg. Anglic. Socii,*

IO. FRIDERICVS SCHIMMER, *Witteb.*

de Calculi in ueſica fellea generatione.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. GEORGIVS GVIL. KIRCHMAIER,
Graecar. Liter. P. P.

XXXVI Phil. Candidat. Gradu Magiſt. ſolenniter ornauit.

RECTORE
FRIDERICO STRVNZIO, Poeſ. P.P.

CIↃ IↃ CC XXII, Kal. Mai. inſcripti ſunt CXXXV,

inter quos,

1) IO. GEORGE Freyherr von TAVBE,
2) Adam Frid. von Ponickau, *Eq. Miſn.*
3) Chriſtianus Frider. de Kliſchnige, *Dreſd*
4) Wolff Balthaſar de Steinwehr, *Eq. Neomarch.*
5) Chriſtianus Sigismundus Georgius, *Lucca-Luſ.* nunc in hac Acad. SS. Th. D. et Prof. Publ.
6) Frider. Erneſtus a Seyffertitz, *Eq. Luſ.*
7) Hanns Hermann de Damniz, *Dreſd.*
8) Adolph Beniamin de Gersdorff, *Eq. Luſ.*
9) Otto Gottlob von Wiedebach, *Eq. Luſ.*

Sub hoc Rectoratu,

I Conuictus MARSCHALLIANVS, quem fundauit b. LEVINVS ADOLPHVS MARSCHALL, Thuringiae Mareſchallus haereditarius, Dynaſta Palaeo-Gott. cet. anno CIↃ IↃ CCXX d. VI Ian. legato X millium Imper. primum incepit.

II IN FACVLTATE IVRIDICA
Gradum Doctoris aſſumſit

GEORGIVS CHRISTIANVS SCHELWITZ, *Tenſt. Thur.*

III IN

III IN FACVLTATE MEDICA
pro Licentia diſputarunt,

1) ſub praeſidio D. CHRISTIANI VATERI, *P. P. Conſil. Aul. et Archiat. Anhalt.*

WILHELMVS MEISNERVS, *Schliebena-Saxo,*

de Hyemis praeter naturam tepidae et humidae noxis, earundemque praecautionibus,

2) ſub eiusdem praeſidio CHRISTIAN. FRIDER. HACKE, *Torga-Miſn.*

de memoriae et capitis laeſione grauiſſima a colica Spasmodica male curata,

3) ſub praeſidio D. ABRAHAMI VATERI, *Botan. et Anat. P. P.*

IO. ADOLPHVS SEYFFERT, *Annaeberg.*

de uulnere cerebri Sclopetario ſeptima demum hebdomade abſolute lethali,

4) ſub eiusd. praeſidio PAVLVS GOTTLOB BERGER, *Isleb. Miſn.*

de grauiditate apparente ex tumore ouarii dextri enormi orta, per tres annos, cum dimidio durante tandemque in aſcitem terminata.

IV IN EADEM FACVLTATE MEDICA
Gradum Doctoris aſſumſerunt,

Lic. PAVLVS GOTTLOB BERGER, *Ileb. Miſn.*
CHRISTIANVS FRIDERICVS HACKE, *Torga Miſn.*

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. HIERONYMVS WIGANDVS BIEL, *Fac. Phil. Aſſeſſ.*
XX Phil. Candidatos Gradu Magiſter. ſolenniter ornauit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/307 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE

GEORGIO FRIDERICO SCHROEERO, SS.

Theol. Doct. et P. P. Regio-Elector. Alumnor.

Ephoro,

CIↃ IↃ CC XXII, d. 18 Octobr. inscripti sunt CXXXIV

inter quos,

1) Augusti. Friedrich von Zanthier, *Eq Anhalt.*

2) D. GEORGIVS WALLIN, *Suec. tum Theol. Lector Prim. et Reg. Consist. Assess. nunc uero Episcopus.*

3) Hermann Frider. von Müther, *Lüneb.*

4) Carl Siegmund von Zedlitz, *Eq. Sil.*

Hoc Rectoratu,

pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

sub praesidio D. GOTTLIEB WERNSDORFII, *SS. Th. P. Prim. Ord. sui Sen. Consist. Eccl. Assess. et Superint. Gen.*

GEORGIVS WALLIN, *Suec. Sac. Theol. Lect. Prim. et Reg. in Gymnas. Hernoesandensi, et Consist. ibidem Assess.*

de prudentia in cantionibus Eccles. adhibenda, qui simul Gradum Doctoris assumsit,

II IN FACVLTATE IVRIDICA

a) sub praesidio D. IO. BALTHAS. WERNHERI, *Consil. Reg. et Ordinar.*

IO. FRIEDERICVS SEYFRIED, *Freyberg. Misn.*

de errore fori circa bona utensilia uxori a marito tradita,

2) sub

2) sub praesidio D. GEBHARDI CHRISTIANI BASTINELLERI, *Dig. Vet. P. P. et h. t. Dec.*

CHRISTIANVS GODOFREDVS GRAEFE, *Wurcens.*

sistens Decadem Obseruat. Forens. uarii argumenti,

III IN FACVLTATE MEDICA

1) sub praesidio D. CHRISTIANI VATERI, *P. P. et Consil. Aul. Anhalt.*

IO. GODOFREDVS ANDREAS, *Lub. Sileſ.*

de morbo spasmodico populari hactenus in patria sua grassante, eiusdemque causis et curandi ratione.

2) sub eiusdem praesidio IO. SIEGISMVNDVS MOELLER, *Zittau-Luſ.*

de mortis subitaneae non uulgaris causis et remediis.

IV *Quatuor* IN FACVLTATE IVRIDICA,

et *duo* IN MEDICA assumserunt Doctoris Gradum.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. ERNEST. CHRIRTIANVS SCHROEDER,
Log. et Metaphyſ. P. P.

XXVI Phil. Candidat. Gradu Magisterii solemniter ornauit.

RECTORE

CHRISTOPHORO HENRICO Nobil. Domino de BERGER, IC. Comite Pal. Caef. Reg. Pol. et Elect. Sax. Conſil. Aul. atque Iuſtit. itemque in ſummo Prouocat. Iud. Cur. Prouinc. Conſiſt. Eccl. Scab. et Ord. Iurid. ac Iudic. Ducal. in Luſ. Infer. Aſſeſſ.

CIↃ IↃ CC XXIII, Kal. Maias, inſcripti ſunt CXIIX inter quos,

1) Auguſtus Sigismund. de Zeitzſch, *Eq Miſn.*
2) Chriſtian. Godofredus Pabſt ab Ohayn, *Eq Miſn.*
3) Carl Henricus von Krosigk, *Eq. Miſn.*
4) George Adolph von Hartitzſch, *Eq. Miſn.*
5) Io. Rudolphus de Tempsky, *Eq. Luſ.*
6) Ernſt Abraham von Oſterhauſen, *Eq. Miſn.*

Hoc Rectoratu,

pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

ſub praeſidio MARTINI CHLADENII, *S.S. Th. D. et P. P. Aedis ad Arcem Praepoſ. et Conſiſt. Aſſeſſ.*

HENRICVS AVGVSTINVS ANDREAE, *in Comitatu Schaumb. Lippiacae Conſiſt. Aſſeſſ et Paſt. Prim. Hag.*

de ſummo Gradu Tentationum Spiritual.

qui ſimul Gradum Doctoris aſſumſit.

II IN FACVLTATE IVRIDICA

ſub praeſidio Rectoris Magnifici,

CAROLVS

CAROLVS SIGISMVNDVS FRANCKE, *Wittenb.*
de selectis Iuris Dotalitii Capitibus,

III IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *Anatom. et Botan. P. P.*

IO. CHRISTIANVS HEINICKE, *Gera-Variscus.*
de Visus uitiis duobus rarissimis, altero duplicati, altero dimidiati,

2) sub eiusdem praesidio CHRISTIANVS SIGISMVNDVS EZLER, *Dobrilucca-Luſ.*
de Scirrhis viscerum,

3) sub eiusdem praesidio BENIAMIN SCHICHT, *Gorlicio-Luſ.*
de Affectu magno, mortique proximo, Syncopa, eiusque causis et cura,

4) sub praesidio D. MARTINI GOTTHELF LOESCHERI, *Phyſ. P. Ord Fac. Med. Extraord. eiusdemque Aſſeſſ. et Phyſ. Prouinc. Saxo. Vin.*
GEORGIVS PHILIPPVS SAVBER, *Rotenburgo-Saxo,*

5) sub eiusdem praesidio IO. CAROLVS ACOLVTHVS, *Wratislauia Sil.*
Sacris humanarum traditionum assumenta addiderunt, eaque, quantumuis diuinae uoluntati διαϱϱήδην contradicant, pari pietatis affectu, quo scripturas ipsas, recipere iusserunt, Ecclesiae suae, seu, ut ipsi intelligunt, Pontifici Romano, tanquam soli diuinae mentis promo condo, summam Scripturas interpretandi potestatem uendicarunt. Ipsas autem Scripturas, nisi haec interpretatio accedat, incertas, dubias, et in uarios sensus flexiles esse, perhibuerunt. Sic toti Scripturae, cui Canonica sua dignitas utique constare debet, autoritas ademta, et in homines translata fuit, plane contra disertum Dei mandatum: *Ad legem et testimonium, quod nisi dixerint, non erit ipsis matutina lux.* Ne Deo quidem suus honos relictus est. Cum enim Es. IIX,20. solum se adorandum uelit, hic religiosus cultus ad angelos, beate defunctos, Mariam inprimis, quin et reliquias, quas uocant, sanctorum, imagines, et Papam suum transtulerunt. Iniurii praecipue in Christum, unicum Mediatorem et Expiatorem nostrum, fuerunt, confictis et ad latus ipsi collatis aliis mediatoribus et deprecatoribus, excogitato etiam, infelici prorsus omine, propriorum operum merito, ut proinde non sine causa B. Lutherus conquestus sit, ipsos Iesum Christum, Dei Filium, throno deturbare uoluisse. Quorundam insolentia eo progressa est, ut Mariam Deum appellarint, omnisque sacrorum facies ita ritibus et ceremoniis obuoluta, ut rudiores sub tot inuolucris ipsam ueritatem amiserint, et superstitiosa deuotione in externis tantum haeserint, corticibus quasi Numen placaturi. Vt hoc pacto diuinus honos depressus est, ita homines eorumque uires extollebantur. Tribuebatur naturae uiribus, quod iisdem homo *de congruo* gratiam, et, hac obtenta, iustitiam et salutem aeternam *de condigno*, ut ipsi uocant, mereri possint. Hinc et uiribus liberi arbitrii facultas, semet ad Deum conuertendi, asserta est. Quae ipsa doctrina, quantum gratiae diuinae deroget, per se manifestum est. Gratiam enim eiusque auxilia sibi non expetet, qui persuasum habet, per semetipsum se uitae aeternae participem fieri et posse et debere. Inde facile apparet, qua integritate princeps ille totius Christianismi articulus de iustificatione peccatoris coram Deo sit traditus. Fingebatur scilicet, eas ipsas, quae per gratiam infundantur, uires et uirtutes esse eam iustitiam, quam Deus in nobis requirat, cuiusque intuitu, quicquid fuerit peccatorum, remittat. Hinc iustitia Christi, quae sola per fidem apprehensa, et ex gratia nobis imputata, nos Deo commendat, conculcabatur, et propria iustitia, ceu

Rom. X, 3. olim ab Iſraelitis, ζῆλον ἔχετιν, ἀλλ' ὐ κατ' ἐπίγνωτιν, fiebat, ſtatuminabatur. Poenitentia autem, in qua totius Chriſtianiſmi exercitium occupari debet, in ludibrium uertebatur, poſtularis tribus, tanquam ad eam neceſſariis, partibus, contritione cordis, confeſſione oris, et ſatisfactione operis, fide autem, tanquam ad eam rem inutili, omnino praetermiſſa, quae tamen caput rei conficere, totamque poenitentiam ſalutarem reddere, debebat. Iam quid de ſacramentis agebatur? Illa, quae a Chriſto inſtituta erant, uel impudenter mutilabantur, ſubtracto plebeiis calice, vel additamentis plane ſuperſtitioſis foede inquinabantur. Alia denique prorſus contra mentem Chriſti, imo in eius contumeliam, excogitabantur, eorumque uis mirum in modum depraedicabantur, non aliam ob cauſam, quam quia aucupii pecuniarii inde ſpes affulgebat. Morientibus autem, et iam de aeternitate ſollicitis, triſte illud ſolatium occentabatur, demigrandum ipſis eſſe in ſqualidum ignem purgatorium, ibique deſudandum, usque dum interceſſionibus Eccleſiae, ſacrificiis item miſſaticis, quantouis pretio redimendis, exinde liberarentur. Eo tandem proceſſum eſt, ut, inſtituto paſſim mercatu, aeterna ſalus, et immunitas a cruciatu infernali, aere uenalis exponeretur, tam effreni licentia, ac ſi de orbis terrarum diuitiis et honoribus, ſoli Romanae ſedi iure omni uindicandis, eſſet conſpiratum.

Animaduertit cum indignatione diuinitus excitatus B. Lutherus, in nundinationem abiiſſe rem non ſine conſcientiarum praeſentiſſimo periculo et diuini honoris proculcatione. Itaque, ignarus initio, quorſum res euaſura eſſet, Anno MDXVII, d. 31. Octobris, theſibus XCV ad fores templi OO. SS. affixis, inſtituta Diſputatione, foeditatem tantum nundinationis indulgentiarum oſtenſurus, et Pontificis Romani autoritatem, quam tum ingenua mentis deuotione proſequebatur, uindicaturus. Sed aliter longe res cadebat, quam ipſe crediderat. Nam eo ipſo, quo, Pontificis eiusque cleri gratiam ſe initurum, confidebat, ipſos grauiſſime offendebat, aegre ferentes, per unius Monachi ſeu audaciam, ſeu imprudentiam, tot riuos, quibus opulentia et autoritas omnis ad ipſos huc dum confluxerat, intercipi et obſtrui. Hinc inſectationes ab Eccleſiaſtico primum, deinde et Politico, ordine, quae usque eo ingraueſcebant, ut a Pontifice anathematis fulmine percuteretur, et ab Imperatore, mitiſſimi caeteroqui animi Principe, ſed per clerum occupato, proſcriberetur Lutherus. Sic cum ſub coelo nihil tutum eſſet Megalandro, coelum precibus petebat,

petebat, Deo totam rem committebat, Scripturisque meditandis intentus conſcientiae conſultum ibat, ſi in terris ſubſiſtere non daretur, in ſupracoeleſtibus portum et receptum inuenturus. Neque tamen ceſſabat Dei negotium, quod officii ratio ab ipſo poſtulabat, agere, inter ſpem et metum a Deo auxilium praeſtolatus. Quin paulatim totum Theologiae latifundium puritati ſuae reſtituebat, eliminatis, qui irrepſerant, erroribus.

Appetebat tandem candida illa niueisque notanda lapillis dies, qua doctrinae, quae recens ab Euangelicis recepta, et in Deum iuxta atque Eccleſiam ignominoſa eſſe perhibebatur, coram Sacratiſſima Maieſtate Imperatoria reddenda erat ratio. Hic Principes etiam Proteſtantium trepidabant, at B. Lutherus, de Dei protectione ſecurus, ſuaſu hortatuque labantes erigebat, et, tanquam unus inſtar omnium eſſet, confirmabat. Tunc uero maxime apparuit, non hominum, ſed Dei omnipotentis, cauſam agi, ita efficaciter iraeminaeque aduerſariorum repreſſae, et ueritati progreſſus liber fuit permiſſus. Edenda erat Confeſſio in conſeſſu, quo nunquam ſol uidit illuſtriorem, congregatis praeter ſummam, quae in terris eſt, Maieſtatem Caeſaream, omnibus imperii Electoribus, Principibus, et Proceribus, legatis item Pontificis et multorum Regum exterorum, multis etiam Archiepiſcopis et Epiſcopis, quorum plerique inuidia et furore fremebant, quouis obtutu, ſi potuiſſent, Euangelicos confoſſuri. Tempus erat, quo in apparatu belli deſudabat Germania, armis obuiatura Turcis, eosque ſuis finibus prohibitura. Cauſabantur autem aduerſarii, ſaluberrima patriae conſilia nouis religionis motibus interuerri, nuperum etiam, qui incenſoribus fanaticis quibusdam praeconibus exortus erat, ruſticorum tumultum, Lutheranorum culpae tribuebant, quicquid praeterea corruptelarum inuectum erat, eius autores eſſe hos, praedicabant. Ipſa Auguſta Vindelicorum, Epiſcopi ſui praeſentiam verita, puriorem Dei cultum nondum receperat, uel ſaltem uix primis labris deguſtauerat. Praelegenda erat Confeſſio Proteſtantium in ipſo Epiſcopi Palatio, ſeueriſſimo antea facto interdicto, ne quis ex concionatoribus, quos Euangelici Principes adduxerant, durantibus comitiis, audiretur. Ita, dum omnia ad terrorem incutiendum compoſita erant, Caeſar, cuius clementiam omnis poſtera mirabitur aetas, autoritate et exemplo ſuo inimicorum manus et linguas continebat. Ipſe autem Deus Optimus Maximus, cuius honor quaerebatur, *auxilio erat*,

ut

Pſ. XII, 6. *ut confidenter praedicaretur*, idque per integras duas horas, praelecta ſcilicet confeſſione. Quibus, quicquid erat ſaluberrimum, aut neceſſarium creditu factuque, palam exponebatur, et, quicquid ueritati maxime inimicum, refellebatur. Cumque noſtratibus uetitum eſſet, Confeſſionem ſuam uel typis exſcribendam, uel alio pacto uulgandam, curare, tot exterorum Principum Regumque Legati eam deſcriptam, et in linguas uarias translatam, uerſus omnes mundi plages dimittebant. Atque hoc pacto uerbum Dei, quod Auguſtae premebatur, ad exteros, maxime etiam diſſitos, *currebat*, 2. Theſſ. III, 1. *et ibi celebrabatur*, inſigni documento, igneae indolis eſſe ueritatem, et, quo magis premitur, eo minus opprimi. Effluxerunt enim ex eo tempore duo ſecula, quibus religio iſta, quae Auguſtae caput efferre coepit, uoce, calamo, ferro tantum non aſſidua apperita, fraudibus ſollicitata, argutiis tentata, ſcriptis laceſſita, bellis impugnata, et nullis non malis diuexata fuit, inuicta tamen et immota perſtat, petrae ſcilicet, Chriſto, ſuperſtructa, *aduerſus quem ne portae quidem inferorum praeualebunt.* Matth. XVI, 18.

Exultemus itaque in Deo, ſalutari noſtro, excitemus animos ad meditanda magnalia Dei, linguis concelebremus eius gratiam et ueritatem. Coniiciamus oculos in omnem, quo circumdamur, creaturarum exercitum! Nulla illarum eſt, etſi ratione deſtituatur, quin ex primo creationis momento in hunc usque diem, in officio, quod delegatum ipſi eſt initio, conſtanter permanſerit, et gradum ſuum tueatur. Singulae, pro modulo uirium conceſſarum, in eius laudes conſpirant, qui creauit et conſeruat ipſas. *Laudant ipſum coeli, angeli, ſol, luna, ſtellae, aquae ſupra coeleſtes. Ipſo enim iubente creata ſunt, eaque ſtabiliuit, ut aeternum perſtent, ac legem praeſcripſit, quam tranſgredi nequeunt. Laudant ipſum terreſtres dracones, et omnes abyſſi, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quae faciunt uerbum eius. Montes et omnes colles, arbor fructifera et omnes cedri. Beſtia et omne pecus, reptile et auis pennata, laudant nomen Domini, quia nomen ipſius ſolum ſublime eſt. Eius gloria ſuperat terram et coelum.* Pſalm. CXLIIX. Nos autem, nobiliſſimae creaturarum uiſibilium, in quorum commodum reliqua omnia producta ſunt, quibusque hoc uniuerſum miniſtrat, quos intellectu et ratione donauit, quibus opera eius et ineffabilem ſapientiam aeſtimemus, quibus abſtruſa myſteria et conſilia ſua reuelauit, ut iis meditandis aeternum ſaluemur, pro quibus ipſe depugnat, ut ueritas nobis ſeruetur integra. Nos inquam, ad eius

laudes

laudes decantandas torpeſcamus? Abſit illud per omnem modum! Quin potius ſingulorum uox ſit, *Paratum eſt cor meum, o Deus, paratum eſt cor meum, cantabo et pſallam. Expergiſcere, o gloria mea, expergiſcere, nablum et cithara. Exurgam diluculo. Celebrabo te in populis, o Domine, canam te in nationibus. Quoniam bonitas tua ingens eſt, et ad coelos usque pertingit, et ueritas tua ad aethera usque. Extolle te, o Deus, ſuper coelos, et ſuper omnem terram gloria tua.* Pſ. LVII, 10. 14.

Veneramur nos Saxones et eo nomine immenſam Dei bonitatem, quod SERENISSIMVM POTENTISSIMVMQVE PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM FRIDERICVM AVGVSTVM, REGEM POLONIARVM ET ELECTOREM SAXONIAE, DOMINVM ET NVTRICIVM NOSTRVM LONGE CLEMENTISSIMVM, DELICIAS ET AMOREM PATRIAE VNIVERSAE, *ſub cuius Glorioſiſſima uereque Regia tutela et umbra*, triduum iſtud Iubilaeum celebraturi ſumus, non paterne tantum tueri, et Regia incolumitate donare uoluerit, ſed et *Sacratiſſimae eius Maieſtati* propitium piumque in nos affectum inſpirare et largiri. *Procerum* itaque noſtrorum, quorum uoluntas ſanctae nobis legis inſtar eſt, *iuſſu Gratioſiſſimo*, explicabuntur Textus, Fer. I, loco Euang. Rom. I, 16, 17, loco Epiſtolae Ebr. XIII, 15, 16, Fer. II, loco Euang. Ebr. X, 23, 24, loco Epiſt. Pſ. XCIII, 5. Fer. III, loco Euang. Ioh. VII, 16, 17, 18, loco Epiſt. Rom. X, 9, 10, 11, In his Textibus ſacris, clementiſſime nobis praeſcriptis, ita, diuina annuente gratia, uerſabimur, ut in fide noſtra inde confirmemur, errantes in uiam redigamus, tepidos et languidos excitemus, eos, qui indigne Euangelio uiuunt, ad meliorem frugem reuocemus, et afflictas proſtratasque conſcientias ſolatio erigamus. Quem fructum, quia ſola ueritas diuina praeſtat, implorata ardenter Spiritus S. gratia, deuotis illam mentibus inquiremus. Reliquos autem eiusdem hebdomadis dies habendis Orationibus, Diſputationibus, et huiusmodi ſacris exercitiis aliis inſumemus. Omni cura id agemus, ne quid contra, quam ueritas patitur, uel pietas ſuadet, admittatur. Nihil ad cuiusquam contumeliam referetur, neque indulgebimus odioſis diſſentientium a nobis ſententiarum exagitationibus, ſed, poſt laudes et celebrationes, Diuino Numini debitas, preces fundemus deuotas, ut cimelium uerbi ſui et nobis conſeruet intaminatum, et ad ſeram poſteritatem transmittat incorruptum. Supplicabimus, ut, remiſſis

clementer peccatis, quibus ipſum offendimus; porro in gremio Eccleſiae ſuae nos foueat, et Euangelii depoſito paſcat. Neque minus deprecabimur pro illis, qui a ueritate alieni, uel illam ignorant, uel hoſtiliter infectantur, ut Deus ipſos a poteſtate tenebrarum ad lucem gratiae adducat, et nobiſcum ipſis haereditatem gloriae impertiat.

Praecipua inter uota noſtra erit et hoc, ut Deus Numina terreſtria, ipſius liberalitate et clementia generi humano conceſſa, tueatur, cum omnibus magiſtratibus, Imperatoribus, Regibus, et Principibus, et, tum *Regiae Maieſtati Poloniarum et Electori Saxonico* praeſertim, ſub cuius umbra bene agimus, uitam, incolumitatem, pacem, felicitatem, et, ſi omnino bello opus eſt, uictoriam concedat. Protegat idem *Sereniſſimum Celſiſſimumque Principem Regium et Electoralem, Electoratus Saxonici haeredem*, ſpem et uoluptatem noſtram, et uniuerſam adeo Ducalem Saxonicam Proſapiam, quo ſinguli ſub magiſtra-
1. Tim. II, tu noſtro *placidam ac quietam uitam degamus in omni pietate et honeſtate.*
2. Quare et confidimus, quoſcunque, in eminentia conſtitutos, non tantum pro poteſtate, diuinitus conceſſa, feſtiuitates noſtras et gaudia approbaturos, ſed et clementer, in ſua quemque ditione, promoturos, utpote religionis tutores et nutritores.

Neque tamen hanc inuitationem noſtram eo acceptam uolumus, quaſi cuiquam metas et modum ponere optemus, quomodo et quando, aut quamdiu, Deo pro beneficio, per A. Confeſſionem collato, gratias agere debeat. Non illud nobis ſumimus, ut praealiis eminere et imperare poſtulemus, ſed ſufficit nobis, indicaſſe noſtram hilaritatem, et alios, ut eodem ſpiritu et ueritate Deum celebrent, incitaſſe. Gratulabimur nobis, ſi et nos mutuis et reciprocis cohortationibus inflammare dignabuntur, quo magis utrorumque et ſingulorum exardeſcat ſtudium et deuotio, ſecundum illud, *Adhortantes nos inuicem, idque eo magis, quod uidetis appropinquan-*
Ebr. X, 25. *tem diem.*

Qui autem, aduerſitatibus preſſi, prae gemitu et lacrymis cum Dauide queruntur, *Obmutuimus et humiliati ſumus, ſilemus de bonis, et*
PſXXXIX, *dolor noſter recrudeſcit*, ne ſibi perſuadeant, nos aut ipſorum infe-
3. licitati inſultare, aut eius dememineſſe! Quin potius confidant, nos et ipſorum cauſam coram miſericordiſſimo Deo acturos, et precaturos, ut, pro immenſa bonitate ſua, *ne patiatur ipſos tentari amplius, quam poſſunt, ſed ut tentationis eum largiatur euentum, ut queant ſuſtinere.*

Tu

Tu uero, Deus Trinune, sine cuius lumine nihil est in homine, adesto nobis Spiritu tuo Sancto, ut Te solum agnoscamus, uenemur, et colamus, sicut Tua benignitate nos excitasti, ut tuo honori seruiamus, ita etiam sapientiam et uires imperti, quo in ueritate et sanctitate id praestemus. Serua nobis doctrinam Euangelicam, paternae tuae uoluntatis pignus, integram, et accende pectora magis magisque, quo sine labe in conspectu tuo ambulemus, et te glorificemus, usque dum tandem aeternum in coelesti gloria iubilemus.

Perscriptum Wittebergae Fer. I. Pentec. M D C C XXX

Non possumus quicquam aduersus ueritatem, sed pro ueritate.

Qua eadem feria, Rector Acad. Witteb. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLIVS, *Ciuibus Academicis Iubilaeum secundum, quo Confessionis Augustanae, Imper. Caes. CAROLO V in Comitiis August. exhibitae, memoria recolenda est*, his literis, in Tabulis publicis affixis, indixit.

Stat antiquo statu Religio, superatisque temporum difficultatibus triumphat, nihilo quidem secius, quam, abhinc annos ducentos, primum redintegratae ueritatis praesidio stetit, GLORIOSA deinde cultus emendati CONFESSIONE, qua patet Orbis Christianus, eluxit. Glorioſa, dico cum ueteribus, Confessione, quae Augustae Vindelicum, in augusto frequentissimoque Imperii Senatu, non exhibita solum, sed etiam, duabus fere horis, recitata, DEI gloriam, quantum uindicauit a corruptelis hominum, tantum illustrauit, glorioſa, quae, nullis retardata periculis, animi constantiam, sanctitati parem, probauit, glorioſa denique, in quam, recti uindicem, praui expultricem, ut incorruptae doctrinae exemplum, omnis sinceri iudicii posteritas intuetur.

Viget haec in omnium bonorum memoria, uiget in complurium literis gentium, non Germanice tantum Latineque scripta, atque Imperatori Maximo, Carolo V, iisdem in Comitiis Augustanis, in manum, ultro porrectam, data, sed primum, eiusdem Caesaris iussu, in Hispanicam Gallicamque, mox, aliorum studio, in Italicam, Anglicam, Boiemicam, Hungaricam, aliasque conuersa linguas, idque hoc potissimum tempore, quo uix audita erat, quo, ut audiretur illa, aegrius impetratum, quo uetitum etiam, ne quid huius ederetur in uulgus. Sic erat enim DEI, humanae saluti consu-

 lentis,

lentis, consilio prouisum, ut, quod omnibus esset salutare, ab omnibus legeretur, ut, quod tam sancte, tam fortiter, in diuinis humanisque rebus, ius fasque tutaretur, reprimeret nefas ac summoueret, id, longe lateque cognitum et peruulgatum, et doceret homines et moueret, ut ipsius religionis, nuper assertae, uis noua fidei, DEO praestitae, ac multo luculentissima, testificatione confirmaretur.

Est profecto, est, Augustanae Confessionis formula succus priscae illius doctrinae, cuius, diuinitus acceptae, solatio acquiescimus, est ueritatis, e caligine temporum erutae, lumen, est bonae mentis, quae nihil profani sapiat, testis, antiquae fidei custos, uitae sanctioris magistra, ueri denique, falsique, ex praescripto diuino, ueterumque recte sentientium, sine errore, sine fuco, diiudicandi, compendiaria quaedam expeditissimaque uia. Quo minus mirari conuenit, monimenti huius, non humanis, sed diuinis, instructi uiribus, tantum fuisse robur, tantamque in animos auscultantium uim, ut, eius recitatione uix finita, in ipso adhuc Procerum conuentu, alii, ira paullo ante odioque incensi, mitigarentur, alii causae meliori studerent apertius, alii premerent quidem sententiam suam, temporique cedendum ducerent, postea tamen sic agerent, ut, longe aliter, atque antea, de religione iudicasse, crederentur.

Vt rei gestae, sic scripti tam praeclari, fama latissime manauit, nec singulis modo hominibus religionem iniecit, uerum, integris etiam populis, quos confessio, tam pia, tam strenua, commouit acrius atque excitauit, ut, quorum uirtutem, tam alte eminentem, admirarentur, horum insistere uestigiis, horum uti instituto, uellent. Quamuis enim ipsa iam Sacrorum emendatio, hic Vitembergae suscepta, complures, domi foriſque, nationes in partes suas traxisset, doctrina tamen, quae proxime tam commemorabile ueritatis testimonium perhibuerat, concinne, dilucide, neruoseque explicata, cum gentes illas arctiore quasi constrinxit uinculo, tum alias conciliauit sibi, atque deuinxit. Hac enim, Pontifices ipsi horumque amici, fatentur, tanquam incendio quodam, correptas fuisse pleraſque Europae partes, ipsam quoque Italiam, ipsam deinceps Graeciam, una cum Indis, ipsoque orbe nouo. Hac eadem sacrae professionis tessera uoluerunt insigniri, quotquot in Germania meliores partes sine uarietate secuti sunt, huius iidem appellatione,

tione, in publicis Imperii tabulis, adhuc internoſci ſolent, in huius uerba iurant apud nos, qui Rempubl. atque honores capeſſunt, hac eadem externae regiones ac diſiunctiſſimae, communiter, ut communibus ſacris, pro ſacro fidei ſymbolo, utuntur. Hoc enim gratiae diuinae documento, ueritatem, ex ipſa mente diuina hauſtam, propagari, intelligunt, hoc, coeleſtia ſecum dona communicari, hoc, ſibi animum addi, ut, praeclare ſecum, putent, agi, tali, quam ſponte imponant ſibi, caſtae incorruptaeque religonis lege ſi uiuere poſſint ac mori.

Ac fuerunt quidem, quos offenderet ueritas, inueteratos capitaleſque ſuperioris memoriae coarguens errores, fuerunt, qui hanc ipſam, ut fit, auderent opugnare, ſed nemo dum inuentus eſt, qui ueritatem hanc, in Dei mandatis innixam, laceſſierit, quin, eodem impetu, ipſam ueritatem diuinam adoriri uiſus ſit. Ex ipſis quidem aduerſariorum doctiſſimis nonnulli, poſſent ne Confeſſionis Auguſtanae fidem conuellere, a magnis rogati Principibus, reſpondiſſe feruntur, hoc fieri ex ſacris literis haud poſſe, ex ueteribus tamen doctoribus, qui ſanctiori coetui praefuerint, aliquid ſe conaturos. Mitius hic de maiorum noſtrorum cauſſa ſtatuiſſe, cum Auguſtano antiſtite, alios, mitius Proceres, meliora edoctos, mitius ipſum quoque Carolum V, ipſum Ferdinandum I, ipſum Maximilianum II, ſatis, iam ſatis, inter omnes conſtat.

Agnoſcamus diuinae ueritatis ac uictricis opes, quibus nihil humanarum facultatum reſiſtere poteſt. Agnoſcamus ſummum coeleſtis gratiae munus, quod maioribus noſtris, adhuc inermibus, et unius bonae cauſſae uiribus confiſis, ex tanto gentium potentiſſimarum, tanto ſaeculorum, numero, tributum eſt, ut ſacra repurgarent, repurgata, in Auguſtano Imperii conſeſſu, quo populi remotiſſimi oculos animoſque conuerterant, atque adeo in quodam uelut orbis terrae concilio, libere profiterentur. Agnoſcamus noſtram, patrumque, fortunam, qua ueritas Auguſtana, teſtium aſſeueratione declarata, amoris diuini pignus, inter tot rerum temporumque uiciſſitudines, ſeruata eſt, nobiſque datum, ut, ſalua religione, ſalua patria, ſaluis denique fortunis noſtris, more maiorum, hanc ipſam Aeterni Verbi aeternam ueritatem integerrimamque profiteri, et, quidquid exinde redundat conſolationis, in ſecundis aduerſiſque rebus, capere, poſſimus. Comparemus nos ad gratias,

tias, DEO, tantae felicitatis auctori, publice priuatimque, agendas, eidem etiam supplicemus, ut porro nobis adsit, beneficiisque suis faueat, ut auitae pietatis studium in nobis alat, ut doctrinam, saluti hominum concessam, firmioribus in dies praesidiis sepiat, aduersus omnia cuiuscunque generis pericula muniat, ac posteris, sine detrimento, tradat.

Quod igitur felix faustumque sit uobis, CIVES, cunctisque praeterea, qui nobiscum faciunt, laeti denuntiamus, Auctoritate Publica statutum esse ac decretum, ut futuro VII CALENDAS IVLIAS, ipso quidem Augustanae Confessionis atque Heroicae, quae Caesari Augusto oblata est, natali auspicatissimo, alterum saeculare tantae rei sacrum, summa religiosissimaque apud nos ceremonia, procuretur. Hoc autem, nisi fuerimus ingrati, tanto cupidius nobis ac sanctius faciendum est, quanto magis diei celebritas, praecipua quadam Dei indulgentia, ad nos pertinet, apud quos ipsa quondam doctrina coelestis diuinitus instaurata est, et, potior huius summa, confessio, de qua meminimus, decem et tribus post annis, primis lineis designata. Par religio, pro magnitudine rei, sequentes duos consecrabit dies, ac TRIDVI adeo SANCTI FESTVS, uti superiore saeculo, ritus peragetur, continuataque laetandi materia, HEBDOMAS ILLA TOTA exquisitis disputationibus, orationibus, omni denique solemnium genere, exornata, sanctitatis, ingenii, scientiae certamen instruet, et uario laetitiae innocentissimae spectaculo, proderit pariter atque delectabit. Deum, qui gaudii huius fructum nobis impertiit, pro eo, ac decet, persancte ueneramur, cumque ipse sit ueritas, eum quaesumus, ut ueritatem suam, in lucem Vitembergae reuocatam, Augustae Vindelicum clarissimis testimoniis comprobatam pariter, atque constabilitam, praepotenti numine suo protegat, ab omnibus iniuriis infestisque casibus prohibeat, ac, toto disseminatam orbe, quoad homines erunt, sartam tectam praestet, quo amplificetur nomen ipsius sanctissimum in terris, et afflictis hominum rebus succurratur. P. P. in ipso S. Pentecostali, anno, quam salus parta est, cIↃ IↃ cc XXX

Quas literas, paulo post, Domin. II post Trinit. haec excipiebat Salutatio Academica,

Rector et Consilium Academiae Wittebergensis omnibus atque singulis inuariatam Augustanam Confessionem, glorioſissimo Imperatori CA-

LO V Anno cIↃ IↃ XXX d. XXV Iun. exhibitam, mente mannque amplectentibus S. D.

Q. D. T. B. V

Venerabilis est ueritas, et sobrie tractanda ab omnibus, qui salutarem eius fructum sperant, neque vindicem sui ipsius experiri uolunt. Est enim aeterna Dei uoluntas, ex sapientiae diuinae consilio arcessenda, quippe medicina, ad miseriam nostram, qua laboramus natura, clementissime attemperata, ut, curatis et exemptis morbis, integritati nos restituat. Optimum idemque benignissimum Numen, antequam mundi fundamenta iaceret, constituit hominem condere ad imaginem suam, seu, sapientia, sanctitate, iustitia, et rectitudine praeditum. Simul tamen praeuidit, fore, ut malitia diaboli seductus, hoc suum decus et ornamentum proiiceret, Vnde ipsi, qui etiamnum, foedissime licet inquinatus, manebat eius opificium, de medicina prospexit, quae eius malis ex asse responderet, et, cum defectibus monstrandis sufficeret, tum innocentiae reparandae par esset. Est illa ueritas, in uerbo nobis patefacta, de qua Christus, Ὁ λόγος, ὁ σὸς, ἀλήθειά ἐστι. Ioh. XVII, 17. Quae, cum duabus partibus constet, lege, quae officia nostra complectitur, et Euangelio, quod gratiam diuinam exhibet, lex, instar speculi nobis esse debet, in quo et diuina iustitia, et nostra iniustitia, reluceat, Euangelium instar fontis et scaturiginis, unde et iustitia Christi et uires spirituales in nos dimanent. Quae utraque uerbi diuini pars ita arctis inter se uinculis cohaereat, ut neque altera ab altera, neque ulla alterutrius portio resecari et diuelli queat. Imo utraque in quotidiana uitae nostrae praxi coniungenda est, adeo quidem, ut si cesset omnino alterutrius officium, etiam alterius mancum et inefficax futurum sit. Nam, nisi lex compellat, monstrata indigentia, nemo ad Seruatorem confugiet, et, nisi Euangelium inuitet et alliciat, legis omnis effectus non tantum inutilis, sed et noxius erit. Haec ueritas quod in se maneat immutabilis et immota, quamdiu neque Dei uoluntas mutari potest, neque status aut conditio humanae uitae uariatur, rei ipsius necessitas euincit, et asserit Scriptura, *Verbum Domini manere in aeternum.* Es. XL, 8, 1 Petr. I, 13. Imo longe stabilius esse coelo et terra, quae sint abolenda, cum uerbum Dei aeternum aboleri neque possit, neque debeat, Luc. XXI, 33.

Sed longe diuersissima haec sunt, ueritatem salutarem, seu Verbum

bum Dei in se spectari, quomodo diximus, ab omni uicissitudine illud esse alienum, et considerari illud inter homines, prouti ab illis uel recipitur, uel repudiatur. Nam eatenus cum experientia, tum omnium temporum monumenta docent, uariis illud casibus et iactationibus obnoxium esse, ita, ut modo *celeriter currere*, Ps. CXLVII, 15, modo *crescere et augeri*, dicatur, Act. XII, 24, quatenus uidelicet latius diffunditur, et plura hominum corda subigit et occupat, modo, uicissim ex integris *regionibus et populis exulare*, perhibeatur, Os. IV, 7, quatenus exinde prohibetur, quo minus libere praedicetur, et in hominum salutem recipi queat.

Atque illam sortis uarietatem experta est ueritas coelestis iam inde a rerum primordio, experietur post hac, ad consummationem usque seculi. Et initio quidem, cum produceretur homo integer et rectus, per diuinam sapientiam ita profunde cordi humano inscribebatur lex, ut externo scripto opus non esset, cum intimis animae uiribus penitissime illa inhaereret. Sed tamen cacodaemonis fraude, et protoplastorum incuria, postlhabebatur et uiolabatur. Paulo post, cum Euangelium, utpote gratiae uox, reuelatum esset, et humanum genus numero crescceret, magna quorundam animos occupabat socordia et negligentia, ita, ut et caedes, et rapinae, et libidinum quaeuis genera inualescerent. Quae turpitudo usque adeo omnem humanitatem uincebat, ut et diluuio restinguenda essent flagitia, et non, nisi deleto funditus humano genere, communis et peruulgata compescceretur corruptela, seruatis tantum octo animabus, ueluti nouo seculo progeniem daturis. Quibus, quia et iustae Dei uindictae imago oculis obuersabatur, et ueritatis praeconium altius impressum erat, quis non credidisset, prorsus similem, et ueritatis seruantissimam orituram esse prolem? Et tamen, ubi in segreges discessum est familias, uix in Patriarcharum domibus purior Dei cultus locum inueniebat. Quae ipsae quantopere contra idolomaniam depugnare necessum habuerint, ex Genesi plus satis constat. Abrahamus, fidelium pater, ea propter patria sua emigrare iussus est, quia ibi non uidebatur spes a populari contagio uirum praeseruandi. Effluxerunt aliquot secula, eum interim, quot diuersae gentes emergebant, tot etiam colendi Numinis rationes inueherentur. Quasi certatim in id enitendum esset, ut, abdicata uirtute omni, et, lumine etiam naturali suppresso, aduersus ueritatem conspiraretur. Inter haec uisum est Deo, populum, ex quo Seruator mundi ortum

duceret,

duceret, in Aegyptum deducere, ibique breui tempore numeroſiſſima prole augere. Sed et hic, cum inter gentiles hoſpitandum eſſet, paulatim Dei obliuio plerosque inuadebat, et ſimulacrorum amor ſubibat. Itaque Moſi, quo duce terram, ſibi deſtinatam, repetere iubebantur, intra quadraginta annorum decurſum, quanta fuerit luƈta contra graſſantes errores, prolixum eſſet, commemorare. Ioſua deinceps, cuius auſpicio Palaeſtina ſub iugum erat mittenda, ad extremam usque ſenectutem, grauiſſimas curas et moleſtias ſuſtinuit, ut populum ſuum a deuiƈtarum gentium deaſtris prohiberet. Extrema adhuc aetate, et iam capulo uicinus, iuramenti religione omnes obſtrinxit, ut, eiurata idololatria, uero Deo in ſpiritu et ueritate ſeruirent. Exinde ſub iudicibus Iſraelitae fuerunt, usque dum exiſtimabatur, regio miniſterio melius conſultum iri tantae multitudini. Ita enim fore, ut, cum ad unum rei ſumma deferatur, et religionis ſinceritati proſpiceretur, et externi, ſi qui aggrederentur, felicius prohiberentur, ſed neque haec, quae ſpe concepta erat, felicitas diuturna fuit. Nam ſanƈtior cultus, et, quae huius fulcrum eſt, ueritas, quantum ſub Dauide caput extulit, tantum ſub Salomone detrimenti cepit, cum ipſe, exterarum mulierum captus amore, harum mores et ſuperſtitionem auide aemularetur. Hoc autem rebus humanis exemto, cum decem tribus ab eius proſapia defeciſſent, et Ierobeamum ſibi Regem conſtituiſſent, iam, profeſſo quaſi furore, ueritas paſſim proſcribebatur, et confiƈta nuper Deum propitiandi ratio docebatur. Non impune tulit rebellis populus nefandam defeƈtionem, ſed, grauiſſimis ſubinde afflicƈtus calamitatibus, experiendo diſcere debebat, quantum ſibi mali accerſat, qui, poſthabita ueritate, mendacia amplecƈtitur. Itaque decem tribus, per Aſſyrios, a populo Dei auulſae, procul in Mediam abduƈtae fuerunt. Quas extremo etiam, quantum huius gentis reſiduum erat, et Dauidis poſteris obtemperabat, ſequebatur in duriſſimae captiuitatis Babylonicae ſeruitutem. Quae caſtigationes etſi eo ſpeƈtabant, ut malo ſuo diſceret populus, nihil ſibi antiquius eſſe debere ueritate, quam ex mera gratia, in ipſorum ſalutem, Deus reuelaſſet, quaque ipſorum quotidianam emendationem, et temporalem iuxta, atque aeternam beatitudinem intenderet, plerique tamen in alia omnia ibant, et, cum ipſi a uero deſciuiſſent, longe plurimos in errandi ſocietatem trahebant. Nam, ſoluta captiuitate, et reduƈto in terram ſanƈtam populo, tres ſeƈtae, Phariſaeorum,

saeorum, Sadducaeorum, et Essaeorum, coortae sunt, quarum illa ambitione, ista auaritia, haec uoluptate potissimum capiebatur. Illa Scripturis traditionum lacinias assuebat, ista, praeter legem Mosaicam, nihil recipiebat, haec, speculationibus intenta, otium sectabatur et solitudinem. Sic, qui omnes uno ueritatis Spiritu regi debebant, inter se dissidentes, pro uero Dei cultu, somnia et fictitia sacra introducebant. Haec gentis Dei facies erat, cum Christus, ueri rectique Doctor summus, nasceretur, et praeconium in terris susciperet. Hinc mirum non est, cum ipse ueritatem praedicaret, quae omnes in genuinam assertura erat libertatem, ipsum tot tamque rigidos habuisse aduersarios. Inescati enim animi, uel prauis cupiditatibus, uel, quae parem in anima nostra uim habent, peruersis opinionibus, difficulter admodum ueritati se submittebant. Vti enim, cuius palatum felle tinctum est, male de saporibus iudicat, ita mens, pestilenti occupata errore, vel irretita affectibus, uerum a falso discernere non ualet. Eadem Ecclesiae sors erat subsequentibus temporibus, iis praesertim, quae B. Lutherum proxime praecedebant. Etsi enim modo hoc, modo illo, doctore e tenebris emicare ueritas conaretur, quod per Waldenses, Wiclefum, Hussum, aliosque factum esse, Historiae docent, tamen ualidior erat caligo, qua premebatur, quam ut eam perrumpere et triumphare posset. Hinc euentus ostendit, inusitato prorsus auxilio Dei adiutum, Lutherum ueritatem protraxisse. Quod opus adeo magnum et arduum plerisque, qui reformationem intimis animi uotis optabant, uidebatur, ut omnem omnino successum desperarent. *Peruicit tamen B.* uir, et uerbo Dei solo fretus, non modo insidias omnes et uiolentiam superauit, sed et tenebrarum uim subegit, ut nos hodie habeamus, cur eo nomine exultemus, et cum uoluptate ueritatem inquiramus.

Quare, his obseruatis, non est difficile inuestigare, quae causae sint, cur in tantum torporem rapiantur homines, ut ueritatem, qua nihil debebat esse pretiosius, negligant et aspernentur. Nimirum tria illa potissimum mundi numina, auaritia, ambitio, et uoluptates ipsos fascinarunt. Nolumus hic in ampliſſimum Historiae campum ire, sed conferamus tantum inuicem Christi et Lutheri tempora, tanquam illustrissima seculorum omnium momenta. Illic Pharisaei et Scribae auaritiae litabant, unde uiduarum domus deglutire, et preces, quas sanctissimas esse conueniebat, in hypocrisin, et meram

προφα-

προφασιν conuertisse, perhibentur, Matth. XXIII, 14. Iudas, qui ueritatem ex ore Christi toto quadriennio perceperat, eo peruersitatis adducebatur, ut et, spreto naturalis conscientiae dictamine, Dominum et Doctorem suum pretio uenderet, eoque uili, quo uix sordidum mancipium emi potuisset, Matth. XXVI, 14, 15. Eodem affectu agebantur, qui ad reipublicae gubernacula sedebant, populum nempe grauissimis exactionibus expilabant. Hic, ante Lutheri aetatem, clerus auaritae indulgebat, et aula praecipue Papalis diuitiis inhiabat. Illic, Christi aeuo, neque ambitio frigebat, sed eos, qui rei sacrae praefecti erant, eo impellebat, ut, quasi certamine de Pontificatu instituto, uariis artibus et dolis eum obtinere, et aliis extorquere, conarentur. Ita et ante Lutherum Papalis dignitas, quae summa in rebus mortalibus existimabatur, per artes illicitas appetebatur et obtinebatur. Tandem neque uoluptati et luxuriae quicquam deerat, cum Christus aduentaret, sed multo maxima hominum pars luxu diffluebat, et ueritatem, obiter receptam, suffocabat, Luc. IIX, 14. Idem morbus tenebat homines ante B. Lutheri Reformationem. Quid enim aliud expectari poterat in plebeiis, cum Romana curia, quae sanctitatis exemplo praeire uolebat caeteris, tota uoluptatibus et luxuria corrumperetur. Animaduerterunt multi boni uiri has corruptelas, cum publico humanae dignitatis dedecore grassantes. Itaque secessus quaesiuerunt, ibique, ueris destituti fontibus, speculationibus, plane ineptis, sese dedideruntt, et Theologiam, quae rationem Deum salutariter colendi tradere deberet, inutilibus et spinosis quaestionibus inquinarunt. Nam, ubi ueritatis facta est iactura, quantumcunque mens intendatur, inepta meditationum series et colluuies emergit. Codice Sacro ex manibus deposito, uel suum ingenium sequebantur otiosi, uel, prout cuique Doctor obtigerat, ita eundem admirabatur et eius uestigia legebat. Si quibus forte ueritatis splendor exoriebatur, deerat tamen animus et audacia, lui, tam late dominanti, se opponendi. Verebantur enim hinc potentiam, illinc opulentiam et furorem, quae fere sunt arma otiosorum et ignorantium, cum uident circulos suos turbari, et magnitudinis opinionem subuerti.

Inde fieri non poterat, quin cum praesentissimo uitae periculo Lutherus inueterata illa mala aggrederetur. Imo necesse erat, ut Deus ipsum, nescium initio, quid rei ipse moliretur, in haec certamina pertraheret, paulatimque in ueritate confirmaret, et heroica

fide donaret, quo confidenter aduerſus tempeſtatem depugnaret, diriſſima quaelibet experturus potius, quam a uerbo Dei uel latum unguem diſceſſurus. Itaque, ſicut parua ſcintilla ſaepe ingens incendium excitat, ita ueritas, quae animo unius Monachi primum illuceſcebat, breui tempore ita ſe diffundebat, ut eadem tota congeries ſtipularum et palearum, quibus ſapientia cleri Romani ſe efferebat, conflagraret. Verum inueniebatur, quod olim Gamaliel, cum in Apoſtolis impugnaretur ueritas, dicebat: *Si negotium hoc eſt ex hominibus, concidet et abolebitur, ſin uero ex Deo, per homines extingui non debet, ne uideantur ipſi θεομαχεῖν*, Act. V, 38, 39. Ita enim, quicquid conſiliorum, uiolentiae, et malitiae contra Lutherum inſurrexit, in fumum abibat, et ueritas emicabat.

Noſtrum eſt, o Optimi, felicem illum diem XXV Iunii, in animum reuocare, quo, Anno MDXXX, ueritas illa, quae, tredecim annis ante, primum emerſerat, caput liberius tollere, et in illuſtriſſimo totius Imperii confeſſu, ſuperſtitionem et errores debellare auſa eſt. Noſtrum eſt, nunquam ex animo dimittere cogitationem illam, quot fraudibus, minis, et caedibus etiam, nec non cruentis bellis, ex illo tempore in eam ſit conſpiratum, cum illa interim, immotae Petrae, Chriſto, ſuperſtructa, inuicta perſiſtat. Nam, poſtquam D. Lutherus fruſtra ad necem depoſcebatur, mox conflata eſt tempeſtas ingens, quae hinc dolis, illinc hypocriſi, et ficta ſanctimoniae ſpecie contra ueritatem inſurgebat. Primordia nimirum circa annum MDXXXV capiebat Ieſuitarum ordo, qui ſacramenti religione ſe ſe obſtringebat, ſe Pontificis autoritatem omnibus uiribus propugnaturum, et Proteſtantium doctrinam expugnaturum. Eodem circiter tempore Monaſterii in Weſtphalia Anabaptiſtarum furor oriebatur, qui, cum ſanctitatem meram creparent, ſacra tamen et profana omnia confundebant. Prodibat paullo poſt ſcriptum peſtilentiſſimum, quod *Interim* inſcribebatur, eo quod continebat doctrinam, quae interea temporis ab utraque parte obſeruaretur, dum concilii autoritate controuerſiae ſopirentur, quaſi de religione et, quae eius fulcrum eſt, ueritate poſſit pro tempore conſtitui, neque ueritati perpetuae aduerſus errores et mendacia ſint contentiones ſuſtinendae. Secutum eſt bellum atrociſſimum, quo Carolus V, qui omnes ante ipſum Imperatores potentia ſuperauit, totam uirium ſuarum molem in Euangelicos conuertebat, eo tamen, quae Dei erat prouidentia, ſucceſſu, ut ipſe, malis fractus, ueritate uictus,

uictus, regno ſe abdicaret, et, poſt editam uocem, uere Euangelicam, in me manes, optime Seruator, ego in te maneo, ad ſupracoeleſtia emigraret. Quamuis uero interim, Anno MDLII, tranſactione Paſſauienſi, Proteſtantibus quaedam halcyonia concederentur, fiebat tamen id tantum, quia neceſſitati parendum erat, neque felicitas armorum, quae Proteſtantes pro ueritate gerebant, aliter reprimi et inhiberi poterat. Nam in Hiſpania, Gallia, Belgio, Anglia etiam in eos, qui ueritatem Euangelicam tuebantur, crudeliſſime ſaeuitum eſt, ut uel nuptias Pariſienſes, tanquam hiſtoriae opprobrium, meminiſſe horrori ſit. Atque ſic inter lacrymas, gemitus, et caedes, repurgatae religioni luctandum erat contra uim et malitiam, obdurandum tamen aduerſus maximas inſultationes, cum certiſſima diuinae protectionis fiducia.

Perſtiterat tam inconcuſſa ueritas, et per integrum Seculum inimicorum tela fatigauerat, cum noua ipſam procella impeteret. Quippe incendium, in Bohemia exortum, mox totam corripiebat Germaniam, et Euangelicis ſtatibus internecionem minabatur. Scilicet, ne illi ſine planctu et ſingultu Iubilaeum I exhibitae Auguſtanae Confeſſionis agerent. Nam, quantum ui manuque praeliabantur contra ueritatem aduerſarii, tantum, qui imbelle otium fectabantur, criminationibus, cauillis, et thraſonicis illuſionibus eam exagitabant. Non modio aut trimodio, ſed integris plauſtris illa admetitur Adamus Conzenius, in *triſti*, ut uocat, *Euangelicorum Iubilaeo*, quod, ut ipſe uana et praepoſtera ſpe praeceperat, primum et ultimum eſſe, praedicat, quocum ipſa Euangelica ueritas ſit contumulanda. Nihilo tamen ſecius, Deo pro meliore cauſa ſtante, Anno MDCXLIIX, triumphauit purior coetus, et aduerſariis, tot cladibus iam domitis, certiſſimam pacem extorſit, qua cautum eſt, ut integra poſthac relinquatur conſcientiarum libertas, Euangelici in ſua quiſque ditione quiete fruerentur, neque, ſub obtentu religionis, quisquam poſthac inuaderetur. Ex eo tempore, cum patriae noſtrae res, niſi quod ſemel iterumque ab externis inuaſionibus laceſſitae, et ex parte turbatae ſint, integrum eſt cuique, uerbum Dei rimari, inde ad fidem et pietatem ſe inſtruere, et cultui diuino uacare, prouti interno conſcientiae motu agitur. Quae tamen eſt ſors ueritatis inter homines, alibi acrius recepta et alacrius defenſa, alibi autem negligentius habita fuit, alibi

etiam per inteſtinos hoſtes, prout nulla aetas turbulentis ingeniis uacat, ſollicitata. Sed haec mala uel eo nomine mitiora ſunt cenſenda, quia contra illa mens, externis terroribus minus concuſſa, inquirenda ueritate impune erigere et firmare ſe poteſt.

Nunc, Deo laus! imminet Iubilaeum A. C. II, quod ea tempeſtate celebrare licet, qua, remotis armorum ſtrepitu et metu, Proceres Germaniae concordiam colunt, et, cum externis Regibus inito foedere, toti fere Europae de otio, nullis theſauris comparando, proſpexerunt. Quoniam itaque, Dei beneficio, longe felicius, quam aduerſarii praeominati fuerunt, haec ſolennia celebrabimus, ad laudes Numinis decantandas nos inuicem exhortabimur. Et, ut ordine fiant omnia, Fer. I, poſt Horam V matutinam, in Collegio Auguſteo congregabimur, inde, compoſito ordine, ad aedem OO. Sanctorum demigraturi, deinceps, finito cultu, ad D. Mariae aedem, eodem ordine, remigraturi. Ad reliquos, qui agentur, conuentus ſacros, quilibet, pro ſuo arbitratu, deuota reuerentia ſe conferet. Occupabitur Miniſtrorum Eccleſiae cura in euoluendis Textibus Sacris, Fer. I, ante merid. Rom. I, 16, 17, a meridie Ebr. XIII, 15, 16, Fer. II, ante merid. Ebr. X, 23, 24, a merid. Pſ. XCIII, 5, Fer. III, ante merid. Ioh. VII, 16, 17, 18, a meridie Rom. X, 9, 10, 11. Finitis autem ſacris, Fer. I, hor. IV pomerid. *Carmen Seculare* recitabo Acad. Rector, CHRISTOPHORVS LVDOVICVS CRELLIVS, I. V. D. Poëtices P. P. Fer. II, hor. IV ueſpert. *Orationem Secularem* habebit Io. GVILIELMVS de BERGER, Sac. Caeſ. Mai. et Potentiſſ. Polon. Regis ac Princip. Elect. Saxon. Conſiliarius, Hiſtoriographus Regius. Eloqu. et Hum. Prof. Publ. Alumn. Regio - Electoral. Ephorus. Feria III, hor. IV pom. de *ſtimulo ueritatis Euangelicae, in comitiis Auguſtanis, per praelectionem Auguſtanae Confeſſionis, impreſſo et relicto*, uerba faciet Io. CASP. HAFERVNG, D. SS. Theol. Prof. Publ. Alumn. Regio - Electoral. Ephorus, h. t. DECANVS. Denique IV Cal. Iul. hor. IIX matutina, de *Aedis omnium diuum incrementis, quae et Academiae Wittebergenſis fundamentum, et religionis purioris principium fuit*, dicet GEORGIVS GVIL. KIRCHMAYERVS, Potentiſſ. Poloniar. Regis et Saxon. Electoris Pr. a Conſiliis et Graecar. Literar. Prof. Publ. Idem et reliqui eiusdem hebdomadis Iubilaeae dies habendis omnium Facultatem Diſputationibus tranſigentur. In quibus omnibus Deus ſua gratia nobis adſit!

Illud

Illud uero mirifice adauget laetitiam publicam, quod, pro inexhauſta ſua Clementia, Deus ter Optimus, terque Maximus, SERENISSIMVM POTENTISSIMVMQVE PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM FRIDERICVM AVGVSTVM, REGEM POLONIARVM, ET ELECTOREM SAXONEM, *uere Auguſtum*, Dominum noſtrum longe Clementiſſimum, ingraueſcente iam aetate, uita, incolumitate, et felicitate donare uoluit, ut inter iubila et plauſus omnium ciuium, deuotiſſima fide eius Maieſtati obſtrictorum, iuſtitia, pax, et religio uigeat intemerata. Exultemus itaque in Domino, ſalutari noſtro. Spem noſtram collocemus in eo, *qui poteſt ſuperabundanter agere plus, quam uel petimus, uel intelligimus, ſecundum uirtutem, quae in nobis operatur*, Eph. III, 20. *Colamus Dominum in laetitia, ueniamus in conſpectum eius ouantes. Agnoſcamus, quod Dominus ſit Deus, qui nos fecit, et non nos ipſi. Simus populus eius, et grex paſcuorum eius. Ingrediamur portas eius, gratias acturi, et atria eius, cantaturi laudes. Celebremus illum, et nomen eius laudemus. Quoniam bonus eſt Dominus, bonitasque eius infinita, fidesque eius in omnes aetates, Pſ. C*, 2-5. Deprecemur ſupplices pro magiſtratu noſtro, pro *Regia Maieſtate, Regio et Electorali Principe, Sereniſſimaque eius coniuge, Principibus Celſiſſimis, et uniuerſa Proſapia Ducali Saxonica*, ingeminantes, *Exaudiat te Dominus, cum in anguſtiis fueris. Protegat te nomen Dei Iacob. E ſanctuario ſuo auxilium tibi ferat, atque e Sion te ſuffulciat. Memor ſit omnium munerum tuorum, et holocauſtum tuum pingue aeſtimet. Det tibi iuxta cor tuum, et omne conſilium tuum perficiat, Pſ. XX, 1-4.* Ita *ſalus eius prope adſit timentibus ipſum, et inhabitet gloria in terra noſtra. Bonitas et ueritas ſibi inuicem occurrant, iuſtitia et pax ſe mutuo oſculentur. Fides e terra progerminet, et iuſtitia e coelis proſpiciat. Etiam Dominus det bonitatem, et terra noſtra reddat prouentum ſuum, Pſ. LXXX, 10-13.*

Et quoniam preces non audiuntur, niſi ex uera procedant fide, fiduciam noſtram ponamus in Chriſti merito et ſatisfactione, quo, ſanguine eius mundati, ſanctas ad ipſum manus leuemus, et ſpei pleni coram ipſo conſiſtamus. Cumque ſciamus, quae ſit calamitas regni ueritatis, tria nempe illa, quibus mundus ſupplicat, uitia, auaritia, ambitio, et uoluptas, fugiamus ea, cane et angue peiora, et, ne imbecillitate ſuccumbamus, uires et robur a Deo fortitudinis noſtrae petamus, quo, lumine eius colluſtrati, intelligamus ſanctas eius

uias

uias, et, uirtute eius ſuffulti, eas ſequamur. Ita *innocentes tollemus manus, ſine ira et dubitatione*, 1 Tim. II, 8. Et erimus certi, quod nunquam absque benedictione ab ipſo ſimus diſceſſuri. Idque tanto magis, quia *Auguſtana Confeſſio*, quam tuemur, vere auguſtam diuinamque complectitur ueritatem, indeque auguſto ſucceſſu fuit comprobata.

Quod ſi poſthac quoque Deo fuerit uiſum, per crucem et aduerſitates fidem eccleſiae exercere, confidamus omnino, ipſum, qui immittit, etiam auxilio futurum. Quis enim unquam deſertus fuit, qui Deo confiſus eſt? Et eſt ea indole fides, ut, ſicut aurum igne ſpectatur, ita ipſa poſt afflictionum aeſtum, clarius eniteſcat. Modo prohibeat Deus, ne, qui ueritatis odium concipiunt, ſanguine et violentia contra eam ſaeuiant. Hoc enim pacto humanitatis iura uiolantur, et belluino more aduerſus homines agitur, qui non, niſi rationibus agi flectique uolunt. Nos, qui ingenuo ueritatis amore ducimur, nullum detrectabimus certamen, imo ſubire illud nunquam non gaudebimus, modo argumentis, ex Scriptura depromtis, aut rationibus inuictis et euidentibus nobiſcum certetur. Quod ſi obtinuerimus ab iis, qui contradicere audent, non deſperamus nos cum gloria et emolumento noſtro uictoriam, quam a uerbo Dei ſtare neceſſe eſt, obtenturos. Et ipſos demum aduerſarios eandem nobiſcum fidem, haud repugnantes, amplexuros, et pari Spiritus concordia triumphaturos. Quando ingentis triumphi inſtar exiſtimandum eſt, ſubmittere ſe ueritati ſalutari, et ipſi palmam concedere.

Tu uero, aeterne atque omnipotens Deus, incende corda noſtra igne Sancti Spiritus tui, illumina intellectum noſtrum, ut ſanctam uoluntatem tuam perſpiciamus, eam toto pectore amplectamur, et uno ore concelebremus. Protege et defende nos uniuerſos, amolire inimica conſilia a tectis noſtris, ut te unum metuamus, amemus, et in te recumbamus. Ita nomini tuo pſallemus, et potentiam tuam exaltabimus, dum uita fruemur. Redargue etiam Spiritu tuo omnes, qui tuae uoluntati aduerſantur, eosque conuince, ut tandem reſipiſcant, et ſanctitatem tuam uereantur, aut, ſi omnino gratiam reſpuere perrexerint, compeſce ipſorum impetum, et ubique gloriam tuam amplifica. Fac hoc, o Deus, propter gloriam tuam ſempiternam! Amen.

Haec

Haec cum agerentur, atque animi, ad hanc ſolennem feſtiuitatem pie celebrandam, tam Academicis ſcriptis, quam miniſterii Eccleſiaſtici concionibus, in Aug. Conf. habitis, bene eſſent praeparati, reliquaque momenta, quae cum uigilium Praefecto ac Senatu oppidano fuerant communicata, apte eſſent diſpoſita, ipſique etiam Ciues Academici ordinem progrediendi ſorte conſtituerant, quae primum locum adſcripſerat Polonis, Sileſiis, Saxonibus Infer. Duc. et Danis, alterum Thuringis, tertium Luſatis, quartum Saxonibus, quos prouincia Electoralis genuerat, quintum Tranſiluanis, ſextum, Francis, ſeptimum Sueuis, octauum Anhaltinis, nonum Miſenenſibus, et decimum Hungaris, ſpes erat, feliciter omnia et ordine, uti factum eſt, euentura eſſe. Simulac enim dies Iobelaeus illuceſceret, hora tertia, in turrium oppidanorum porticis, betularum frondibus circumquaque conſitis, tubae, litui, ac buccinae, interſtrepentibus tympanis, perſonabant, et, Ambroſiano aliisque hymnis, quibus diuinae laudes celebrantur, inter concentus muſicos, decantatis, hora quarta deſinebant, quos uero ut in turribus campanarum ſonitus excipiebat, quae tribus diſtinctis pulſibus ciebantur usque ad horam quintam, ſic ante aedes Rectoris Magnifici, inter concentus Muſicos hymnus, *Nun dancket alle GOtt*, canebatur, atque paullo poſt in foro, circa horam quintam, congregabant ſeſe Ciues Academici, et, facto circulo, poſtquam in eum uenerant muſici, tubicines, et tympanotribae, uocibus, fidibus, lituis, buccinis, ac tympanis ſequentes canebant hymnos, *Allein GOtt in der Höh ſey Ehr*, et, *Ein feſte Burg iſt unſer GOtt*, circumſtantesque ad eandem animi religionem excitabant concinentes, lacrymantes, precantes. His ſacris, ſub dio, finitis, ſacra fiebant poſt horam quintam in templo oppidano a Diacono II, b. KETTNERO, Studioſa iuuentus autem ſeſe ordine, et ſine ſtrepitu, ad Auguſteum recipiebat, nouem ceremoniarum Magiſtris, ſiue Mareſchallis, qui Rectorem Magnificum in eiusdem aedis muſeum, quod b. LVTHERVS olim inhabitauit, ducerent, deputatis, qui, poſtquam aduenerat, una cum P. C. hymnum, *Nun dancket alle GOtt*, canebat, concinentibus Hoſpitibus in Alumneo commorantibus, et Ciuibus Academicis in Aula ſubſiſtentibus, ac tympanis reſonantibus lituisque. Quo finito Rector, comitantibus Profeſſoribus, itemque Hoſpitibus, progrediebatur in aedem Academicam. Praeibant lituos ac tubas inflantes cum tympana pulſante, poſt hos ſex ceremoniarum Magiſtri, ſiue Mareſchalli, mox duo miniſtri publici, cum duobus uicariis, ſceptra argentea geſtantes. Deinde ſequebantur Ciues eo ordine, quem ſors decreuerat, praeeuntibus choraulis et tympanis, ac, qui eos excipiebant, tres Mareſchalli, poſt hos Senior Seniorum

 natio-

nationumque cohortes omnes, quarum ſingulae a duobus Mareſchallis et Seniore ducebantur, mediam fidibus canentes, et ultimam cornua uenatoria ac buccinas inflantes, praeibant. Durante proceſſu campanae pulſabantur, et, cum in templum uentum, organon, quod follibus inflatur, canebat, Rector uero cum Patribus ac Hoſpitibus ſubſellia Profeſſorum aliaque, hanc in rem extructa et panno rubro obtecta, ceremoniarum uero magiſtri aulam, in qua Rectores creantur, Ciues aream et altiora loca, occupabant. His ita conſtitutis, omnique ſtrepitu ceſſante, canebatur a V. D. Miniſtro RAVIO, *Gloria in Excelſis DEO*, poſt haec, *Allein GOtt in der Höh ſey Ehr*, et, praelecto diuino Oraculo ex Hebr. XIII, 7-21, *O HErr GOtt dein göttlich Wort*, itemque, loco Euangelii, ex Rom. I, u. 1 usque ad u. 17, melos, cuius auctor director muſices, *Samuel Franciſcus Iacobi*, erat, inter muſicos modulabantur concentus, ac denique, hymno, *Wir glauben alle an einen GOtt*, decantato, in concionem aſcendit D. IO. GEORGIVS IOCHIVS, Praepoſitus aedis Acad. et, habita in Rom. I, 16, 17, oratione ſacra, Formulam praelegebat demandatam, uid ſupra, p. 162, qua abſoluta, muſices director, *Iacobi*, paulo ante appellatus, dulce piumque melos modulabatur, ac, decantato hymno, *Ach bleib bey uns Herr Ieſu Chriſt*, benedictoque diuino accepto, ibatur hora decima, eadem ſolennitatis pompa in templum Marianum, in quo, poſtquam *Io. Gottfried Thomae*, qui muſicae praeerat, concentus muſicos, et melos a ſe compoſitum, hymnoſque eoſdem, quos in aede Academica cecinerant, decantarat, D. IO. GEORGIVS ABICHT, Superint. Gen. concionabatur, et, quae demandata erat, precandi formulam recitabat, quo facto uocibus, tympanis, ac tubis, hymnus *Ambroſianus*, canebatur, et, rebus ſacris reliquis peractis, cultui diuino ante meridem finis imponebatur. A meridie uero, hora prima ad ſecundam uſque, campanae ciebantur tribus diſtinctis pulſibus, hora ſecunda in aede oppidana hymnis et concentibus Muſicis coeptum eſt concelebrare DEVM, hisque finitis orationem habuit ſacram D. ANDREAS CHARITIVS, Archid. in Hebr. XIII, 15, 16, recitauitque, ea abſoluta, praefationem et priores Articulos XXI A. C. breui adiecta demonſtratione, quodnam ſit inter noſtram et Pontificiorum doctrinam diſcrimen, dehinc, hymnis decantatis, cum gaudio finiebantur ſacra. Poſt haec hora quarta, Ciues Academici iuerunt in Auguſteum, ex quo progreſſi, tympanis, buccinis, ac tubis praeeuntibus, ad Rectoris Magnifici domicilium aduentarunt, eumque, cum P. C. et Hoſpitibus ex muſeo egreſſum, et a Mareſchallis ductum, inter concentus muſicos ac campanas impulſas, in aedem Academicam,

demicam, floribus ac gramine conſperſam, ſunt comitati. Accedentes organi maioris, quod follibus inflatur, ſalutabantur concentu, Rector uero Magnificus a ceremoniarum magiſtris in cathedram, ob hanc ſolennitatem extructam, deducebatur, Profeſſoribus interea et Hoſpitibus ſubſellia ſibi aſſignata, Ciuibus aream et loca altiora, occupantibus. Quam primum hoc factum, artis muſicae periti melos, et pietate et dulcedine ſpirans, ab ipſo Rectore Magnifico compoſitum lingua Latina, et a *Iacobio* ad modos muſices coaptatum, inter uariorum inſtrumentorum concentus, ante et poſt orationem modulabantur, eamque, genere heroico conſcriptam, ipſe Magnificus recitauit, et hoc actu ſolemni finito, eadem pompa ductus iuit domum. Die IIdo feſto, ſiue d. XXVI Iunii, tempore conſueto, campanae pulſabantur, et concionabantur in textus praeſcriptos, hymnis ac concentibus Muſicis ante, et poſt, conciones decantatis, tum in aede Mariana M. KETTNERVS hora circiter VI, hora nona, Superint. Generalis D. ABICHT, itemque a meridie D. CHARITIVS, qui ſimul quinque Articulos de abuſibus recitauit ac breui explicauit, in templo OO. SS. uero hora VII orationem ſacram habuerat D. SCHROEERVS, qui numum Iubilaeum tradiderat concioni ſequentem,

Eine Iubelmüntze, ſo den Tempel zu Ieruſalem auf beyden Seiten zeiget,

cum Inſcriptione,

Schaue Zion die Stadt unſers Stifts,

et quidem altera in parte, *ſanctiſſimum templi*, ſpeciatimque *arcam foederis*, cum inſcriptione,

Dein Wort iſt die rechte Lehre,

Altera in parte, *ſanctuarium* cum inſcriptione,

Heiligkeit iſt die Zierde deines Hauſes.

Rebus itaque ſacris, hoc altero quoque feſto feliciter abſolutis, hora IV congreſſi erant Ciues Academici in foro, et, poſtquam nationes ſingulae in totidem circulos iuerant, praeeuntibus tympanis, buccinis, ac tubis, itemque ceremoniarum magiſtris, ibant ad Rectoris Magnifici aedes, eumque et, qui ibi congregati erant, Profeſſores ac Hoſpites, eadem pompa in templum Academicum deducebant, in quo, praemiſſis concentibus Muſicis, IO. GVILIELMVS BERGERVS, Hiſtoriographus Reg. Eloq. P. P. Regio Elect. Alumnor. Ephorus, orationem habuit ſecularem,

de meritis Augustanae Confessionis in Rempublicam, totumque imperium, qua absoluta decantatoque, ad Musices leges accommodato, carmine, Rectorem domum deduxerunt, et quieti ad lares suos redierunt.

Die III festo, siue d. XXVII Iun. in Templo Academico concionabatur, hora VII, D. HAFERVNGIVS, P. P. in Mariano uero, hora V, M. KETTNERVS, hora IX, D. SCHROEERVS, P. P. et Fac. Sen. a meridie D. CHARITIVS, Archid. qui simul recitauit exposuitque ultimos duos Articulos de abusibus, addita admonitione ad perseuerantiam in uera fidei doctrina usque ad finem, et uoto, quo DEVS hanc puram nostram Euangelii doctrinam saluam sartamque conseruare nobis posterisque uelit. Textus explicabantur praescripti, hymnisque ante et post conciones, inter musicos concentus, decantatis, finiebatur huius festi Iobelaei in templis solennitas, praeter, quod adhuc in Templo Academico Orationes solennes habebantur, siquidem hoc ipso die, hora IV, Ciues Academici, ut prioribus diebus, in foro conuenerant, atque ut Rectorem Magnificum D. CRELLIVM, P. C. et Hospites eadem pompa ad aedem OO. SS. deduxerunt, in qua, nomine Facultatis Theol. huius Decanus, D. IO. CASPAR HAFERVNGIVS,

de stimulis ueritatis in Augustana Confessione,

et, nomine Facult. Iurid. D. GEBHARDVS CHRISTIANVS BASTINELLERVS, Consil. Aulicus,

de Euangelicorum religione et prudentia, Augustissimo Carolo V rectissime probata,

differentes perorarunt, sic, cantionibus Musicis, quibus audirorum animi demulcebantur suauissime, absolutis, Rectorem reduxerunt, dehinc ad forum sese recipientes in circulum uenere, ac, Ceremoniarum magistris et Musicis in medio constitutis, sequentes hymnos, (dirigentibus b. M. CAROLO SIGISMVNDO HENNINGIO, Seydeberga Lus. post Vice Praetore huius ciuitatis, et FRIDERICO GRVNDMANNO, Gassena-Lusato, iam in uicinia Pastore Krobstadiensi,) *HErr GOtt dich loben wir*, *Nun last uns GOtt dem HErrn*, et, *Ach bleib bey uns HErr IEsu Christ*, aperto capite, tubis, tympanisque interstrepentibus, religiose cecinerunt, spectantesque et suspiria et lacrymas extorserunt.

Die Mercurii, siue XXIIX Iunii, Corpus Academicum in Rectoris aedibus, hora IX, coibat, atque, impulsis campanis, inter tympana ac lituos progrediebantur in OO. SS. templum, in quo GEORGIVS GVILIEL-

LIELMVS KIRCHMAIERVS, Consil. Reg. et Gr. L. P. P. nomine Facultatis Phil. Orationem habebat,

De aedis omnium Diuum incrementis, quae et Academiae Wittebergensis fundamentum, et religionis purioris principium, fuit,

qua finita et cantionibus Musicis absolutis eadem solennitate redierunt, qua uenerant, in Auditorio maiori uero, hora X audita, disputationem habuit D. GEORGIVS FRIDERICVS SCHROEERVS, Ordinis sui Senior, *de Spiritu Quackeros regenerante.*

Die XXIX Iun. in Auditorio maiore disputauit GALLVS MAXIMIL. L. B. de RACKENITZ, et, praeside D. AVGVSTINO LEYSERO, Consil. Aul. *Flores ex Themidis hortis collectos in Augustanam Confessionem sparsit*, ut titulus Disputationis erat, uterque disputans Cathedram supremam, BARO dextram, PRAESES sinistram, tenens, occuparat.

D. XXX Iun. Dissertationem uentilauit sub praesidio D. MART. GOTTHELF LOESCHERI, Phys. P. P. IO. THEODOR. NICOLAI, Witteb. *de Medicorum meritis in Augustan. Confessionem.*

Kal. Iulii Praeside GEORG. GVIL. KIRCHMAIERO, Consil. Reg. et P. P. propugnauit Dissert. *de Iurisprudentia Pauli, sigillatim, locum sacrum iustificationis penitus enucleante*, M. IO. GOTTLOB WALTHER, Pegau. Misn. Vt uero hi actus disputatorii eo solenniores essent, ipse Rector Magnificus non tantum sua praesentia eos omnes ornauit, sed etiam ipse dissentiendi prouinciam est ingressus.

Post haec sequentes dissertationes in lucem sunt editae. Die nimirum II Iulii Fac. Phil. Decanus, SAMVEL CHRISTIANVS HOLLMANNVS, P. P. et Fac. Phil. Assess. Programma, quo Candidatos Philosophiae et artis Poeticae inuitabat, *de salutari religionis, diuinitus nobis traditae, Reformatione, inque ipsam Reformationem redundante felicitate*, publicauit, qui Vir Celeber. Die IV Iul. Dissert. priorem *de Reformatione Philosophica condendisque libris in Philosophia Symbolicis*, Respondente HENRICO ERNESTO STIEFELIO, Langensalza-Thur. Die XXVI Iulii posteriorem, Resp. CHRISTIANO GODOFREDO IVNGNICKEL, Gadegasto-Sax. habuit.

Die IIX disputauit IO. DAVID DIETRICH, Fac. Phil. Assess. et Theol. Candid. Resp. IO. GOTTLIEB VSAEO, Halb-Lus. de Numi Ludouici XII, Galliae Regis, Inscriptione, *Perdam Babylonis nomen.*

Die IX Iul. RECTOR Magnificus literis, publice *) affixis, Cives

*) Exhibet illas b. BERGERI *Stromateus Academicus*, p. 629, seqq.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/365 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

VES Academicos inuitabat ad audiendum IO. HENRICVM BARTELIVM, Fac. Phil. Adi. a meridie, finitis sacris, qui memoriam b. WERNSDORFII oratione anniuersaria renouare statuerat. Atqui CIVES tanto in b. WERNSDORFIVM amore excitati, quanto magnus ille Theologus erat dignus, frequentes in foro confluebant publico, et RECTOREM ordine in auditorium comitabantur composito.

D. XV Iulii, sub praesidio D. GODOFREDI LVDOVICI MENCKEN, Digest. Vet. P. P. Cur. Prou. Fac. Iur. Consist. Eccl. nec non Iudicii in Lus. Inf. Assessoris, propugnauit Auctor, IO. CHRISTIANVS THILO, Longo - Sal. Thur. Dissertationem *de eo, quod Iuris est circa Iubilaea.*

D. XIX Iul. praesidente D. IOCHIO, Consist. Eccl. Assess. et Praepos. pro Licentia disputabat M. IO. DAVID STROBACH, de qua supra, p. 257.

D. XXII Iul. sub praesidio GEORGII GVIL. KIRCHMAIERI, supra laudati, M. IO. IVSTVS SPIER, Greussena-Thur disputauit *de addendi detrahendique ui a uerbis Apocalypticis prohibenda*, ad Apoc. XXII, 18, 19, ut reliquas, quae, insequentibus huius anni mensibus, publici iuris sunt factae, Dissertationes taceamus, hoc saltem commonefacientes, omnia, ut DEI gratia, feliciter et tranquille hoc Iobelaeo, fuisse peracta, et Ciues inprimis Academicos omni animi religione hoc festum celebrasse, eamque quouis modo significasse, sic Academiam in aede OO. SS. sacra, arae ex aduerso, cathedram sublimem, ex qua orationes seculares supra memoratae fuerunt habitae, extruxisse, eamque a dextera aeque ac sinistra, suspensis aulaeis ac tapetis, a tergo autem arcu triumphali, condecorasse, quae emblematibus et ornamentis, a IO. GOTTLIEB KRAVSIO, Histor. P. P. inuentis superbiebat. In sublimiori uidelicet loco *fides*, siue *Religio*, sub umbella stetit, dextra crucem, sinistra calicem, tenens, cuius capiti Angelus, ex alto descendens impositurus erat coronam dextra, sinistra serpentem, qui caudam comprimebat ore, ad aeternitatem significandam, tenebat, in ipso monumento, in quo stabat illa, euoluta a dextra iacebant biblia, a sinistra A. Confessio, apposita Inscriptione,

D. O. M
CONSERVATORI
OB
SACRA COETVS LVTHERANI
SOLENNI PROFESSIONE

ASSER-

ASSERTA
ET ADHVC
INVIOLATE SERVATA
VOTA
SECVLO II SVSCEPTA
PERSOLVIT
IN SECVLVM III NVNCVPAT
ACADEMIA WITTEBERGENSIS
VII Kal. Iul. A. R. S. CIↃ IↃ CC XXX

Ad huius monumenti dextram ſtetit *Sapientia*, ad Siniſtram *Conſtantia*, quae ſiniſtra tenebat columnam, in qua legebatur, V. D. M. I. Æ. Infra haec a dextra pendebat b. LVTHERI effigies, prope quam ſita erat acus magnetica ad ſtellam polarem ſe uertens, adiecta epigraphe, *Coeli nutu regitur*, a ſiniſtra effigies PHILIPPI MELANCHTHONIS, et prope hanc petra, cui inaedificata conſpiciebatur aedes, uentis ac procellis expoſita, hac appoſita inſcriptione, *tamen immota*, in medio erant inſignia Academiae Wittebergenſis, ſcilicet effigies fundatoris, FRIDERICI Sapientis, cum inſignibus Saxonis. Imo denique loco, in utroque latere, citri erant poſitae florentes, fructibusque ſimul turgentes, ſolum uero floribus ac gramine conſperſum uidebatur.

RECTORE

IO. GEORGIO IOCHIO, Th. D. et P. P. Senat. Eccl. Regio Elect. Aſſeſſ. Templi OO. SS. Praepoſito et Ord. ſui Decano,

CIↃ IↃ CC XXX, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LXXXIII

inter quos,

1) Carolus Erneſtus de Metſch, *Eq. Anhalt.*
2) Carl Wilhelm Boſe, *Eq. Miſn.*
3) Philipp. Erneſt. de Kannewurf, *Eq. Miſn.*

Hoc Rectoratu,

Decanus Fac. Phil. IO. FRIDER. WEIDLER, *Math. Sup. P. P.* XV Candidatis ſummos in Philoſ. honores ſolenniter contulit.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/367
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

R E C T O R E
D. IO. GODOFREDO KRAVSIO, ICto, Inſtitut. P. P.
Cur. Prouinc. Scab. et Fac. Iurid. nec non Iudicii
Prouinc. in Luſat. Infer. Aſſeſſ. et Ord. ſui
h. t. Decano,
CIↃ IↃ CC XXXI, Kal. Maias, inſcripti ſunt LXXXIV
inter quos,

1) Io. Dieter. Andr. Boſe, *Eq. Thur.*
2) Io. Adolph Ferdinand von Haugwitz, *Eq. Miſn.*
3) Heinrich Rudolph von Haugwitz, *Eq. Miſn.*
4) Rudoldh Chriſtian von Benningſen, *Eq. Sax.*
5) Heinrich Adolph von der Dröſſel, *Nob. Miſn.*
6) Georg. Wilhelm Iöcher, *I. V. D.*
7) Hieronym. Frider. de Stammer, *Eq. Luſ.*
8) Moritz Chriſtian von Prittwitz, *Eq. Sil.*

Hoc Rectoratu,
I Obiit d. 1 Octobr. IO. GEORGIVS IOCH, *SS. Theol. D. P. P. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et Templi OO. SS. Praepoſ.*

II IN FACVLTATE MEDICA
pro Licentia diſputarunt,
ſub praeſidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
IO. EPHRAIM MVTIELET, *Caſſel. Haſſus*,
de Febre Tertiana ob empyema a pulmonis uomica rupta.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. MATTHIAS HAASIVS, *Math. Inf. P. P.*
XXV Candidatos honoribus Magiſter. exornauit.

R E C T O R E
D. IO. GODOFREDO de BERGER, Conſil. Aul. et
Archiat. Reg. Med. P. Prim. et Acad. Seniore,
CIↃ IↃ CC XXXI, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LXXIIX
inter quos,

1) Leonhard Moritz de Prittwitz, *Eq. Sil.*
2) Carl Friedr. de Stammer, *Eq. Halberſt.*
3) Carl

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/368
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

3) Carl Fridr. de Schmiedeberg, *Eq. Magd.*
4) Io. Alex. de Schmiedeberg, *Eq. Magdeb.*
5) Gottlob Aug. de Witzleben, *Eq. Saxo.*
6) Io. Christ. Mithoffius de Mithofen, *Quedlinb.*
7) Emricus Io. de Mirbach, *Eq. Curl.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesidio D. GEORG. FRID. SCHROEERI, *P. P.*
M. IO. CASPAR SIBERVS, *Superint. Hertzberg.*
de ἀποκαταστάσει πάντων, seu Restitutione omnium,

II IN FACVLTATE IVRIDICA
1) sub praes. D. IO. HENR. ALBINI, *Fac. Iur. Assess. et Ciu. Synd.*
IO. CHRISTIAN. HEDLERVS, *Witteb.*
de eo, quod iustum est in donationibus bonorum immobilium,
2) sub praesidio D. GODOFR. LVDOV. MENCKEN, *P. P.*
ANTON FRIDER. HAFERVNG, *Witteb.*
de fama forensi,

III IN FACVLTATE MEDICA
sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
SAMVEL GOTTOB WENZEL,
de Tincturae Antimonii uaria praeparatione.

IV in Fac. Iurid. *unus*, et in Med. *duo* Licentiati renunciati sunt Doctores.
V in Fac. Phil. Dec. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLIVS, *Poes. P. P.*
XXVII Candidatos Philos. Magistros renunciauit.

RECTORE
FRANCISCO WOKENIO, Th. D. OO. LL. P. P.
Reg. Bor. Scient. Socio,
CIↃ IↃ CC XXXII, Kal. Maias, inscripti sunt CXLII
inter quos,

1) Francis. Carol. de Wolffersdorf, *Eq. Mis.*
2) Carl Aug. von Hollauffer, *Misn.*

3) Casp. Dietr. von Schönberg, *Eq. Misn.*
4) Gottlob Fridr. von Theler, *Eq. Lus.*
5) ADAM HEINO HEINRICH Graff von FLEMMING.
6) Carl Wilhelm Christ. von Crause, *Eq. Misn.*
7) Anton von Leibnitz, *Eq. Misn.*

Hoc Rectoratu,

I Obiit CHRISTIANVS VATER, *Phil. et Med. D. P. P. Phys. Prouinc. Consil. Aul. Princip. Seruest. et Archiater.*

II pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesidio D. IO. CASP. HAFERVNGII, *P. P.*
IO. SAMVEL LVPPIVS, *Superint. Iessen.*
de Sanguine Christi,

II IN FACVLTATE IVRIDICA
1) sub praesidio D. AVGVSTINI LEYSERI, *Consil. Aul.*
IO. GODOFRED. SCWENCKE, *Witteb.*
de Iure Germanor. antiquo et moderno circa rapinas,
2) sub praesid. D. GEBH. CHRIST. BASTINELLERI, *Consil Aul.*
AVGVSTVS NAEVIVS, *Dresd.*
de arbitrio Iudicis restricto,
3) sub praesidio D. IO. GODOFREDI KRAVSII, *P. P.*
IO. GOTTLOB WEIDLERVS,

III IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
CHRISTIAN FRIEDER. HVNDERTMARCK,
de morbo Spasmodico a uariolis male curatis orto,
2) sub praesidio EIVSD. CHRISTIAN. FRIDER. MICHAELIS,
de Haemophtysi,
3) sub praesid. EIVSD. IO. FRIDER. THAERIVS,
de potus in febribus necessitate,

III Doctores creati sunt I in Facultate Theol. solenniter *quinque*,
II in Facultate Iuridica *tres*,
III in Fac. Medica *duo*,

IV

IV in Fac. Phil. Decan. IO. DAVID DIETERICVS, Fac. Phil. Adi.
XII Magiſtros Philoſophiae creauit.

R E C T O R E
GEORGIO FRIDERICO SCHROEERO, SS. Theol.
D. et P. P. Ord. ſui Sen. Regio-Elect. Alumn. Ephoro,
et h. t. Decano,

CIↃ IↃ CC XXXII, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CIV
inter quos,

1) Io. Auguſt von Möllendorf, *Eq. Magd.*
2) Frider. Chriſtian von Pleſſen, *Eq. Dan.*
3) Günther von Bünau, *Eq. Luſ.*
4) Caſp. Fridr. Paczensky de Tenczin, *Eq. Sil.*
5) IOACHIM SAMVEL WEICKHMANN, *Dantiſc. iam in hac Acad. S. S. Th. D. P. P. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et Templi OO. SS. Praepoſ.*
6) GOTTLOB CHRISTIAN KLÜGEL, *Cygn. in hac Acad. I. V. D. Fac. Iurid. Aſſeſſ. Ciuit. Senat. etc.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I FACVLTATE MEDICA
1) ſub praeſidio *D.* ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
DAVID VLMANNVS, *Aſchersleb.*
de Oſteogenia naturali et praeternaturali,
2) ſub EIVSD. praeſidio IO. GODOFR. NICOLAI, *Witteb.*

II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. FRANCISCVS WOKENIVS, *OO. LL. P. P.*
XXIII Candidatos Phil. Doctores renunciauit.

R E C T O R E
D. IO. GODOFREDO KRAVSIO, ICto, Digeſti Infort. et Noui P. P. Cur. Prouinc. Scabin. et Fac. Iurid. itemque Iudicii Prouinc. in Luſ. Inf. Aſſeſſ. ſuique Ord. h. t. Decano,

CIↃ IↃ CC XXXIII, Kal. Mai. inſcripti ſunt CIIX
inter quos,

1) Ioach.

1) Ioach. Adol. de Diebitzſch, *Eq. Sil.*
2) Carl Fridr. Marſchalck, *Eq. Sil.*
3) Siegfried Aug. von Polentz, *Eq. Luſ.*
4) Io. Frider. de Metzſch, *Eq. Anhalt.*
5) IO. GEORGE GRAFF VON SCHÖNFELD.
6) GEORG. FRIDER. KRAVS, *Witteb. iam I. V. D. et Prof. P. in hac Acad.*

Sub hoc Rectoratu,

I Die XI Maias FRIDER. AVGVSTO Electori Sax. Domino ſuo Clementiſſimo, homagio ſeſe, cum Ordine Eq. et Senatu oppidano, Academia obſtrinxit ritu ſolenni, qualis uid. ſupra, p. 3, ſeqq.

II pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
1) ſub praeſidio AVGVSTINI LEYSERI, *Conſil. Aul.*
FRIDER. OTTO MENCKEN, *Lipſienſ.*
de pietate et iuſtitia Remedior. contra iniurias,
2) ſub praeſid. GODOFR. LVDOV. MENCKEN, *Conſil. Reg.*
CAROLVS DAVID LOSSIVS, *Iütrob. Saxo,*
de Praeſcriptione immemoriali, hominum licet memoria deficiente, per documenta elidenda,

II IN FACVLTATE MEDICA
ſub praeſidio ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
PAVL. HENR. GERHARD. MÖHRING, *Ieuer. Friſ.*
de Inflammationis ſanguineae theoria,

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. GOTTLIEB KRAVSIVS, *Hiſtor. P. P.*
XXI Candidatis honores ſummos Phil. contulit,
Lauream uero Poet. CHRISTIANAE MARIANAE de ZIEGLER ex gente Romana oriundae.

RECTORE
D. IO. HEINRICO Nob. de HEVCHER, Anat. et Bot. P. P. Reg. Pol. et El. Sax. a Conſil. Aul. et Archiatro,

CIↃ IↃ CC XXXIII, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LI inter quos,

1) Chri-

1) Christoph. Ludou. Adolph. a Felgenhauer, *Eq. Misn.*
2) Francis. Rüdiger de Ieschky, *Eq. Luf.*
3) Io. Henr. de Bissing, *Eq. Misn.*
4) Gotth. Alex. Marschall von Biberstein, *Eq. Saxo.*
5) Christian Gottlieb Marschall von Biberstein, *Eq. Saxo.*
6) Phil. Christian von Pulian, *Magdb.*

Sub hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesid. D. CHRISTOPH. HENR. ZEIBICHII, *P. P.*
M. CHRISTIAN. GOTTLIEB CLVGIVS, *Archid. Witteb.*
de usu formulae, qua interrogamus infantes ante sacram lotionem de fide,

II IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesid. IO. FRIDER. WERNHERO, *P. P.*
FRIDER. FLORENS RIVINVS, *Lipf.*
de finibus per uirgulam mercurialem non inuestigandis,

III IN FACVLTATE MEDICA
sub praesidio D. CHRISTIANI GOTTFR. STENZELII, *P. P.*
M. WOLFG. HANNIBAL LANGIVS, *Phyf. Weiffenb.*
Morbos per potus intemperantiam ipsamque ebrietatem curandi rationem plurima ex parte examinans.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. GVILIELMVS de BERGER, *Eloq. P. P.*
XXXIIX Candidatis Summos in Phil. honores contulit.

RECTORE
IO. GOTTLIEB KRAVSIO, Histor. P. P.

CIↃ IↃ CC XXXIV, Kal. Maias, inscripti sunt CXVII
inter quos,

1) Io. Frider. Wilh. von Iessen, *Altonau. Holf.*
2) CAROL. GOTTLOB SPERBACH, *Königsberg Luf. OO. LL. in hac Acad. P. P.*
3) Io. George von Ponickau, *Eq. Misn.*
4) Io. Christoph. von Leipziger, *Eq. Sax.*

5) Gott-

5) Gottlob Auguſt de Leibnitz, *Eq. Luſ.*
6) Carl Wilhelm von der Streithorſt, *Eq. Bor.*
7) Io. Adolph de Zeſchau, *Eq. Luſ.*
8) Aug. Adolph von Wichmannſhauſen, *Dreſd.*
9) Carl Aug. von Wichmannshauſen, *Dreſd.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
ſub praeſid. GEBH. CHRISTIAN. BASTINELLERI, *Conſ. Aul.*
GODOFR. GVILIEL. GERBER, *Meſſersd. Luſ.*
IO. ANDREAS SCHVBERT, *Serueſta Anhalt.*
qui etiam Doctor creatus eſt,
de pari turpitudine,

II IN FACVLTATE MEDICA
ſub praeſid. D. CHRISTIANI GODOFR. STENZELII, *P. P.*
IO. GVSTAVVS RVDOLPHVS, *Mariaeb. Pract.*
DAVID VLLMANN, *Pract. Belticenſ.*
de ἄνω καὶ κάτω euacuantibus in cura febrium praeſcribendis et proſcribendis,

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. CHRISTIAN. SIGISM. GEORGIVS, *Fac. Phil. Adi.*
XL Candidatos Magiſterii Gradu mactauit.

RECTORE
CHRISTOPH. HENRICO ZEIBICHIO, SS. Theol. D. et P. P. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et Templi OO. SS. Praepoſito,

CIↃ IↃ CC XXXIV, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LXXIIX
inter quos,

1) Io. Andreas von Scheidlin, *Patrit. Aug.*
2) RVDOLPH GOTTLOB L. B. VON SEYFFERTITZ.
3) Adam Ditrich von Schleinitz, *Eq. Miſn.*

Hoc

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE MEDICA pro Licentia disputarunt,

1) sub praes. D. CHRISTIANI GODOFR. STENZELII, *P. P.*

IO. SAMVEL SEIDEL, *Schmideb. Sil.* qui simul Doctor creatus,
de Syncretismi utilitate et necessitate,

2) sub praesid. D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*

IO. AVGVST. SÜSSEMILCH, *Coswiga Anhalt.*
de ualore et sufficientia signorum, infantem recens natum uiuum aut mortuum editum arguentium, ad diiudicandum infanticidium.

II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS, *Consil. Reg.*

XXIV Candidatos Gradu in Phil. summo condecorauit.

RECTORE

IO. FRIDERICVS WERNHERO, Institut. P. P. Cur.

Prouinc. Scab. et Fac. Iurid. Assess.

et

PRORECTORE

IO. GOTTLIEB KRAVSIO, Histor. P. P.

CIↃ IↃ CC XXXV, Kal. Maias, inscripti sunt CXVII
inter quos,

1) Frider. Adolph. de Polentz, *Eq. Misn.*
2) IO. ERNST WILHELM FREYHERR VON STEIN.
3) Hanns Adolph von Carlowitz, *Dresd.*
4) Io. Dietrich a Schoenberg, *Eq. Misn.*
5) CARL GOTTHELF GRAFF VON HOYM.

Hoc Rectoratu et Prorectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA

sub praesid. D. IO. GEORGII ABICHT, *P. P. et Sup. Gen.*

M. SIEG-

M. SIEGFRIED BECK, *Superint. Cygn.*
de Fide Apoſtolor. tempore Chriſti in his terris degentis,

II IN FACVLTATE IVRIDICA
ſub praeſidio D. IO. GODOFR. KRAVSII, *P. P.*
FRIDER. BENEDICTVS CARPZOVIVS, *Zittau.*
de eo, quod iuſtum eſt circa nuptias perſonarum diuerſae religionis,
qui ſimul Doctor creatus eſt.

III IN FACVLTATE MEDICA
1) ſub praeſidio CHRISTIANI GODOFR. STENZELII, *P. P.*
IO. FRIDERICVS ZEMBSCH, qui Doctor ſimul creatus eſt,
de Vtero inſonte,
2) ſub praeſid. D. MART. GOTTHELF LOESCHERI, *P. P.*
IO. GOTTL. SEYFFERTVS, *Dreſd.* qui Doctor ſimul creatus eſt,
de Febre petechiali Caſtrenſi et Epidemica,
3) ſine praeſidio M. IO. LEONHARD. WEICKHMANNVS, *Gedan.*
de Ileo,
qui Doctor quoque creatus eſt,
4) ſub praeſidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
IO. ADOLPHVS KETTNERVS, *Witteberg.*
de Ruta eiusdemque uirtutibus,
5) ſub praeſid. CHRIST. GODOFR. STENZELII, *P. P.*
GOTTLIEB AVGVST MICHAELIS, *Margliſ. Luſ.*
de Anodynorum uirtutibus uenenorum,

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. ERRNEST. CHRISTIAN. SCHROEDERVS, *P. P.*
XXXIV Candidatos ſummis in Philoſ. honoribus ornauit.

RECTORE
ABRAHAMO VATERO, Med. D. Anatom. et Botan.
P. P. Soc. Caeſar. Natur. Curioſ. ac Reg. Lond.
et Berol. Collega,
CIↃ IↃ CC XXXV, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt CXVII
inter quos,

1) GEORGE

1) GEORGE LVDWIG GRAFF von HOYM.
2) IO. HEINRICH MARTIVS, *Poes. P. P.*
3) AdamFrider. vonBernstein, *Eq. Pol.*
4) Carl Gottlob aus dem Winckel, *Eq. Anhalt.*
5) Christian Rudolph de Pallmencron, *Eq. Sil.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesid. D. GEORG. FRIDER. SCHROEERI, *P. P. Sen.*
M. CHRISTLIEB GOTTWALT WABSTIVS, *Superint. Rochl.*
de Theologia occulta,

II IN FACVLTATE IVRIDICA
1) sub praesid. D. GODOFR. LVDOV. MENCKEN, *Consil. Reg.*
IO. CHRISTOPH. PESLER,
de Iure Fisci mero Imperio adhaerente,
2) sub praesid. D. AVGVSTINI LEYSER, *Consil. Reg.*
ALBERT. ANTON WERNHER, qui Doctor creatus simul,
de Iure Coniugis in bona Coniugis adulterantis,
3) sub EIVSD. praesid. CAROL. FERDINAND. ZSCHOCH, *Aduoc. Dresd.*
qui Doctor simul creatus,
de Concubinatu indiuiduo,
4) sub praesid. GEBH. CHRIST. BASTINELLERI, *Consil. Aul.*
CHRISTIANVS GODOFREDVS FRANCKE,
Obseruationes quasdam ad Processum Possessorii Summarissimi,
5) sub praesid. D. IO. HENRICI ALBINI, *Fac. Iur. Assess.*
CHRISTIANVS SPECHT, qui simul Doctor creatus,
de his, quae per subhastationem extinguuntur, uel non.

III IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesidio CHRISTIANI GODOFR. STENZELII, *P. P.*
IO. CHRISTOPH. STERNBERG, *Phys. Prou. Dobriluc. et Finsterwald.*
de Ruta, medicamento et ueneno,
2) sub EIVSD. praesid. MATTHIAS TEMLIN, *Castriferrens. Hung.*
de Catarrhis, ignorantiae asylo.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decanus MARTINVS HASSEN, *Moral. et Ciuil. P.P.*
XXXII. Candidatos Magiſter. honoribus condecorauit.

RECTORE
IO. GVILIELMO NOB. DOM. DE BERGER, Conſil. Caeſar. et Reg. Aul. Hiſtoriographo Reg. et Pr. Eloq. Regio Elector. Alumnorum Ephoro,
CIↃ IↃ CC XXXVI, Kal. Maias, inſcripti ſunt LXXXIV
inter quos,

1) Chriſtoph. Adam de Brandenſtein, *Eq. Sax.*
2) Io. Frider. de Möllendorf, *Eq. Miſn.*
3) Chriſtian. Friedr. de Döring, *Eq. Saxo*,
4) Wolf Gottlob Ehrenreich de Klüx, *Eq. Luſ.*
5) Frider. Gottlob de Köckeritz, *Eq. Luſ.*
6) Hanns Auguſt von Carlowitz, *Eq. Var.*
7) Io. Frider. de Schlichting, *Eq. Sil.*
8) Bernhard Frider. de Patow, *Eq. Luſ.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
ſub praeſidio D. CHRISTOPH. HENR. ZEIBICHII, *P. P.*
M. GOTTLIEB IAHNIVS, *Superint. Zahn.*
de retinendae Confeſſionis priuatae neceſſitate,

II IN FACVLTATE MEDICA
1) ſub praeſidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
FRIDERICVS GENSLER, *Gedan.* qui ſimul Doctor creatus eſt,
de Antidoto nouo aduerſus uiperarum morſum praeſtantiſſimo, in Anglia haud ita pridem detecto,
2) ſub praeſid. CHRISTIANI GODOFR. STENZELII, *P. P.*
IO. GODOFR. ARNOLDVS, *Loſwic. Miſn.* qui ſimul Doctor factus,
de uentriculo imputatorum criminum experte,
3) ſub EIVSD. praeſidio IO. GOTTHARD SCHILLER,
qui Doctor ſimul creatus,
Morbos corporis morbis mentis non curari, nec curandos eſſe, propugnans,

IV IN

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. GOTTLOB FRIDEMAN. HAFERVNG,
Fac. Phil. Adi.

XXII Candidatis ſummos in Philoſophia honores contulit, inter quos unus fuit Conſiliar. Aulicus, unuſque Doctor Iuris.

V Pridie Idus Octobr. IOACHIMVS SAMVEL WEICKHMANNVS, Gedanenſ. nunc in hac Acad. Th. D. P. P. Conſiſt. Eccl. Aſſeſſ. et aedis OO. SS. Praepoſ. paternam memoriam oratione ſolemni cohoneſtans, procuratis a meridie ſacris, in Auditorio Maiore eam dixit. Literas publicas, hanc ob ſolennitatem, nomine Rectoris, ſcriptas exhibet b. IO. GVIL. BERGERI Stromateus Academ. p. 147, ſeqq.

RECTORE
IO. CASPARO HAFERVNGIO, SS. Theol. D. et P. P. Regio-Electoral. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ CC XXXVI, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LV
inter quos,

1) George Wolf Eraſmus de Hartitzſch, *Eq. Luſ.*

2) IO. FRIDER. CRELLIVS, *Phil. et Med. D. et P. Subſtit.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
1) ſub praeſidio D. AVGVSTINI LEYSERI, *Conſil. Aul.*
GOTTLOB CHRISTIAN. KLÜGEL, *Cygn. Miſn.* qui Doctor creatus,
de Vi publica,
2) ſub praeſid. D. IO. GODOFR. KRAVSII, *P. P.*
CHRISTIANVS GOTTLIEB SEEBACH, *Witteb.*
de Legato in debitum haut compenſando,
Daß ein Vermächtniß in keine Schuld einzuwerffen,
3) ſub praeſid. D. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *Inſtit. P. P.*
IO. CHRISTOPH. LENDRICH, *Ciu. Delit. Synd.* qui Doctor factus,
de Senatoribus, et quatenus ex eorum factis ciuitas teneatur,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/379 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

II IN FACVLTATE MEDICA
sine praesíde, IO. GODOFREDVS BRENDEL, *Witteb. ibidemque Pract.*
qui etiam Doctor factus,
de Vanitate complurium remediorum.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. D. IO. FRIDER. WEIDLERVS, *Mathem. Sup. P. P.*
XXVI Candidatos summo Magisterii honore condecorauit.

RECTORE
GEBHARDO CHRISTIANO BASTINELLERO,
IC. Sac. Reg. Mai. Pol. ac Princ. Elect. Sax. a Consil.
Aul. Cod. P. P. Cur. Prou. Senat. Eccl. et Scab.
Assess. Ord. Iurid. Sen.

CIↃ IↃ CC XXXVII, Kal. Maias, inscripti sunt CXIII

1) Io. Gottlob Ehrenreich de Kyau, *Eq. Lus.*
2) IO. GVIL. HOFMANN, *I. V. D. et P. Histor.*
3) Christian. Ferdin. de Schönberg, *Eq. Misn.*
4) Io. Georg. de Trach, *Eq. Sil.*
5) Casp. Syluis von Schopp, *Eq. Sil.*
6) Fridrich Ernst von Netz, *Eq. Sil.*
7) Fridrich Wilhelm von Oppel, *Eq. Misn.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
1) sub praesidio D. AVGVSTINI LEYSERI, *Consil. Aul.*
ADAM HEINRICVS FLEISCHER, *Grimmens.* qui et Doctor factus,
de Vi priuata,
2) sine Praeside LEONHARDVS LVDOVICVS MENCKEN,
qui etiam Doctor factus,
de Crimine Perduellionis eiusque poena,
3) sine Praeside GODOFR. LVDOV. MENCKEN, qui et Doctor creatus,
de Poena priuationis feudi in Vasallum, dolo uel negligentia
inuestiturae renouationem non petentem, legibus statuta,

II IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*

IO. AN-

IO. ANDREAS SIGISMVND BÖTTIGER, *Seruesta Anhalt.*
de Lauroceraſi indole uenenata exemplis hominum et brutorum, eius aqua enecatorum, confirmata,

2) ſub praeſid. IO. FRIDER. CRELLII, *P. P.*
CHRISTIAN GOTTHOLD LEISNER, *Plauia-Var.*
de ualuula uenae cauae Euſtachiana,

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. MATTHIAS HASIVS, *Math. Inf. P. P.*
XIX Candidatos dignitate Magiſterii condecorauit.

RECTORE
CHRISTIANO GODOFREDO STENZELIO,
Art. Salut. et Phil. Doctore, Chirurg. ac Pathol. P.P.
CIↃ IↃ CC XXXVII, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LXXI
inter quos,

1) Ludewig Magen, *Lipſ. I. V. D.*
2) GEORGE MATTHIAS BOSE, *Phyſ. P. P. uoc.*
3) Io. Wilhelm von Pulian, *Magdeb.*
4) Frider. Sam. Otto von Pulian, *Magd.*
5) Ehrenreich Auguſt. von Pulian, *Magdeb.*
6) Ernſt Ioach. von Schlaberndorff, *Eq. Saxo.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
1) ſub praeſidio D. AVGVSTINI LEYSERI, *Conſil. Aul.*
IO. CHRISTOPH. de LEIPZIGER, *Eq. Saxo,*
de inculpata Tutela,

2) ſub EIVSD. praeſidio IO. GVIL. STRVVIVS, *Francob. Schwartzb.*
qui Doctor ſimul creatus fuit,
de Diſcrimine iuris iurandi affectionis in infinitum ac immenſum,

3) ſub praeſid. D. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *P. P.*
LVDOVICVS MAGEN, *Lipſ.* qui una Doctor factus,
de Vaſallo ad impenſas in funus deceſſoris faciendos in ſubſidium obligato,

4) ſub praeſidio D. IO. HENR. ALBINI, *Ord. Iur. Aſſeſſ.*
IO GOTTLOB CLAIVS, *Annaemontanus*,

II IN FACVLTATE MEDICA
sub praesidio D. CHRIST. GODOFR. STENZELII, *h. t. Rectoris*,
LVDOVICVS CHRISTIAN. PEZOLD, *Isleb.*
Medicum ab iniquis iudiciis uindicans,
III Lic. CHRISTIANVS GODOFR. FRANCKE, Doctor Iuris renunciatus est,
IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. CAROL. GOTTLOB SPERBACH, *OO. LL. P. P.*
XXXVII Candidatos summis in Philos. condecorauit honoribus.

RECTORE
GEORGIO GVILIELMO KIRCHMAIERO, Pot.
Pol. Regis et Princ. El. Saxon. Consil. ac Gr. Ling. P. P.

CIↃ IↃ CC XXXIIX, Kal. Maias, inscripti sunt CIV
inter quos,

1) Heinr. Sigism. von Schollenstern, *Eq. Lus.*
2) Io. Adolph de Ponickau, *Eq. Lus.*
3) Hanns Rudolph de Wolffersdorff, *Eq. Saxo.*
4) IVLIVS GEBHARD GRAFF VON HOYM.
5) George Fridrich Marschall von Biberstein, *Eq. Saxo.*
6) IO. FRIDRICH L.B. VON FRIESEN,
7) Heinrich Adolph von Dresky, *Silef.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesid. D. GEBH. CHRIST. BASTINELLERI, *Cons. Aul.*
IO. AVGVSTVS DÖRING, *Torgau.*

II IN FACVLTATE MEDICA
sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
IO. LAVRENTIVS WEIDNERVS, *Neustad. Bayruth.*
de Chordapso Celsi,

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. HENRICVS MARTIVS, *Poes. P. P.*
XXIV Magistros Philosophiae creauit.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/382
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
GEORGIO FRIDERICO SCHROEERO, SS. Th.
D. P. P. Academ. Sen. Ordinis sui Decano ac Regio
Elect. Alumnor. Ephoro,
et
PRORECTORE
GEORGIO GVILIELMO KIRCHMAIERO, Consil. Regio et Graecae L. P. P.
CIↃ IↃ CC XXXIIX, d. 18 Octobr. inscripti sunt LXXXIV
inter quos,
1) Christian Ludwig a Schweinitz, *Eq. Lus.* 2) Fridr. August von Wichmannshausen.

Hoc Rectoratu,

I moritur, sub finem Rectoratus, CIↃ IↃ CC XXXIX Rector, Senex uenerandus, ac pietate, doctrina, et meritis grauis.

II pro Licentia disputarunt,

1) IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesidio D. IO. CASP. HAFERVNGII, *P. P.*
FRIDERICVS SCHVLZ, *Praesul. Numburg. Cizae Superint. Consist. Assess. cet.*
de Causis, cur Christus morte crucis uoluerit mori?

2) IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesidio D. GODOFREDI KRAVSII, *P. P.*
CHRISTOPH SIGISMVND GEVDTNER, qui et Doctor creatus,
de Iuribus atque effectibus simultaneae inuestiturae in Feudis mere haereditariis,

3) IN FACVLTATE MEDICA
sub praesidio D. IO. CHRISTOPHORI CRELLII, *P. P.*
IO. SIGISMVND SCHNEIDER, qui et Doctor creatus est,
de motu synchrono auricularum et uentriculorum cordis, occasione hypotheseos Lancisianae.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. D. IO. GVIL. HOFFMANNVS, *Hist. P. P.*
XXIIX Candidatos in Philosophiae Magistros promouit.

RECTO-

RECTORE
IO. GODOFREDO KRAVSIO, Digeſt. Infort. ac Noui P. P. Cur. Prouinc. Scab. et Fac. Iurid. Iudicii item Prouinc. in Luſ. Infer. Aſſeſſore,
ET PRORECTORE
GEORGIO GVILIELMO KIRCHMAIERO, Conſil. Regio et Graec. Lit. P. P.
CIↃ IↃ CC XXXIX, Kal. Maias, inſcripti ſunt LXXXIIX
inter quos,

1) Carl Siegmund von Gersdorff, *Eq. Luſ.*
2) Hanns George von Poigck, *Eq. Miſn.*
3) Carl Leop. Fridr. de Schieck, *Eq. Miſn.*
4) Hiob Chriſtian von Bomsdorff, *Eq. Saxo.*

Hoc Rectoratu,

I Praematura morte Rector Magnificus obiit, uir integerrimus et candor ipſe, ideoque omnibus bonis ſui deſiderium poſt ſe reliquit, inprimis uero dolet Academia, quod uno hoc anno duumuiros pios et ſinceros, coſque Rectores, amiſerit Magnificos. Vtrique exequiae ſunt habitae ſolemnes.

II pro Licentia diſputarunt,

1) IN FACVLTATE THEOLOGICA
ſub praeſid. D. IO. GEORGII ABICHTII, *P. Prim. et Sup. G.*
IO. GOTTFRIED HERMANNVS, *Superint. Plauienſ. nunc uero Draeſdae ſummus Concionat. Aul. et Conſil. Eccleſ.*
de ſumma Eccleſiae uerae dignitate, ad 1 Tim. III, 15.

2) IN FACVLTATE MEDICA
ſub praeſidio ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
CASPAR SCHVNCK, *Flensburgo - Cymb.*
de Caſu ſingulari Polypi poſt febrem Epidemiam ex utero egreſſi,

III in Fac. Theol. Procancel. D. IO. GEORG. ABICHT, *P. Prim. S. G.* Promotor, D. IO. CASPAR HAFERVNGIVS, *P. P.* duos Doctores Theologos creauit renunciauitque ſolenniter.

IV IN

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. GVIL. A BERGER, *Acad. Senior*, *cet.*
LI Candidatos renunciauit Philoſ. Magiſtros.

RECTORE
CHRISTIANO GOTTFRIED STENTZELIO,

Phil. et Med. D. Chirurgiae et Pathol. P. P.
CIↃIↃ CC XXXIX, d. 18 Octob. inſcripti ſunt LX
inter quos,

1) CAROLVS GOTTLOB HOFMANNVS, *SS. Theol. D. et Prof. Theol.* deſignatus, cum *tribus* filiis.
2) Hartwicus Chriſtian. von der Lühl.
3) Io. Frider. Packbuſch, *I. V. D.*
4) Alexand. Georg. Gebh. de Eichſtedt, *Eq. Brandenb.*
5) ANDREAS FLORENS RIVINVS, *Inſtit. P. P.* deſignatus.
6) Chriſtian Gotthold Hoffmann, *I. V. D.*

Hoc Rectoratu,

I D. CAROLVS GOTTLOB HOFMANNVS, d. XXIII Sept. CIↃ.IↃ CC XXXIX, in corpus Academicum, conſtitutus a Regia Mai. Prof. Theol. et Regio Electoral. Ephorus, receptus eſt.

II D. XII Nouemb. obiit IO. GVILIELMVS HOFFMANNVS, Conſil. Aul. et Hiſtor. P. P.

III IN FACVLTATE IVRIDICA pro Licentia diſputarunt,
1) ſub praeſidio D. AVGVSTINI LEYSERI, *Conſil. Aul.*
MICHAEL GODOFR. WERNHERVS, qui et Doctor creatus eſt, de Appellatione in cauſis criminal. ex Iuribus Romano-Canon. Germanicis,
2) ſub praeſidio D. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *Conſil. Aul.*
IO. FRIDERICVS PACKBVSCH, *Lipſ.* qui etiam Doctor factus, de Vſufructu praedii uoluptuarii, ad L. 13, §. 4, ff. de Vſufructu,
3) ſub praeſidio D. GODOFR. LVDOV. MENCKEN, *Conſil. Aul.*
IO. CHRISTOPH. KEIL, *Witteberg.* qui ſimul Doctor creatus, Feudum per omnem feloniam ipſo iure amitti.

IV IN FACVLTATE MEDICA pro Licentia diſputauit,
ſub praeſidio D. CHRISTIANI GOTTFR. STENTZELII, *P. P.*
DANIEL DIETER. IACOBI, *Servest.* qui etiam Doctor factus, de Venenata uini, alimenti, ac medicamenti optimi natura.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. GEORG. GVILIEL. KIRCHMAIERVS, *Consil. Reg.*
XXIII Candidatis dignitatem Magisterialem tribuit solenniter.

RECTORE
ERNESTO CHRISTIANO SCHROEDERO,
Theol. natur. Log. et Metaphys. P. P.
CIↃ IↃ CC XL, Kal. Maias, inscripti sunt CXXX
inter quos,

1) August Christian a Thümen, *Eq. Mis.*
2) Carl Wilhelm a Nostitz, *Eq. Misn.*
3) Frider. Heinrich von Schönberg, *Eq. Misn.*
4) Aemilius Wilhelm von Schmertzing, *Eq. Mis.*
5) Io. August von Warnsdorf, *Eq. Lus.*
6) Frid. Moritz von Hessler, *Nob. Thur.*

Hoc Rectoratu,
I D. V Iun. Obiit IO. GEORGIVS ABICHT, Th. D. et P. P.
Consist. Eccl. Assessor et Circuli Elect. Superint. Gener.

II IN FACVLTATE IVRIDICA pro Licentia disputauit,
sub praesidio D. GODOFR. LVDOV. MENCKEN, *Consil. Aul.*
CHRISTIAN GOTTHOLD HOFMANN, *Lips.* et Doctor factus,
de bonorum uniuersitatis et praecipue Curiarum alienatione.

III IN FACVLTATE MEDICA pro Licentia disputauit,
sub praesidio D. IO. FRIDER. CRELLII, *P. P.*
GOTTFRIED SAMVEL REINHOLD,
de Arteria coronaria cordis, instar ossis, indurata.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. FRIDER. GVIL. IAHR, *Fac. Phil. Adi.*
XXIV Candidatos dignitate Magister. condecorauit.

RECTORE
CHRISTOPHORO HENRICO ZEIBICHIO, SS.
Theol. D. P. P. Consist. Eccl. Assess. et Templi
OO. SS. Praeposito,
CIↃ IↃ CC XL, d. 18 Octobr. inscripti sunt LXXXII
inter quos,

1) Chri-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/386
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

1) Christian Wilhelm de Burckersroda, *Martisb.*
2) Sigism. Seyfrid von Rex, *Eq. Luſ.*
3) Alex. Heinr. Aug. de Einſiedel, *Berolin. March.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
1) ſub praeſid. D. GEBH. CHRIST. BASTINELLERI, *Conſ. Aul.*
IO. CHRISTIANVS SCHVMANN, *Adu. Dreſd.* qui ſimul Doctor factus, de eo, quod iuſtum et aequum uidetur in praeſcriptione immunitatis ab oneribus publicis,
2) ſub praeſid. D. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *Conſil. Aul.*
IO. GOTTLIEB FRIDER. PEZOLD, *Isleb.* qui Doctor etiam creatus, de Iure uiuariorum, von Thier Gärten.

II IN FACVLTATE MEDICA
ſub praeſid. D. CHRISTIANI GOTTFR. STENZELII, *P. P.*
IO. GEORGIVS HERRMANNVS,
de Cantharidibus proſperae aduerſaeque auctoribus ualetudinis,

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. ERNESTVS CHRISTIANVS SCHROEDERVS, *P. P.*
XXXIV Philoſophiae Magiſtros ſolenniter renunciauit.

RECTORE
CHRISTOPHORO LVDOVICO CRELLIO, Potent. Pol. Reg. et Elect. Sax. S. R. I. h. t. Vicar. a Conſil. Aul. Digeſt. Infort. et Noui P. P. Cur. Prou. et Scabin. itemque Ord. Iurid. Aſſeſſ.

CIↃ IↃ CC XLI, Kal. Maias, inſcripti ſunt XCIII
inter quos,

1) Frider. Aug. Chriſtian. de Linſingen, *Eq. Thur.*
2) Chriſtoph. Frider. de Oppen, *Eq. Anhalt.*
3) CHRISTIAN FRIDER. BAVER, *Prof. Theol.* deſignatus, una cum *Septem Filiis.*
4) Chriſtian Ernſt Adolph de Liebenroth, *Eq. Thur.*
5) Io. Frider. de Ponickau, *Eq. Miſn.*
6) Io. Geisler a Diſkau, *Eq. Miſn.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/387 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Hoc Rectoratu,

I Obiit b. IO. GODOFR. de BERGER, Reg. Pol. et El. Sax. Consil. Aul. Archiater. Fac. Med. Prof. Primar. et totius Acad. Senior,

II pro Licentia disputarunt,

1) IN FACVLTATE THEOLOGICA

sub praesid. D. CHRISTOPH. HENR. ZEIBICHII, *P. Prim.*

CHRISTIAN. FRIDER. BAVER, *Theol. Prof. design.*

de diuinitus praedicto, et coelitus dato, Miraculo obscurati solis in emortualem Vnigeniti diem, ut insigni demonstrationis argumento, Iesum crucifixum fuisse uerum Messiam, ad Amos. IIX, 9, 10,

qui, Procancell. D. ZEIBICHIO, Praepos. et Promotore D. HOFMANNO, Sup. Gen. in aede OO. SS. solenniter Theol. Doctor renunciatus est,

2) IN FACVLTATE MEDICA

sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*

IO. AVGVSTVS SCHVLTZE,

de Calculis in locis inusitatis natis, et per uias insolitas exclusis,

3) IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. MARTINVS HASSEN, *Moral. et Ciuil. P. P.*

XXIV summa in Philosophia dignitate, et VNVS ex illis Lauro Poet. ornati sunt.

RECTORE

ABRAHAMO VATERO, Phil. et Med. Doct. Anat. et Botan. P. P. Nat. Curios. nec non Londin. et Berol. Sodali,

CIↃ IↃ CC XLI, d. 18 Octobr. inscripti sunt LXVII

inter quos,

GEORGIVS AVGVST. LANGGVTH, *Lips. Phil. et Med. D. Prof. Substit. designatus.*

Hoc Rectoratu,

pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

sub praesid. D. AVGVSTINI A LEYSER, *Consil. Aul.*

GEOR-

GEORGIVS MATTHIAS RACHEL, *Augustano Vindel.*
de Exsilio, speciatimque relegatione, tam simplici, quam cum fustigatione coniuncta, earundemque poenarum indole atque effectibus,

II IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *h. t. Rectoris*,
IO. CHRISTIANVS HOFMANNVS, *Iütroboc.*
de vesicatoriorum, ad domandas febres malignas, uirtute et efficacia, testimoniis et propria experientia confirmata,
2) sub praesid. D. CHRISTIANI GOTTFR. STENTZELII, *P. P.*
IO. PHILIPPVS KLIPSCH, qui etiam Doctor factus,
Sistens casus aliquot hominum a lue uenerea per saliuationem curatorum,
3) sub EIVSD. praesidio GOTTLIEB SVANTES, *Gedan.*
qui simul Doctor factus,
de Variolis.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. D. IO. FRIDER. WEIDLERVS, *Math. Sup. P. P.*
XIV Philosophiae Magistros renunciauit.

RECTORE
MARTINO HASSEN, Potent. Pol. Reg. et El. Sax. Consil. Aul. Moral. et Ciuil. P. P.

CIↃ IↃ CC XLII, Kal. Maias, inscripti sunt LXXXI
inter quos,

1) IO. DAN. RITTER, *Histor. P. P.*
2) Iulius Frider. de Weissenbach, *Eq. Altenb.*
3) Adam Gottlieb von Rheden, *Eq. Hannou.*

Hoc Rectoratu,
I IN FACVLTATE MEDICA pro Licentia disputauit,
sub praesidio D. GEOR. AVG. LANGGVTH, *P. P.*
M. CHRISTIAN. FRIDER. WEHLE, *Fridersdorf. Lus.*

II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. HENR. GODOFR. HAFERVNG, *Fac. Phil. Adi.*
XXXII Candidatos creauit Magistros.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/389
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
IO. CASPARE HAFERVNGIO, SS. Theol. D. P. P.
Ordin. ſui Sen. et Regio-Elector. Alumnor. Ephoro,
CIↃ IↃ CC XLII, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt XLII
Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

1) ſub praeſidio D. GEBH. CHRIST. BASTINELLERI, *Conſil. Aul.*
GOTTLOB MAVRIT. CHRISTIAN. WACKS, *Heilbron.*
de Simultanea Inueſtitura, quatenus per Feudi diuiſionem amittitur,

2) ſub praeſid. D. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *Conſ. Aul.*
IO. PAVLVS SCHROETER, *Dreſd.* qui ſimul Doctor factus,
de Venditione rerum cum fundo adhuc cohaerente,

II IN FACVLTATE MEDICA

ſub praeſidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
IO. GOTTLIEB SÜSSIVS, *Neukirch. Miſn.*
de Polypo naſi ex faucibus feliciter extracto, eiusdemque generatione, uarietate, et cura.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. CAROLVS GOTTLOB SPERBACH, *OO. LL. P. P.*
XIIX Candidatos Philoſ. Magiſtros renunciauit.

RECTORE
ANDREA FLORENTE RIVINO, D. Potent. Reg. Pol. et Elect. Sax. Conſil. Aul. Inſtit. P. P. Cur. Prouinc. Scab. et Ord. Iurid. Aſſeſſore,
CIↃ IↃ CC XLIII, Kal. Mai. inſcripti ſunt XC
inter quos,

1) Frid. Otto Sigismund. a Friſenhauſen, *Eq. Weſtph.*
2) Io. Frider. ab Vffenbach, *Francof. Moen.*
3) Petrus Koſchkul, *Eq. Curon.*
4) Reinholdus Koſchkul, *Eq. Curon.*
5) Eccard. Adamus de Stammer, *Eq. Luſ.*
6) Adolph. Io. Theodoric. de Geiſmar, *Eq. Luſ.*

Hoc

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE IVRIDICA pro Licentia disputauit,
sub praesid. D. GODOFR. LVDOV. MENCKEN, *Consil. Aul.*
FRIDERICVS WINCKLER, *Lipsiensis*, qui Doctor factus,
de Allodio, eiusque separatione a Feudo,

II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. HENRICVS MARTIVS, *Poes. P. P.*
XXII Philosophiae Magistros solenniter renunciauit.

RECTORE
CHRISTIANO GOTTFRIED STENTZELIO,
Phil. et Med. D. Chirur. et Pathol. P. P.

CIↃIↃCC XLIII, d. 18 Octobr. inscripti sunt LXIIX

Hoc Rectoratu,

pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
1) sub praesid. D. ANDR. FLORENT. RIVINI, *Consil. Aul.*
ERNESTVS MARTINVS CHLADENIVS, *Witteb.*
Debitorem delicatum in contrario fiduciae iudicio ex mente Vlpiani ad L. XXV, D. de Pign. Act. edisserit.
2) sub EIVSD. praesid. MAGNVS GOTTFR. LICHTWER, *Wurcens.*
3) sub praesid. D. AVGVSTINI A LEYSER, *Consil. Aul.*
IO. GÜNTHER SCHILD, *Francohus.*
de poenis Clericorum,

II IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesidio Rectoris Magnifici STENTZELII,
M. IO. GOTTLIEB HENTZSCHEL, *Zittau. Lus.*
de externo Cantharidum usu imprudentum prudentumque asylo Medicorum,
2) IO. CHRISTOPHORVS FIMMLER, *Lignitio - Sil.*
de Tabis et Phthiseos conuenientia ac differentia,
3) CHRISTIANVS WENDLER, *Reichenbachio Varisc.*
de praesentissimarum medicamentis uirium,

4) sub

4) ſub praeſidio D. GEORGII AVG. LANGGVTH, *P. P.*
IO. WILHELM BIENER, *Megalo - Haymenſ.*
de Circulatione ſanguinis.

III in Facultate Iuridica *tres* Doctores, totidemque in Medica, ſunt creati.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. GEORG. MATTHIAS BOSE, *Phyſ. P. P.*
XXXI renunciauit Magiſtros.

RECTORE
IO. FRIDERICO WEIDLERO, Phil. et I. V. D. Mathem. Super. P. P. Reg. Soc. Scient. Britan. et Boruſ. Sodali,

CIↃ IↃ CC XLIV, Kal. Maias, inſcripti ſunt LXIX
inter quos,
Lebrecht Fridrich Leopold von Stammer, *Eq. Anhalt.*

I D. XVII Mai. obiit b. IO. CASPAR HAFERVNG, S. S. Th. D. P. P. Regio-Electoral. Alumn. Ephor. et Ord. ſui Senior,

d. V. Octobr. FRIDER. BENEDICT. CARPZOVIVS, I. V. D. Iur. Nat. et Gent. P. P. Ord. et Fac. Iuridicae Aſſeſſ.

II pro Licentia diſputarunt,

1) IN FACVLTATE THEOLOGICA
1) ſub praeſid. D. CAROLI GOTTLOB HOFFMANNI, *P. P. S. G.*
M. MARTIN GRVLICH, *Superint. Torgau.*
de Merito Chriſti,

2) ſub praeſid. D. CHRISTIANI FRID. BAVERI, *P. P.*
FRIDER. GVIL. IAHR, *Superint. Ieſſen.*
de Sacramento Baptiſmi Gratiam diuinam in Infantibus uere obſignante,

2) IN FACVLTATE IVRIDICA
ſub praeſid. D. GEBH. CHRISTIANI BASTINELLERI, *Conſ. Aul.*
IO IACOBVS RÖSNER, *Budiſſa Luſ.*
de Commodo ac periculo praedii uenditi ante reſignationem iudicialem in Saxonia inprimis Electorali et alibi uſitatam.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. CAROLVS HENR. ZEIBICH, *Fac. Phil. Aſſeſſ.*
XVI creauit Philoſ. Doctores.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/392
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE

CHRISTIANO FRIDERICO BAVERO, SS. Theol.
D. et P. P. Regio Electoral. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ CC XLIV, d. 18 Octobr. inscripti sunt XXXVII
inter quos,

GEORGIVS FRIDERICVS BAERMANNVS, *Lipsi. Mathem. Inf. P. P.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesid. D. CHRISTOPH. HENR. ZEIBICHII, *P. Prim.*
IOACH. SAMVEL WEICKHMANN, *Theol. P. P. design.*
de Theologis Tridentinis alia loquentibus, alia sentientibus,

II IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesid. ANDREAE FLORENT. RIVINI,
GEORGIVS FRIDER. KRAVS, *Witteb.*
de Iure Faciei in foro Ciuili,

III IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesid. D. GEORG. AVG. LANGGVTH, *P. P.*
SAMVEL GOTTLIEB EICHLER, *Gorlicio Lus.*
de Polypo infantis Rachitici,

2) sub praesid. D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
IO. FRIDER. CHRISTIAN. RVPPIVS, *Seyda Misn.*
de morbis magnis ex paruis initiis et leuioribus causis oriundis,

3) sub praesid. D. CHRISTIANI GOTTFR. STENZELII, *P. P.*
IO. GOTTLOB LEHMANNVS,
de minus generosis generosorum medicamentor. effectibus.

IV Doctorales honores consecuti sunt in Facult. Theol. *Licentiati quinque*, in Iuridica *unus*, et in Medica *duo*.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. DAN. RITTER, *Consil. Aul. et Hist. P. P.*
XXIV Philosophiae Magistros renunciauit.

RECTORE
GEBHARDO CHRISTIANO BASTINELLERO,
Sac. R. Mai. Pol. et El. Sax. h. t. S. R. I. Vicar. a Consil. Aul. Cod. P. P. Cur. Prouinc. Senat. Eccl. et Scabin. Assess. atque Ordin. Iurid. Seniore,

CIↃ IↃ CC XLV, Kal. Maias, inscripti sunt CIII
inter quos,

1) Gottlob Ehrenfried von Thermo, *Eq. Lus.*
2) Hanns Otto Heinr. von Schlegel, *Eq. Saxo.*
3) Frid. Wilhelm Römer, *Eq. Var.*
4) Io. Gottfr. von Berger, *Nob. Sax.*

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE MEDICA pro Licentia disputarunt,
1) sub praesid. GEORG. AVG. LANGGVTH, *P. P.*
CHRISTIAN GOTTLIEB SCHILLER, *Saran. Lus.*
de Fractura patellae genu,
2) sub EIVSD. praesid. PHILIP. THEODOR. RÜHLE, *Quedlinb.*

II Doctores creati sunt duo, *unus* in Iuridica, *alter* in Medica, Facultate.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. GVIL. DE BERGER, *Consil. Aul.*
XXIV Philosophiae Magistros creauit.

Summa omnium Inscriptorum in matricula IIX
7 8 4 4.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/394
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE

IO. HENRICO NOBILI DOMINO DE HEVCHER,
Potent. Pol. Reg. et El. Sax. a Consil. Aul. Medico
Primario, et in hac Acad. Medic. Prof. Prim. et
Ordinis sui Seniore, pieque die XXII Febr.
CIↃ IↃ CC XLVI Dresdae defuncto,

ET PRORECTORE

CHRISTIANO FRIDERICO BAVERO, SS. Th.
D. et P. P. Regio Electror. Alumnor. Ephoro,
CIↃ IↃ CC XLV, d. 18 Octobr. inscripti sunt LV
inter quos,
Carolus Guilielmus Ludouicus a Beulwitz, *Eq. Misn.*

Hoc Rectoratu,

I Die 18 Febr. CIↃ IↃ CC XLVI, qui b. LVTHERI dies emortualis est, eius memoriam quatuor diebus recoluit FACVLTAS THEOLOGICA, atque hinc prima die, scil. d. XVII Febr. initium faciebat Summe Reuer. D. WEICKHMANNVS, qui hora VII, in templo OO. SS. in concionem ueniebat, et Hebr. XIII, 7, exponebat in spiritu et ueritate, quae oratio literis impressa est, hoc titulo, *Das in den Hertzen aller redlichen Lutheraner wohl aufbehaltene Gedaechtniß des seeligen Lutheri.* Idem ille Orator modo laudatus, publico scripto, *de Concilio Tridentino ex morte Lutheri ante uictoriam triumphante*, indicebat *parentalia* D. MARTINO LVTHERO, *XII Cal. Mart. adornata*, alioque, in tabulis publicis, eadem die promulgato, *Ciues Academicos* ad Orationem, ipso die b. LVTHERI emortuali, audiendam inuitauit. Et postquam isti, d. XIIX Febr. in Auditorio maiore, hora II, a meridie, frequentes conuenerant, Prorector Magnif. D. CHRISTIANVS FRIDER. BAVERVS, P. C. Senatus Oppidanus, et Hospites ex domo Quaestoris Acad. in idem, ordine composito, progrediebantur Auditorium, quod, sumtibus laudati WEICKHMANNI, nigro panno erat obductum, atque candelis illuminatum splendide, inprimis uero cathedra b. LVTHERI, in qua, post cantus concentusque Musicos lugubres, Orator *de heroicis Lutheri uirtutibus, heroica morte perfectis*, grauiter atque cum applausu dixit. Finem huic solenni actui imponebant

cantio et concentus musici lugubres. Ante meridiem uero Summe Reuerendus D. HOFMANNVS in templo oppidano, ad aedificandam concionem, in Hebr. XIII, 7, concionatus erat itidem, proponens *das erbauliche Andencken des Sterbetags Lutheri, sowohl in der Betrachtung der grossen Verdienste, als auch des seeligen Endes.* Die *tertio*, siue XX Febr. qui erat Dominica *Esto mihi*, suggestum conscendit in templo OO. SS. eius Praepositus, b. D. ZEIBICHIVS, et Euangelii occasione expendebat *den letzten Hingang Lutheri*, docens, *wie 1) derselbe den Weg zum Leben gewiesen, 2) die Augen geoeffnet, dass wir solchen sehen*, qui eodem anno edidit *Electa historiae uitae et mortis* b. D. MARTINI LVTHERI, *cum dies eius emortualis, in fastis, post duo secula*, d. XIIX *Febr.* CIↃ IↃ CC XLVI *recurreret*, cet. Die quarto, siue d. XXII Febr. quo die, ante ducentos annos, eius exuuiae in hoc templo erant reconditae, postquam Islebia huc translatae essent solenniter, de qua solennitate uid. Differt. D. HOFMANNI mox nominanda, Prorector Magnificus D. BAVERVS LVTHERI suggestum in aede OO. SS. sacra conscendit, atque, publicato ante in tabulis publicis Programmate, lingua uernacula scripto, in quo de *fide* b. LVTHERI *in Christum Heroica* egit, ac Ciues inuitauit Academicos, uerba Ies. XL, 6, 7, 8, explicauit, ex iisque *die Unvergaenglichkeit des Wortes Gottes* demonstrauit, et quidem, *1) obgleich die allerbesten Prediger oft darüber hingerichtet werden, dem ungeachtet aber 2) Gottes Wort ewig bleibet.* Finitis his sacris, supra laudatus D. HOFMANNVS in Auditorio maiore Disputationem habuit, Resp. *Io. Ehrenfried Böttiger*, de funere et sepulchro D. MARTINI LVTHERI, praemissa eius effigie, quae Disputatio aucta appendice, D. IO. BVGENHAGII, D. IVSTI IONAE, M. MICHAELIS COELII *Leichen-Predigten*, PHIL. MELANCHTHONIS Orationem in funere D. MART. LVTHERI Witteb. recitatam, et ipsius D. CAROLI GOTTLOB HOFMANNI *Gedaechtniss-Predigt* exhibente, prodiit.

II pro Licentia disputarunt,

1) IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesid. AVGVSTINI A LEYSER, *Consil. Aul.*
IO. CHRISTIANVS ZORN, *Hallensis*,
de potestate Iudicis inferioris circa Appellationes,

2) sub praesid. ANDR. FLORENT. RIVINI, *Cons. Aul.*
GVIL. FRIDERICVS KRÖBER, *Breunsdorfensis.*

2) IN

2) IN FACVLTATE MEDICA
sub praesid. CHRISTIANI GOTTF. STENTZELII, *P. P.*
GVSTAVVS FRIDERICVS MEISSEL,
de Medico minus duro omnium durissimo.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. GEORG. GVILIEL. KIRCHMAIER, *Consil. R.*
XXXII Sapientiae et ingenuarum Artium Doctores creauit,

RECTORE
CAROLO GOTTLOB SPERBACHIO, OO. LL. P. P.
CIↃ IↃ CC XLVI, Kal. Maias, inscripti sunt CXXI
inter quos,
Ernst Gottlob de Kiesenwetter, *Eq. Lus.*
Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesid. GEBH. CHRIST. BASTINELLERI, *Consil. Aul.*
IO. BENIAMIN TZSCHIRICH, *Belgera Misn.*
de Statutis municipal. Bitterfeld. in materia successionis,

II IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. P.*
CHRISTIAN GOTTFRIED SCHOENEWALD,
de Curatione morborum, quae peragitur expectatione, ubi simul de Natura, crisium causa, et morborum medica, dispicitur,
2) sub praesid. CHRISTIANI GOTTFR. STENTZELII, *P. P.*
IO. DANIEL KVNTSCHKE, *Gub. Lus.*
de secretione in genere,
3) sub praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTH, *P. P.*
MORITZ CASPAR HAERTEL, *Nöbda - Altenb.*
de saccati humoris per solos renes percolatione,

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. FRIDER. HILLER, *Fac. Phil. Adi.*
XXXI Sapientiae et ingenuar. Artium Magistri sunt renunciati.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/397
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE

IOACHIMO SAMVELE WEICKHMANNO, SS. Theol. D. et P. P. Regio Elect. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ CC XLVI, d. 18 Octobr. inscripti sunt CIIX

1) Ernst Wilhelm von Schmidberg, *Rad. Saxo.*
2) Hanns George von Dresky, *Eq. Sil.*
3) Christoph. Ehrenreich von Arnim, *Döben Misn.*
4) Hanns Ernst von Gelhorn, *Eq. Sil.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

1) sub praesid. D. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *Cons. Aul.*
IO. GOTTLIEB REINHARD, *Witteberg.*
de tacita lege commissoria in Subhastationibus,

2) sub praesid. ANDR. FLORENT. RIVINI, *Cons. Aul.*
IO. FRIDRICH. REINHARD, *Witteberg.*
de Paradoxis circa actionem negatoriam,

3) sub praesid. D. CHRISTIANI HANACCII, *P. P.*
IO. GOTTLIEB PVSCHER, *Pract. Witteb.*
de Fidei iussione imperfecta,

II IN FACVLTATE MEDICA

1) sub praesid. D. ABRAHAMI VATERI, *P. Prim.*
IO. DAVID KREYSIG, *Trebicens. Saxo.*
de Lienis prolapsione,

2) sub praesid. D. GEORG. AVG. LANGGVTH, *P. P.*
CHRISTIAN GOTTLOB OTTO, *Lugauia-Schoenb.*
de Foetu ab ipsa conceptione animato,

3) sub praesid. D. CHRISTIAN GOTTFR. STENTZELII, *P. P.*
IO. HENRICVS BERGERVS, *Lucca Lus.*
de ordinaria medendi ratione iudicii experte haud optima.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. ERNEST. CHRISTIAN. SCHROEDTERVS, *P. P.*
XXX Philosophiae Magistros solenniter creauit.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/398
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
ANDREA FLORENTE RIVINO, Potent. Regis Polon. et Elect. Sax. Consil. Aul. Dig. Infort. et Noui Prof. Publ. Cur. Prouinc. et Scab. itemque Ord. Iurid. Assess.

CIↃ IↃ CC XLVII, Kal. Maias, inscripti sunt XCV inter quos,

1) George Frider. Strantze, *Schlaiza Var. Past. Prim. Eccl. Schneberg. cet.*

2) Fridrich Wilhelm von Widebach, *Eq. Lus.*

3) Otto Ioach. von Stutterheim, *Eq. Lus.*

4) Io. Dietrich von Raschkau, *Eq. Saxo.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesid. D. CAROLI GOTTLOB HOFMANNI, *P.P. et S.G.*
M. GEOR. FRIDER. STRANTZIVS, *Past. Eccl. Schneb. Scholae Inspect. et Ephor. Zwiccau. Adi. prim.*

II IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesid. D. ABRAHAMI VATERI, *P. Prim.*
IO. GOTTLIEB VOGEL, *Grosrörsd. Misn.*
de Dysenteria Epidemia maxime contagiosa et maligna, superiori anno patriam deuastante,
2) sub praes. CHRIST. GOTTFR. STENTZELII, *P. P.*
CHRISTIANVS FRIDER. HORN, *Pirnens.*
de Cantharidibus et similibus, quae Aphrodisiaca uocantur, Medicamentis ueneri inimicis amicisque,

III in Fac. Med. *duo* Licentiati Doctor. honores obtinuere.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. MARTINVS HASSEN, *Consil. Aul. et P. P.*
XXIII Sap. et ingenuar. Artium solenniter creauit Doctores.

RECTO.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/399
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
CHRISTIANO GOTTFRIED STENTZEL, Art. Salut. ac Phil. D. Chirurg. et Pathol. P. P. et h. t. Ordin. ſui Decano,

CIↃ IↃ CC XLVII, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LXXI inter quos,

1) Paul Friedrich von Dreſsky, *Eq. Sil.*
2) Carol. Gottlob de Noſtitz, *Eq. Luſ.*
3) Carl Gottlob von Ziegler und Klipphauſen.

In Facult. Philoſophica Decan. IO. FRIDER. WEIDLERVS, *P. P.* XXII Philoſophiae Magiſtros ſolenniter renunciauit.

RECTORE
GEORGIO MATTHIA BOSIO, Phyſ. P. P. in Commercio Literar. cum Acad. ſcientiar. Regia Pariſina Academico Bonon.

CIↃ IↃ CC XLIIX, Kal. Maias, inſcripti ſunt CXI inter quos,

1) Fridericus de Beulwitz, *Eq. Schwartzb.*
2) IO. GEORGIVS WALTHERVS, *Conſil. Saxon. Prof. Phil. deſignat.*
3) Gottlob Heinrich von Pöllnitz *Eq. Miſn.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
ſub praeſid. D. CHRISTIANI FRIDER. BAVERI, *P. P.*
CHRISTIANVS SIGISMVNDVS GEORGIVS, *Lucca-Luſ. Philol. P. P. Ord. Phil. Aſſeſſ. et h. t. Decan.* nunc *S. S. Theol. P. P. et Regio Elect. Alumnor. Ephor.* deſignatus,
de Precibus in nomine Ieſu, ad Io. XVI, 23-30.

II IN FACVLTATE IVRIDICA
ſub praeſid. D. AVGVSTINI LEYSERI, *Conſil. Aul.*
VALENTIN. ERNEST. LOESCHER, *Dreſd.*

de

de Praesumtione Muciana ad L. 51 D. et 6 C. de donat. inter uirum et uxorem,

III IN FACVLTATE MEDICA
sub praesid. GEORGII AVGVSTI LANGGVTH, *P. P.*
TOBIAS WAGNER, *Pritzwalck. Pregnicens.*
de Terebratione Capitis chirurgia generosa, nec ita difficili detestabilique.

IV Doctor. honores consecuti sunt in Fac. Med. *duo.*

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. CHRISTIAN. SIGISM. GEORGIVS, *Theol. Lic. et P. P.*
XXX Candidatis summos in Philos. honores solenniter contulit.

VI Hoc Rectoratu Legatio *AVGVSTI III* Pol. Reg. et Elect. Sax. Wittebergam missa.

PRAESES

Illustrissimus S. R. I. Comes AB HOLTZENDORF, Dynasta Baerensteinii, Strasgräbchen, cet. S. R. Maiest. Consiliarius intimus, Senatus Ecclesiastici et Consistorii Supremi Praeses, a summis reditibus, reliqua. Cuius insignia eleganter picta, et ab ipso b. Comite ad Rectorem missa, in memoriam huius Maecenatis indulgentissimi humanissimique sunt praemissa. Rector hanc adiecit inscriptionem,

CELSVS ES HIS ARMIS GENIO SED CELSIOR HEROS

COMMISSARII

Perillustris OTTO GVILIELMVS A BODENHAVSEN, Dynasta Brandisii et Radisii, Praefectus Circuli Lips. et Cur. Prouinc. Praeses,

Illustris GOTTLOB HENRICVS HEYDENREICH, I. V. D. Sac. Reg. Mai. in summo Prouocat. Iudicio et in Senatu Ecclesiast. a Consiliis,

Reuerendissimus IO. GODOFREDVS HERMANN, SS. Theol. D. Summus Aulae Concionat. et a Consil. Ecclesiast.

Consultissimus IO. CASPAR HEYDELMANN, a Consil. Commission. et Praefecturae Witteb. antistes.

Commissionem expectabat ad fontem b. Lutheri Hipparchus MAYER, stipatus XVI generosissimis et nobilissimis Studiosis. Hi per plateam Col-

legii, per forum, et per plateam Caſtelli Legatos deducebant in arcem, quam occupabant die Iouis, qui VI Iun. erat, hora VI pomeridiana. Mox a Protonotario Academiae, D. KVNERTO, huius Deputati annunciabantur, ſtatim admiſſi, D. HOFMANNVS, D. A LEYSER, D. VATERVS, et A BERGER, perquam gratioſe excipiebantur. Eodem die, hora IIX, Legati Regii Rectorem honorifica compellatione per Secretarium ſaluere iubebant.

Die *Veneris*, ſiue VII Iun. totus Academiae Senatus comparebat. Aperiebatur Commiſſio ab Illuſtriſſimo Comite, ſermone maſculo et graui, Rectore reſpondente.

Die *Martis* ſiue XI Iunii Commiſſarii D. WEICKHMANNVM, die *Mercurii*, ſiue XII D. LANGGVTH, d. XIII, Conſil. A LEYSER diſputantes, ſemper reſpondentis uices gerente REICHELIO, L. A. Mag. et Med. Candidato,

D. XIV Iun. Prof. Extraord. GEORGIVM, Ordin. Phil. t. t. Decanum,

Die XV M. BAVERVM filium, in auditorio Philoſ. et D. BAVERVM patrem, in maiore, diſputantes ſua praeſentia dignabantur.

Die XVI Iun. ueſpertino tempore, Conuictorium, concentu muſico et ſolemni, ahenotympanis bucciniſue reſonante, Commiſſariis deuotionem teſtari allaborabant perquam gratioſe acceptam, perquam modeſtam et in aditu et in abitu.

Die XIIX Iun. Legatio, ſermone non minus pathetico ab Excellentiſſimo Comite claudebatur hoc epiphonemate, *Pax floreat hac in Academia*, ſimulque *Decretum* a ueneranda PRAESIDIS manu, RECTORI qua Academiam, Conſil. A LEYSER, qua Conſiſtorium Eccleſiaſticum tradebatur. RECTORE oblatam pacem, oblatam benedictionem deuota Oratione aſſumente. Eodem die, hora quinta pomerid. Illuſtriſſimus COMES, Perilluſtris A BODENHAVSEN, et Reuerendiſſ. HERMANN nobis ualedicebant, choragum iterum agente MAYERO, quem totidem comitabantur. Die XX illuſtris etiam HEYDENREICH redibat Dreſdam.

Sic Vobis uultu niteat fortuna ſereno

Singulis diebus opipara prandia, ad quae ſemper aliquot ex Ordine Profeſſorio uocati. Bis Rectorem conuenire dignabantur. Die ſcilicet XII Iun. ubi trium fere horarum ſpatio uaria experimenta, electrica, pneumatica, catoptrica, circulationem ſanguinis in piſce, et reliquum apparatum phyſicum, aſtronomicum, una cum Bibliotheca, approbatione, omni gaza cariore, luſtrabant.

Eueni-

Eueniant medii ſic mihi ſaepe dies.

Dein die XVI Iun. Socraticam eius coenam non aſpernabantur.

In magnis, uel uoluiſſe, ſat eſt.

Vix Arpinas ad uiuum pingeret, quanta humanitate, quanta ſuada, quanta ſerenitate, Illuſtriſſimus COMES nobiscum egerit. En unicum ſpecimen, et eiusmodi ſingulis ſeſſionibus, ſingulis epulis, redibant. Die XV Iun. RECTORI ad prandium inuitato, XX conuiuis aſſiſtentibus, dulce merum hoc uoto propinabat MAECENAS,

Vigeat haec ſedes Muſarum!

Rectori reſpondenti,

Aegide ſubque TVA laetatur Leucoris Alma,

extemplo regerebat libans,

Floreat aeternum tua gloria Leucoris Alma!

Haerebat Rector, mox duplicabat,

Sint MAECENATES, non deerunt, CELSE, Maroneſ.

Excellentiſſimus PRAESES, omnibus admirantibus ſtupentibusque, uix finienti haec RECTORI denuo cyathum dicabat, addendo,

Deſine, mi RECTOR, uerſus non fundere poſſum.

Et hic deuotum rumpendo ſilentium triplicabat,

Natura nec ulli

Mitius ingenium, quam TIBI, CELSE, dedit.

VII Vitam cum morte commutarat, d. XX Iun. CHRISTIANVS GOTTFRIED STENTZEL, *Art. Salut. et Philoſ. Doct. Chirurg. et Pathol. Prof. Publ. Ord.* et die XXIV Iunii, CHRISTOPHORVS HENRICVS ZEIBICH, *SS. Theol. D. et Prof. Prim. Templi OO. SS. Praepoſitus, Conſiſt. Eccleſ. Aſſeſſor et Ordinis ſui Senior.*

Quibus ſit leuis terra!

In b. ZEIBICHII locum aſcenderunt reliqui. *Praepoſitus* factus D. WEICKHMANNVS, in quartum locum d. XIV Oct. receptus CHRISTIANVS SIGISMVNDVS GEORGIVS, *Philol. Prof. Publ. Ord. Phil. Aſſeſſor, et t. t. Decanus, S. S. Theol. Prof. Publ. Ord. et Alumnor. Regio-Elect. Ephorus.* In b. STENTZELII uero locum ſucceſſit DANIEL WIL-

HELMVS TRILLERVS, *Phil. et Med. Doct. Consil. Aul. Reg. atque ill. Academ. Scientiar. Bonon. Sodalis*,

IIX In Ordinem Professorum Philosophiae Extraordinar. die XXII Iun. mox in Supernumerariorum cum sessione, uoto, et reliquis honoribus dieXI Septembr. receptus IO. GEORGIVS WALTHER, *Consil. Saxon. Prof. Iur. Naturae et Gentium.*

IX In Collegio Diui *FRIDERICI* restauratio XXVII Conclauium feliciter finita. His omnibus fornaces, ianuae, serae, lecti, reliqua uniuersa suppellex suppeditata. Magnam partem haec conclauia habitari coepta F. S. Michaelis, prout Illustrissimo Comiti Rector fuerat pollicitus. Insigniter adauctus hortus Medicus. Reparatum Tabularium superius in Consistorio Academico. Reparata uilla Oeconomica. Omnia aedificior. Academicor. tecta magna cura redintegrata. Nemo in Tabula publice citatus. Nemo in carcerem coniectus. Omnia tranquille gesta.

Finiam uoto Amplificatoris nostri ab *HOLTZENDORF*
Floreat aeternum Tua gloria Leucoris Alma!

RECTORE
CHRISTIANO FRIDERICO BAVERO, SS. Theol. Doct. et P. P. Regio-Elector. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ CC XLIIX, d. 18 Octobr. inscripti sunt LXII inter quos,

1) CARL HEINRICH Graff von SCHÖNBVRG. 2) ALBR. HEINRICH Graff von SCHÖNBVRG.
3) Moritz Friedr. Rex, *Eq. Var.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesid. D. IOACH. SAM. WEICKHMANNI, *P. P.*
M. NICOLAVS BRELLIN, *Wermelandio-Suecus, Ecclesiarum Bohlstad. Past. Reg. Acad. Scient. Holm. Socius*,

II IN

II IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesid. D. AVGVSTINI A LEYSER, *Consil. Aul.*
ADAM GOTTLOB RÜFFER, *Witteb.*
de Falsis, quae bona mente committuntur,

III IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesid. D. ABRAHAMI VATERI, *P. Prim.*
IO. CHRISTIANVS RIEDEL, *Witteb.*
de Fonte Medicato Wittebergensi,
2) sub praesid. D. GEORG. AVG. LANGGVTH, *P.P.*
IO. CHRISTIAN. FRIDER. KÜCHLER, *Rada Saxo,*
de reddenda recens praefocatis ademta anima,
3) sub EIVSD. praesid. IO. IVSTVS TERRAS, *Dresd.*
de ualetudine sexus elegantioris a coma calamistrata,
4) sub EIVSD. praesid. DAN. GOTTFRIED FRENZEL,
Hoyerswerda Lus.
de pilo parte corporis non ignobili.

IV IN FACVLT. THEOL. *unus*, IN MED. *tres*, Doctor. honores sunt consecuti.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. CAROL. GOTTLOB SPERBACH, *OO. LL. PP.*
XXII Philosophiae Magistros solenniter creauit.

VI d. XXIV. Octobr. D. ERNESTVS MARTINVS CHLADENIVS, *Iur. Feudal. P. P.*
Orationem, sumptibus Acad. quae, iussu Regio, quinquaginta Imperiales ipsi exsoluit, in Auditorio maiore, habuit ob pacem *Westphalicam*, quam eodem die, ante centum annos, pacisscentes consignarant. Literis illa, hoc titulo, est impressa, *Pacis Westphalicae secularis memoria d. XXIV Octobr. A. S. CIↃIↃ CC XLIIX; in Academia Witteberg. ritu formulaque solenni* celebrata.

RECTORE
CHRISTIANO HANACCIO, I. V. D. Institut. P. P.
Cur. Prouinc. Scabin. et Fac. Iurid. Assessore,
Conuictor. Regii Inspectore,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/405
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

CIↃ IↃ CC XLIX, Kal. Maias, inſcripti ſunt CIIX inter quos,

1) DANIEL WILHELM TRILLER, *Phil. et Med. D. Conſil. Aulae et Prof. deſign.*
2) Iacob Carl Erdmann von Polentz, *Equ. Luſ.*
3) Ferdinand. Rudolph von Ziegler und Klipphauſen.
4) Io. Frider. von Lattorff, *Equ. Anhalt.*

In Fac. Phil. Dec. IO. HENR. MARTIVS, *Poeſ. P. P.* XXIV Philoſophiae Magiſtros ſolenniter creauit.

RECTORE
GEORGIO AVGVSTO LANGGVTH, Phil. et Medic. Doct. Anatom. et Medic. P. P. et Fac. Med. Aſſeſſ.

CIↃIↃCC XLIX, d. 13 Octobr. inſcripti ſunt LXXII inter quos,

1) Io. Caſp. Gottlob von Rex, *Equ. Luſ.*
2) Carl Chriſtoph von Zehmen, *Equ. Miſn.*

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE MEDICA pro Licentia diſputarunt,

1) ſine praeſide, M. CHRISTOPH. CAROLVS REICHEL, *Dreſd.* de Tabaco, eiusque uſu Medico,

2) ſub praeſid. D. DAN. WILH. TRILLERI, *Conſil. Aul.* IO. EPHRAIM BVLISIVS, *Wittenb.* de Fame lethali ex calloſa oris uentriculi anguſtia.

II IN FACVLT. IVRID. *unus*, IN MED. *duo*, Licentiati honores Doctor. ſunt conſecuti.

III IN FACVLT. PHIL. a Dec. GEORG. MATTH. BOSIO, *P. P.* XVII Philoſophiae Magiſtri ſolenniter ſunt creati.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/406
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE

IO. DANIEL RITTERO, Phil. et I. V. Doct. S. R. M.

a Consil. Aul. et Histor. Prof. Ordinario,

CIↃ IↃ CC L, Kal. Maias, inscripti sunt LXII

inter quos,

1) Hanns Dietrich Gottlob von Wolffersdorff,
2) Carl Gottlob von Vchtritz, *Eq. Lus.*
3) Curt Heinrich von Einsiedel, *Eq. Mis.*
4) Alexand. Abrah. von Einsiedel, *Eq. Mis.*

Hoc Rectoratu,

pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA

sub praesid. GEBH. CHRISTIANI BASTINELLERI, *Consil. Aul.*

CAROLVS FRIDER. TRIER, *Dresd.* qui paulo post Doctor. honores consecutus Consil. Aul. Reg. factus est,

de Confusione,

II IN FACVLTATE MEDICA

1) sub praesidio D. ABRAHAMI VATERI, *P. Prim.*

FRIDER. AVG. IMMANVEL ZINCKERNAGEL,
Greussena - Szwartzb.

de Deglutitionis difficilis et impeditae causis abditis,

2) sine praeside, IO. GVIL. FRIDER. IAHN, *Auens. Hermund.*

de insolita calculi ingentis per scrotum exclusione,

uterque Doctor. honores consecutus est.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decan. GOTTHELF SAMVEL PETRI, *Fac. Phil. Adi.*

XIX Philosophiae Magistros solenniter creauit.

IV Euenit hoc tempore feliciter atque prospere, ut Academiam nostram inui-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/407
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

inuiſeret uir illuſtris, IO. FLORENS RIVINVS, Lipſ. I. V. D. Canonicus Merſeb. Decanus Capituli Wurcen. Codic. P. P. Academ. Lipſ. Decemuir, et Dynaſta in Neumuckershauſen. Is, ante quinquaginta annos ciuis literariae Reipublicae Witteb. factus, quo ſuum erga Academiam Wittebergenſem ſtudium ſignificaret, anno, poſt initiationem Academicam, quinquageſimo, fortunate elapſo, uenit Wittebergam, et laetus uegetusque quinta Decennalia impetrati Iuris Ciuitatis Academicae celebrauit, eumque Rector Magnificus IO. DANIEL RITTERVS, maiorum more, rariſſimo exemplo, iure ciuitatis iterum donauit, et, ut huius rei, maxime ſingularis, ſalutarisque Academiae noſtrae, apud poſteritatem extaret memoria perpetua, haec, faſtis Academicis manu ſua adſcripſit, addito uoto. *Gaude, alma mater Witteberga, et hoc ſimul a Numine uoto expete, ut Ciues tui* RIVINVM, *Virum exempli recti, domi et apud exteros clariſſimum, imitentur.* A. O. R. CIↃ IↃ CC L, d. 2 Septembr.

IO. DANIEL RITTER, D.
h. t. Acad. Rector.

V Cum in hunc annum pacis Weſtphalicae, quae pacis religioſae munimentum firmamentumque eſt, incideret executio et confirmatio, uti ex hiſtoria notum eſt, et cumprimis ex publicis Academiae noſtrae literis intelligitur ſequentibus, *Quod agitatum toties hactenus, quandoque conuentum, mox, neſcio quo Germaniae fato, eliſum, meminimus, dein reſumtum denuo, et, poſt difficilem ac diuturnam laborioſamque deliberationem, biennio quaſi Monaſterii ac Oſnabrugae decretum fuit, id XVI Kal. Quint. proxime demum Norimbergae. confectum et abſolutum eſt, ut nunc armorum fine impoſito formidines omnes terroresque, miſeriasque ac calamitates, quibus XXX his annis obiecti fuimus, firmata undique ſancitaque pace, ſic quaſi acie proelioque depulſas ac proſligatas uideamus*, et, cuius cauſa, glorioſiſſimae memoriae Principis, IO. GEORGII I, iuſſu, Academia CIↃ IↃ C L, d. XXII Iul. Deo immortali, auctori ac largitori incredibilis huius et inſperatae felicitatis cecinerit laudes reddideritque gratias, idem fecit hoc anno Academia REGIS noſtri Sereniſſimi Indulgentiſſimique Nutritoris permiſſu, et, die II Auguſti praeſcripto, ſolennes publicasque in aede Academica perſoluit grates, poſtquam Calendis Sextilibus Ciues Academici ex tabulis publicis hoc ſcripto inuitati erant *Bergeriano.*

RECTOR

RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
IOANNES DANIEL RITTER, Philoſoph. et I. V.
Doctor, S. R. M. a Conſiliis Aulicis et Hiſtoriarum
Profeſſor Publicus Ordinarius,
Ciuibus Academicis
S. P. D

Quod omni Germaniae, cunctoque Imperio Romano, optatiſſimum fuit, quod bonis omnibus diu multumque deſideratum, quod prudentioribus, in tanto tamque longo animorum atque armorum ardore, uix ſperatum, hoc, ſingulari Dei immortalis beneficio, praeter omnium opinionem, ſuperiore ſaeculo, bene ac feliciter euenit. Nam, pace in Veſtphalis Oſnabrugae confecta, praeſens manifeſtumque Numen quantam uim coeleſtem, in magna temporum immanitate, flectendi mitigandique mentes humanas, tantam in homines benignitatem, admirabili, nec opinata, rerum commutatione, declarauit. Parum enim ſpei, ac potius nihil, maioribus noſtris in praeſidiis humanis ſupereſſe uidebatur, cum graues et inueteratae diſſenſiones, et ciuiles ingenteſque motus, tantam in Germania tempeſtatem concitarent, ut eius procellis finitima quoque, Sueciae maxime, ac Francogalliae, regna corriperentur. Quibus ex rebus exarſit calamitoſiſſimum diutinumque bellum, primo quidem conflatum inter Ferdinandum II, Imperatorem, et Guſtauum Adolphum, Sueonum Regem, tum inter Ferdinandum III, et Chriſtinam, Sueonum Reginam, uaria fortuna geſtum. Hinc magna uis Chriſtiani ſanguinis horribilem in modum profuſa, hinc plurimae et nobiliſſimae regiones diuexatae, uaſtatae, fortuniſque ſuis ſpoliatae. Deo tandem communem calamitatem miſerante, accidit, ut, animis paullatim delinitis, utrinque pacis cogitatio ſuſciperetur, et, uoluntate partium Hamburgi conſentiente, dies diceretur congreſſui Legatorum, Oſnabrugae et Monaſterii habendo. Quam graue arduumque fuerit, multas magnaſque rerum difficultates, tantis in diſſidiis, expedire, nemini non apparet. Quam difficile igitur fuerit, ſummotis tot impedimentorum cauſſis, inter arma, ex utraque parte ſemper parata, in gratiam redire, non minus exiſtimari poteſt.

Adueniſſe enim iam tempus iſtud uidebatur, quo fortuna Germaniae publica fatis urgentibus ſuccumberet, et res eius opeſque, nouiſſima pereundi perdendique omnia libidine, conſumerentur

At uero omnem hominum expectationem ſuperauit bonitas diuina, et perculſas atque proſtratas Germaniae res improuiſo erexit, ſedatis eorum odiis, qui bello uidebantur ad internecionem contendere. Nouum enim, ac mirabile, ſtudium concordiae mentibus iniecit, ut una pactione, in Veſtphalis quae fit, et plura, et maiora, Germaniae tribuantur bona, quam unquam ſperanda uideantur. Hoc enim diuinum Pacis Chriſtianae pignus eſt eritque quoddam Germaniae Palladium, et ipſius Europae, non ſolum Imperii, intereſt, idem illud pie inuiolateque, ad omnes poſteros, ſeruari. Itaque dies, quo pactionis, tam ſalutaris, opus conficitur, commemorabilis eſt, omnique poſteritati, quae ſaluam uoluerit Germaniam, ſaluum Imperium, auguſtus, meritoque uenerabilis, dignus certe in primis, qui feſto ritu, grataque in Deum reuerentia, colatur. Haec enim Pax quo magis neceſſaria fuit Germaniae, languenti iam diu ac prope deficienti, hoc praeſtabilior eſt eius compoſitio iudicanda. Illa uero, ſi cogites, quid quantumque, inter partes adeo diſſidentes, mutuo inſperatoque conſenſu, in perpetuum ſtatuat, hoc uero non tam ab hominibus excogitatum, quam diuina quadam ui mentibus impreſſum, facile credas. Sic Religio, ſic Libertas, ſic rerum tranquillitas, quibus peraeque cunctis proſpicitur, per eam Pacis Germanicae Legem palmariam, munere quodam coeleſti, confirmatur

Horum tamen bonorum, tam excellentium, quae Tabula Pacis Veſtphalicae offert, atque ſpondet, quid tandem publice priuatimque capi potuiſſet, niſi Executio eius, quod illa conſtituerat, fuiſſet conſecuta, ſuumque pondus adieciſſet. Haec enim niſi legibus, quamlibet bonis, accedat, illae quidem relangueſcunt, ac, uelut inciſis neruis, robur ſuum perdunt, poſtremo, hominum incuria, obſoleſcunt. In primis autem lex, quantauis dignitate ac ſanctitate praedita, ſed inermis, quid ualeat aduerſus eos, qui confidant armis, et, quo potentiores ſunt, eo pareant aegrius. Ergo Pax Veſtphalica praecipuam quidem auctoritatem obtinet, ſed haec auctoritas ut facultate muniatur id perficiendi, quod decretum eſt, nouam poſtulat, acriorem, ualentioremque, curam. Hac enim effecta dantur, quae decreta ſunt. Qua de cauſa Caeſar, Pace conſtitu-

ta,

ta, Edictum eius exequendae proponit. Sed ea res tantis obstruitur difficultatibus, ut identidem sit periculum, ne foedus ipsum Pacis rumpatur. Serius enim, quam decuerit, literas, dictitant, Procerum afferri, quibus formula Pacis habeatur rata. Sueones, ne expectandas quidem, ducunt, has literas, sed restitutionem in integrum, quae promissa sit, maturandam. Restitutio ipsa alias recusatur, alias differtur, reclamante potissimum Pontifice. Quapropter Caesar arctiorem exequendi modum imperat. Hispanis et totum Pacis huius negotium displicet, nec, suum Francodalia praesidium deducere, libet. Nec ipsi quidem Sueones adduci possunt, ut munitis e locis excedant, copiasque dimittant. Pragae potissimum deliberatur de grandi pecunia, quam Sueones exposcant, de missione exercitus facienda, sed rei infectae consilium Noribergam transfertur, eoque complurium Legati Procerum, Monasterio profecti, confluunt, tractantque de conditionibus Pacis, in quas descensum iam esset, ad effecta adducendis. Huic deliberationi multum operae temporisque tribuitur, at ei cunctis e partibus tantae difficultates obiiciuntur, ut, animis dubia atque incerta suspensis opinione, unde consilium auxiliumque petendum sit, inter multas graueisque sollicitudines, iudicari uix posset. Ea denique re, quae multis anxiisque curis extrahebatur, peracta, factum est, ut fructus Pacis Vestphalicae perciperentur, plurimi quidem, atque amplissimi

Itaque noua lux oborta est anno proximi Seculi quinquagesimo, propterea, quod hic annus ad decreta superioris temporis, ipso opere perficienda, spectauit, eaque re plurimum adiuuit ad otium denuo conciliandum. Qua de caussa maioribus quoque nostris sanctus fuit, cunctisque posteris erit multa religione afficiendus. Habuit quidem prior annus ille, octauus et quadragesimus, auspicium felix, et signum quasi ad bene de omni republica Germaniae sperandum sustulit, at leuationem potius, quam finem, omnium attulit malorum, quibus adhuc, post id temporis, plures Germaniae partes laborarunt, ipsa quoque Saxonia, et haec grauissime quidem. Quinquagesimus autem hic annus, facta ipsa coniungens cum dictis Pacis Vestphalicae, praestita promissorum fide, rebusque ipsis repraesentari coeptis, ipsam pacem eandem confirmauit, animos atque manus a rapinis, ceterisque iniuriis, continuit, et quietiorem nunc placatioremque statum reddidit

Asseruatur in Tabularii nostratis Academici scriniis epistola

Diui IO. GEORGI Primi, Pr. Electoris Saxonis Glorioſiſſimi, pia ſane et Paternae cuiuſdam caritatis plena (*)

Haec A. CIↃ IↃ C L, die 17 Auguſti, Freiberga ad Academiam noſtram ſcripta, temporis tam religioſi monimentum illuſtre

---

(*) his ipſis uerbis concepta, *Von Gottes Gnaden IOHANN GEORG Herzog zu Sachſen, Iülich, Cleve und Berg, Churfürſt etc. Würdige und Hochgelahrte, liebe Andaechtige und Getreue, Wie ſchwer, und gefaehrlichen ſich die bißherigen geführten und von einer Zeit zur andern, auch, von einem Orth zum andern geworffene Tractaten angelaſſen, undt ſo hart die Unſrigen faſt vor allen andern Reichs-gliedern die nechſt verſchienen anderthalb Iahr über gedruckt und gequelet worden: So hoch und inniglichen haben Wir neben euch und andern unſern getreuen unterthanen nuhmehr dem Allerhoechſten zu dancken, doß Se. Goettliche Almacht mit ihrem allgewaltigen Gnaden-Arm dennoch über Uns und die Unſerigen gehalten, und ſo wohl zu dem* ENDLICHEN SCHLVSS *als Reumung Unſers ganzen Landes Gnade verliehen, auch Unſere Univerſitaet Wittenberg vor allen Feindlichen Anfall und Zerrüttung bey dieſem gantzen leidigen Krieges-Weſen vaeterlichen erhalten. Darüber erfreuen Wir Uns mit euch nicht unbillich, und wünſchen von Hertzen, der getreue Gott wolle ferner alles Unheill und Verderben abwenden, den erlittenen Schaden erſezen, das edle Fridens-Werck ſtabiliren, Unſer ausgeſogenes Land wieder erquicken, und die allein ſeeligmachende Evangeliſche Lehr iederzeit unverfaelſchet, dann die Studia ſambt deren Zugethanen in guten Flor, mildiglichen erhalten. Darneben gereichet Uns euere unlaengſt eingeſchickte unterthenigſte Friedens Gratulation, und was derſelben anhengig, zu ſonderbaren Danckuehmigen gnedigſten Gefallen, und wollen uns verſehen, weil ſie ſonder Zweifell aus ſchuldiger treuer Devotion hergefloſſen, Der groſſe Gott werde euer mit angeheffties Votum beſtetigen, und ferner Gedeyen geben, damit durch gute Diſciplin und fleißiges profitiren, der Studirenden lieben Iugent viel Nuzen geſchafft werde. Inmaſſen wir auch unſers theils in ChurFürſtlichen Gnaden geneigt, nichts zu unterlaſſen, was euch und der ganzen Univerſitaet zum beſten und aufnehmen gereichet, Welches Wir euch zur gnedigſten Antwort hinwider nicht verhalten wollen. Datum Freiberg den 17 Auguſti Anno 1650.*

IOHANNS GEORGE Churfürſt.

Quibus litteris iungere mihi liceat, quas Academia ad glorioſiſſimum Electorem indulgentiſſimumque Patrem patriae dederat humillima ac pia mente, iisque

ſtre continet, eumque Principem Pietatis Saecularis, qua colendum ſit munus diuinum Pacis Veſtphalicae, ad Executionem redactae, auctorem optimum oſtendit. Nam tempus ipſum, proprie et eximie dictum, et cauſſas publici feſtique cultus, quem poſtulet hoc tempus, et ipſum denique motus eius formulamque, deſignat. Ac tempus quidem in

 anno

---

iisque gratulata erat Principi Optimo de hac pace, quasque his reſponſoriis, modo recenſitis, exceperat clementiſſime, ut partim Lector maiorum uota, partim ſtatum, qui tum temporis fuit, cognoſcat accurate.

Unterthaenigſte Gratulation wegen geſchloſſenen Friedens.

P. P.

Gnaedigſter Churfürſt und Herr. Bey dieſer allgemeinen überaus groſſen erfreyund beruhigung E. Churf. D. geſambter getreuen Land und Leute, haben nuhmero durch Gottes Gnade in eiferiger Andacht und Froelichkeit wol volbrachten Friedens-Danck-und Bet-Feſte, wir aus inniglich erquicktem Gemüthe und Herzen nicht vorbey gehen koennen, nachdem wir dem grundgütigen Gott die gebührende Ehre, Lob, und Preiß für dieſes groſſe und ſeiner heyligen Maieſtaet allein müglich geweſene Werck, gegeben, auch E. Churf. D. allß unſern gnaedigſten treuen Landesvater, alſoforth zuzufallen, und Deroſelben beydes unſere ſehnliche Begierde die unterthaenigſte Schuldigkeit für E. Churf. D. darbey erwieſene unvergleichliche Sorgfalt, Mühe, und Fleiß, abzulegen, allß auch die herzliche Freude, ſo wir ob dieſer ſonderbahren Güte Gottes geſchoepffet, in unterthaenigſter tieffeſter Demuth gehorſamlich zu verſtehen zu geben, und zwar ſolches umb ſo viel deſto mehr und embſiger, ie groeſſere Urſach wir es abſonderlich bey dieſer Dero Churfürſtlichen Univerſitaet ſambt und ſonders haben. Wie verhaſſet und vermaledeyet auch nur der bloſſe Nahme Wittenbergk bey den Feinden goettlicher Wahrheit, denen Papiſten, insgemein ſey, und wie vom Anfang des hochwerthen und Menſchlichen Vernunfft weit überſteigenden Reformation-Wercks bis gegenwaertige Zeit, inſonderheit dahin mit aller macht von Paepſtiſcher Seiten gearbeitet worden, daß dieſes Ketzer-Neſt, wie man Wittenbergk allezeit genennet, ſambt des teuren Mannes Gottes, des ſeeligen Herrn Lutheri Nahmen und Gedaechtniß von grund aus moegen zerſtoehret und vertilget werden, bevorab aber, wie darzu ein ſtatlicher Anfang im Iahr 1631. gemachet worden, allß damals die geſambte maechtige und erſchreckliche

anno Pacis, Oſnabrugae conditae, non ponit, ſed citerius, Pace illa iam pridem compoſita. Saxoniam enim, ait, duorum ſemis annorum onere grauiſſimo, praeter cunctas fere Imperii terras, preſſam atque afflictam fuiſſe. Hoc autem ſcribit XVI Calendas Septembres, id eſt, menſis Auguſti die 17., a. 1650. Ergo poſt pacem in Veſtphalis factam. Ex quo, ut alia taceam, apparet, Bellum,

---

liche Ligiſtiche Armada in dieſen Churfürſtlichen Lande mit aller Gewalt gedrungen, und es Dero Meinung nach gar an einen wenigen ermangelt, daß Wittenbergk ſambt Saxen und Meiſſen mit Lutheriſchen Bluthe überſchwaemmet, und eins mit dem andern jaemmerlich bis zu ewigen Zeiten ausgerottet worden, iſt E. Churf. D. ohne unſer unterthenigſtes erinnern mehr denn zu viel bekannt, geben es auch der Papiſten in offenen Druck vorhandene und von Ihnen unlaugbare Schrifften mit mehrern. Daß nun Gott der Algewaltige Herſcher ein ſolches nach ſeiner überſchwenglichen Gnad und Güte nicht zugelaſſen, und hingegen vielmehr den groſſen unbeſchreiblichen Stolz und Pracht des damaligen grauſamen Feindes bald darauf groeſten theils durch E. Churf. D. ſtarcken unüberwindlichen Heldenmuth und Deroſelben Heer gebrochen, Auch, allß hernachmahls E. Churf. D. Dero hoechſt erleuchteten Verſtande nach nicht fürtraeglich zu ſeyn befunden, wieder des heiligen Reichs Haubt mit auswaertigen Cronen in Bündniß begriffen zu ſeyn, Und der Allerhoechſte abermals dieſelbe bey ſo gefaehrlichen zweiffelhafften Umbſtaenden dergeſtalt vaeterlich regieret, daß ſie ſich nicht allein in allen darauff bißhero erfolgten unterſchiedlichen Faellen ganz-glücklichen moderiret und heraus gearbeitet, ſondern auch durch den vormahligen Prageriſchen, den Grund zu dem ietzigen allgemeinen edlen Frieden geleget, und dadurch uns allerſeits noch weiter für der Paepſtiſchen Liſt und Gewalt Landesvaeterlich bewahret hatt, dafür iſt demſelben vielgütigen getreuen Gott zuforderſt, und nechſt dem allein E. Churf. D. ewig zu dancken. Gleichwie hinwiederum goettlicher Allmacht und providentz zu voran, und E. Churf. D. reifer erfahrner fürſichtigkeit zuzuſchreiben iſt, daß dieſer importirliche ElbPaß und Veſte Wittenbergk, von den ſelbiger Zeit feindlichen Schwediſchen Voelckern, denen ſolches zu mercklichen Vortheil gedeyen koennen, niemals attaquiret, Und ſie bald durch verſtendige tractaten und Stillſtende, bald durch andere ſchickungen Gottes verwirret und gleichſam wieder Willen abgehalten worden, in ſo vielen Iahren dahero einigen muth der Belagerung nicht zu nehmen, ungeachtet Dero halbe und gantze Armeen auch bis für den Thoren allhier ſich albereit befunden, welches wir fürnehmlich dahin deuten, daß Gott

der

Bellum, quod alibi tricennale fuit, in Saxonia ad duos et triginta annos propius acceſſiſſe. Itaque ſanctiſſimi Princeps exempli, ſolemne, quod Executioni Noribergenſi dedit, in finibus ſuis XI Calendas Sextiles, hoc eſt, 22 Iulii, peragi, iuſſit. Repetit autem cauſſas Mandati ſui grauiſſimi a difficultate paciſcendi, ſiue mora tractuſque temporis, ſiue locorum diuerſitas, eorumque permutatio,

---

der Herr denjenigen Ort, welchen er ſeinen uns verborgenen und allein weiſſen willen nach würdig gemacht, daraus das helle Licht des heiligen Evangelii aller Weldt auffzuſtecken und zu zeigen, unter dem Chur-Hauße Sachſen, als ein immerwehrendes Gedaechtniß und errinnerung, für oeffentlichen und heimlichen Feinden erhalten und bewahren wollen, So gar, daß, wo andere Univerſitaeten rings umher ſchier zu grunde und boden damals darieber gegangen, dieſe Wittenbergiſche reine Lutheriſche Academie dennoch iederzeit unverletzt geſtanden, wie ſehr auch der leidige Satan vielmals mit Hunger, Peſt, Feuer, und Verwüſtung inner und auſſer der Stadt darwieder gewühtet und getobet, mit nicht geringer anmerckung, daß Gott der Allgewaltige dennoch ſein allmaechtiges Auge offen halte über dieſer ſeiner und deß Churf. Hauſſes Sachſen in die gantze Weldt ſcheinenden Officin, und des teuren Mannes Lutheri allhier feuriges Gebeth für Wittenbergk und den edlen Rautenkranz zu Sachſen nicht verloſchen, ſondern für Gottes throne wehre, und guaedige erhoerung ſchaffe. Und haben E. Churf. D. hierbey nichts minder mit Dero unſterblichen lob und ruhm, aus Chriſteifrigſter beſtaendigſter Liebe zu der ewigen himmliſchen Wahrheit und Deroſelben allhieſige Werckſtadt, dergeſtalt in Gottes Fußſtapffen, als ein getreuer Landesvater und Herr, getreten, daß, da nun alle einkunfften und Mittel zu leben bey dieſer Univerſitaet dahin, das Land verheeret, ausgebrannt, und mit Feinden beleget, ja ein iedweder unter uns Profeſſoren, ſein eigenes Patrimonium, und was er etwan erebliget und ererbet, oder ſonſten ehrlich erworben, nun ſo viel Iahre hero in beſtendigſter untertheniger Pflichtſchuldigſter treue und unverruckten gehorſam, darbey zugeſetzet und verzehret, immittelſt aber dieſe Stadt mit continuirlicher ſchwerer Einquartierung und Contribution beleget geweſen, dennoch E. Churf. D. uns und unſere Wittben, bey der alten Churfürſtlichen Immunitaet und Befreuung von ſolchen Oneribus, ungeachtet vieles boeſen eindrehens, ſambt dem uhralten privilegio des freyen bierſteuer-Wercks, gnaedigſt geſchützet und gehandhabet, welches in wahrheit und für Gott und E. Churf. D. zubekennen, das einzige Mittel geweſen, dadurch dieſe Univerſitaet für

andern

tio, ſpectetur, calamitas praeſertim Saxonum, in toto fere Imperio peſſime habitorum. Demonſtrat quoque momentum rei, per Executionem illam geſtae. Eam enim dicit uerbis ſuis, ENDLICHEN SCHLVSS, id eſt, Decretoriam quandam ſententiam, quae Paci Veſtphalicae addat id, quod adhuc defuerit, eique, partibus cunctis expletae, finem imponat. Hinc in Numis huius anni quinquageſimi Noricis

---

andern annoch im Flor erhalten worden, außer welchem unlaengbar Wittenbergk ſchon vorlaengſt nicht mehr Wittenbergk würde geweſen ſeyn.

Wie nun, Gnaedigſter Churfürſt und Landesvater, dieſe und unzehliche andere mehr bey den ſo lang gewehrten Kriege uns gnaedigſt erzeigete Churf. hohe Wolthaten umb E. Churf. Durchl. wir insgeſambt und ſonders nebenſt den armen unſerigen, mit unterthenigſten danckbaren Hertzen gehorſamſt erkennen, rühmen und preiſen, und Zeitlebens, ja bis ans ende der Welt, mit allen unſern Nachkommen erkennen, rühmen und preiſen, auch hiernechſt in einen abſonderlichen Academiſchen Actu, unſere gehorſambſte ſchuldigkeit diſſfalls gebührend und weitlaeufftiger zu unausloeſchlicher Wiſſenſchafft der Nachweldt, darthun werden. Als haben wir groſſe Urſach E. Churf. D. mit gantz unterthenigſter Reverentz zu gratuliren, daß Goettliche Almacht dieſelbe nicht alleine in und unter denen trübſeeligen Kriegszeiten gnaediglich bey Leben und Geſundheit erhalten, und Sie beydes mit Iahren, und allen Churfürſtlichen Wolſtande darbey, gleich ob es immerdar friede geweſen, reichlich geſegnet, ſondern in Barmhertzigkeit auch verlieben hat, daß E. Churf. D. dieſen 32 Iaehrigen ſehr ſchweren und blutigen Krieg, darbey ſie Dero eigenen Churfürſtlichen Leib und Leben vielmahls gewaget, zum gewünſchten ende bringen, und Dero gehorſambſte Land und Leute in vorigen friede und ruhe dergeſtalt wieder ſetzen moegen, daß nuhmehro ein iedweder unter E. Churf. D. ſeeligſten regierung, bey Dero grauen haubte und hohen alter, noch wie vor ein frey gewiſſen, einen reinen unverfaelſchten Gottesdienſt, und ein friedſames Leben haben und genieſſen koennen, ruffen und flehen ſchlüßlich denſelben grundgütigen Gott inniglich und von ganzen Hertzen an, daß er E. Churf. D. mit allen zeitlichen und ewigen Gütern überſchütten, Deroſelben ihre treue Landesvaeterliche ausgeſtandene Mühe und ſorgfallt aus ſeinen hohen himmel überflüßig belohnen, Sie nach viel lange Iahre nebſt der hertzgeliebteſten Churfürſtlichen Gemahlin, Unſerer gnaedigſten Landes-Mutter und Frau, in geſundheit, fried und freude überleben laſſen, Und Deroſelbten Chur- und Fürſtl. Prinzen, ſambt Dero Iungen Herrn und Fraeulein und allen hertz-

ricis dicitur GEDAECHTNVS DES FRIEDEN VOLLZIEHVNG SCHLVSS IN NVRNBERG 1650. 16 Iunii. h. e. Memoria Executionis Legum Pacis, Norimbergae demum decretae. Opponit autem malis, quibuſcum conflictata ſit Saxonia, praepotens diuinumque auxilium, quo ipſe, una cum ciuibus ſuis, defenſus ſit, quo totum Pacificationis negotium ſit finitum, ac tota ſibi terrarum ſuarum poſſeſſio reſtituta. Poſtremo egregiam uoluntatem ſuam in Academiam hanc ſuam demonſtrat, quod huius quoque conſeruationem in beneficiis coeleſtibus numerat, amore Dei tam paterno protectae, ut, hoc in toto funeſtoque bello, ab omni hoſtili impetu ac perturbatione, tuta liberaque maneret. Vt rationem denique ineat Sacri Saecularis inſtruendi, Deo, docet, gratias agendas eſſe maximas ac religioſiſſimas, tot munerum, ab eo profectorum, laetitia exultandum, eidemque ſupplicandum, ut aduerſos infeſtoſque caſus prohibeat, uulnera, reipublicae inflicta, ſanet, opus Pacis nobiliſſimum firmet, Saxoniam, facultatibus exhauſtam, recreet, Euangelicam, et unice ſalutarem, doctrinam ab omni labe integram puramque in perpetuum conſeruet, ſtudiis denique literarum, atque his, qui eis dediti ſunt, ita faueat, ut eis nullae deſint res ſecundae. Ipſe uero, ne quid reliqui faciat, quod a fideli patriae Patre expectes, docentes pariter, ac diſcentes, acribus clementiae ſuae ſtimulis excitans, nihil ſe, oſtendit, praetermiſſurum, quod e re Academica fore uideatur

Habes in manu, tam pia atque auguſta, quam poſteros omnes, par aequumque eſt, oſculari, Schedam quaſi Regiam, ſi cum Agapeto, illo Byzantino, loqui uelis. Vt enim ille Iuſtiniano uniuerſum boni Imperatoris officium tradit, ſic noſter hic Saxo, communis antiquuſque Pater, ſigillatim docet, quid Principi, grato erga Deum, et patriae amanti, hoc potiſſimum tempore con-

 ueniat,

---

hertzgeliebteſten Anverwândten bey hohen Wohlſeyn erhalten wolle, damit unter Deroſelben ſchuz und ſchirm dieſe Churfürſtliche Lutheriſche Univerſitaet bis an den Iüngſtentag, wieder alles wüten und toben des Pabſts und Satans, wachſen, blühen, und unverwelckt beſteben moege. Deſſen allgewaltiger Obacht E. Churfürſtlichen Durchl. mit nochmaliger unterthenigſter Darbietung unſerer unausgeſezter gehorſambſter Pflicht und Dienſte, wir treulich hiermit ergeben. Datum Wittenbergk den 25 Iulii, Anno 1650.

ueniat, quo publicis e malis emerſerit, et fortunatum expetat Reipublicae ſuae ſtatum. Tria enim tempora, quod ceſſerat iam, quod inſtabat, quod futurum erat, religioſe conſiderans, in primo Prouidentiam diuinam, quae praeſit omni fortunae, ueneratur, in altero Bonitatem diuinam, cuius munera, nunc ante oculos ſita, praedicat, in tertio Numen immenſum, quo regantur bonorum malorumque fines. Bonis conſeruandis atque augendis Religionem praeficit, ad eamque literas, ſubſidia, atque ornamenta Reipublicae, addit

Quam pia haec ſunt, quam praeclara, quam homine in Deum grato, digna, quae Princeps ſapientiſſimus, uereque magnus, literis ſuis mandat. Quid aliud autem ab illo poſſis expectare, qui non ſolum rerum praeſentium, ſed etiam praeteritarum, tam ſanctus eſt attentuſque contemplator, ut, quicquid in eis ſummum Dei amorem in homines euidentibus indiciis patefacit, illud religioſe obſeruet, neque aliter a ſuis obſeruari uelit, in terris ditionis ſuae. Hoc ille conſilio plura inſtituit Iubilaea, Reformationis, Auguſtanae Confeſſionis, Tranſactionis Paſſauienſis. Pari modo Princeps optimus exitum Conuentus Noribergenſis, felicem ad Pacem Veſtphalicam, in frequenti Legatorum Ordinumque Imperii conſeſſu, corroborandam, religione feſta proſequitur. Hac mente Numiſmata quoque cudit in forma grandi, in quibus cum totus ipſe ſtet armatus, aperto tamen, reuerentiae cauſſa, capite, cur enim hoc in Principe ſanctiſſimo mirere, galeam in menſa deponit. Ita, ſuo ſe exemplo, ubique egregio, Dei quam maxime reuerentem praebet. Hic tamen quod facit, ante non fecerat, quaſi id, quod Oſnabrugae conuenerat, nondum putaret tutum ſatis. Nunc autem, cum pacta, in Veſtphalis conuenta, Noribergae ad effectum perueniunt, maiorem in ſpem uenit, bellique metum, cum galea, deponit

Ponamus iam nobis ante oculos hunc Principem, tam Singularem, ut ab eo pietatis, optima redintegrandae, documentum capiamus. Rei gerendae tempus nanciſcimur commodum, ſi quidem nos, eum imitati, hoc deligamus, quo Norica Executio Pacis Veſtphalicae ſuſcepta eſt, et, reconciliatis Procerum animis, res Germaniae plenius tranquillantur. Principio, duce Principe noſtro, conſideremus praeterita, ut, quo grauiores difficultates Pacem

cem Veſtphalicam, eiuſque Executionem, circumſtant, eo maiorem Dei amorem cognoſcamus, qui tanta ſuperioris ſaeculi mole Germaniam, prope oppreſſam, leuauit. Hoc munus eſt Prouidentiae Diuinae, quae ſola rebus afflictis deſperatiſque ſuccurrit. Ex praeteritis iudicemus de praeſentibus, ut Bonitatis Diuinae magnitudinem perſpiciamus, quae Patriam noſtram communem ex crudelis fataliſque belli ore ac faucibus eripuit, clementerque conſeruauit. Pax quidem Germaniae ſcripta erat, ſigillis obſignata, aliis pignoribus roborata, in uulgus etiam edita, ſed, pluribus de cauſſis, res nondum deduci poterat in eum locum, ut nulla diſcordiae ſemina reſtarent, omni diſſenſionum ſtirpe eliſa. Quid ergo malorum futurorum extimeſci non poterat, uel animi mobilitate, uel concitata forte libidine ciuili, uel externa fraude. Opus ergo erat praeſidio diuino, ubique praeſenti, ubique opitulante, idemque exorandum diuinitus erat. Quod quidem cum ita maioribus patribuſque noſtris, ita nobis, contigerit, uti nos, ex multis temporum fluctibus ſeruati, ad incolumitatem peruenerimus, et reuereamur idcirco hoc auxilium coeleſte, et, eodem deinceps uti tegamur, Deum comprecemur. Sic poſteri temporis ſpem opis diuinae ac praepotentis ſolatio communiemus, ſic aduerſarum ſubitarumque rerum timorem minuemus, firmoque ueſtigio ſtabimus, in omni fortuna

A tempore Saecularis huius cultus tranſimus ad conſiderationem cauſſarum, quae cultum illum ſuaſerunt. Has Princeps noſter ſumit a ratione temporum ſuorum. Oſtendit, ut dixeramus, difficultatem et faciendae Pacis, et exequendae, et Saxoniae aerumnas. Sed auxilium diuinum ſtatim adiungit, ut, nihil, doceat, eis deſperandum, qui Deo confidant. Illis autem in cauſſis quicquid aegritudinis doloriſque tum fuit, hoc Deus ſi abſterſit, quidni nobis quoque ideo ſit adhuc laetandum. Quod ſi inſequentium temporum, quae propius nos attingunt, memoriam recordamur, quantum Germania periculorum, modo in bellis Turcicis, Vindobona etiam ipſa a Barbaris obſeſſa, ſed mox liberata, modo in Gallicis, amiſſa quoque ipſa Alſatia, tot regionibus ad Rhenum, Moenum, Nicrum, Moſellam, Danubium, et alibi, deuaſtatis direptiſque. Plura ſunt, et atrociora, malorum genera, quam poſſint enarrari hoc loco, quae Germaniam multis in partibus afflictarunt, multiſque modis, nec parcitum Saxoniae. At nullum fuit ex his tam ingens formidoloſumque malum, quod ſuperatum non ſit, ac citi-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/419 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

us saepenumero, quam sperari potuisset. Quantum iam bonorum, publicorum ac domesticorum, Germaniam recreauit atque exhilarauit, salua libertate, salua cuique rerum suarum possessione, saluo omni iure diuino humanoque, sub Principibus quoque tam bonis, ciuiumque amantibus, ut in eis patriae Patres agnoscas. Verum talem atque germanum patriae Patrem in Io. GEORGIO primo cum omnis Respublica, tum uero literarum studia, coluerunt. Quantum enim hoc est, cum ille, ut supra demonstrauimus, in beneficia, quibus affectus sit, diuina retulit, Academiam Vitembergensem ab omni belli istius fatalis clade immunem fuisse, eaque de re magnas Deo immortali gratias egit. Ea quidem tam Paterna animi inductione non possumus nos immortaliter non gaudere. Atque haec quidem cuncta, quae, repetita superiorum temporum memoria, commemorauimus, cum magna sint, ac nemini non optanda, felicitatis ciuilis instrumenta, a quonam illa, quaeso, acceperis alio, quam a propitio Deo, omnis prosperitatis ciuilis uberrimo fonte. Hunc igitur persancte colueris, nisi uelis ingratus uideri, ac penitus tantis in patriam meritis indignus. Hoc autem ut recte fiat, neminem certe auctorem adhibueris sapientiorem, quam Principem nostrum

Hoc igitur Duce, effundamur in gratias, Deo immortali, a quo tam benigne sumus adiuti, agendas atque habendas, idque non minus inter nostros, quam interiores Templi, parietes, et ubique, tota mente in ueneratione bonitatis tam admirabilis, defixi. Triumphemus gaudio, tanti Custodis, Propugnatoris, Conseruatorisque, coelesti praesidio, inter tot aliarum gentium lugubres casus, tot rerum discrimina, quae nobis interdum, nescio quam, pestem, ferro ignique, minitari uidebantur, cunctis ex periculis extracti, ab eoque precibus Dauidicis petamus, uti nos, Diuini Spiritus sui gratia repletos, excitet ac gubernet, ne quando beneficiorum, ab eo acceptorum, obliuiscamur. Obtestemur eum, ut in reliquum, quod triste ac nociturum est, arceat a nobis atque propulset, ut incommoda, quae conuersio temporum atque asperitas afferre solet, recentibus commodis sanet, uti monimentum Pacis Vestphalicae omni aetati sartum tectum praestet, uti, rebus uiribusque Saxoniae confirmatis, una cum Religione, Literas, sine corruptela detrimentoque, integras conseruet. Atque haec quidem, cum aliis precabimur, tum crastino in primis, quo sacrarum Concionum

num pietas eo potiſſimum ſpectabit, ut auditores excitentur ad conſideranda, ac praedicanda, Dei beneficia, quae ſuperiore ſaeculo accepta ſunt, cum aliis plurimiſque modis, tum Saxonia, per Noricam Pacis Veſtphalicae Executionem, otium priſtinum ac felix recuperante. Videtis, CIVES, antiquum ſingularemque Dei amorem in Patriam noſtram. Noſtis religionem, qua maiores noſtri hoc tempus olim coluerunt. Perſpicitis, quid noſtri ſit officii, ubi tanta uirtutis auitae exempla nobis relicta ſunt. Agite igitur, componite nobiſcum uos ad Numen Coeleſte, cras ſancteque gratis animis in Templis celebrandum, audientes reuerenter conciones, laudum diuinarum plenas, hilaritet canentes hymnos pios inter choros Muſicos, agentes Deo gratias, eumque nobiſcum orantes, ut, quam maioribus noſtris opem tulit, eam nobis, minoribus, poſteriſque, ferat. P. P. ipſis Calendis Sextilibus, A. Salutis aſſertae cIↃIↃCCL

In aede itaque Academica comparuerunt hoc feſto die ſolemni, Rector Magnificus, P. C. Senatus Oppidanus, atque Hoſpites, maiorum more inuitati, una cum Ciuibus Academicis, atque, hymnis (*) quibuſdam piis Veterum religioſe decantatis, melos, ab illuſtri TRILLERO noſtrate (**) compoſitum, inter concentus Muſicos, ſunt modulati. Poſt haec in concionem aſcendit D. CHRISTIANVS SIGISMVNDVS GEORGIVS, Ordin. ſui Decanus, atque de *Sione Euangelica preſſa, ſed non oppreſſa, in Luc. XIX, 41-48*, uerba fecit, ac Wittebergam, (quae quidem eo belli tempore, triginta duos annos durantis, oppugnata, ſed non expugnata, fuit,) ad hoſtias laudis et gratiarum DEO Seruatori ac pacis Principi offerendas excitauit. Finita Oratione melos alterum, a TRILLERO iam laudato, compoſitum, et ad muſicorum modos adaptatum inter choros muſicos decantarunt. (***) Poſtremo hymnus AMBROSII cympanis ac tubis interſtrepentibus, ea, qua decet, animi religione canebatur, atque, accepto benedicto ſacris imponebatur finis.

RECTORE
IOACHIMO SAMVELE WEICKHMANNO, S.S.
Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. Senat. Eccl. Aſſeſſ.
et ad aedem OO. SS. Praepoſito,
CIↃ IↃ CC L, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt LXXVII

(*) *Allein Gott in der Hoeh ſey Ehr, Erhalt uns Herr bey deinem Wort*, et *Eine feſte Burg iſt unſer Gott.* (**) Extat illud *Tom. VI Trilleriano der Poetiſchen Betrachtungen*, p. 35, ſeqq. (***) Vid. iſtud Tom. VI cit. p. 38, ſqq.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/421 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

inter quos,

1) Carl Geisler von Dieskau, *Eq.*
2) Adolph Geisler von Dieskau, *Eq.*
3) Christianus Frider. de Röbel, *Eq. Saxo.*
4) Carl Gottlob von Heldreich, *Eq. Luſ.*
5) Carl Gottlob a Muſchwitz, *Eq. Luſ.*
6) Wilhelm Leopold a Muſchwitz, *Eq. Luſ.*

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE MEDICA pro Licentia diſputauit,
ſub praeſid. D. GEORG. AVG. LANGGVTH, *P. P.*
IO. PHILIP. GLASER, *Sorauia Luſ.*
de Nutritione foetus per ſolum umbilicum.

II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. DAN. RITTER, *Conſil. Aul. et Hiſt. P. P.*
XX Philoſophiae Magiſtros renunciauit.

RECTORE
GEBHARDO CHRISTIANO BASTINELLERO, ICto,
Potent. Pol. Regi et Elect. Saxoni a Conſil. Aul. Cod. P. P.
Cur. Prouinc. Senat. Eccl. et Scab. Aſſeſſ.
Ordin. Iurid. Seniore,

CIↃ IↃ CC LI, Kal. Maias, inſcripti ſunt XCII
inter quos,

1) Carolus Gottlob von Gersdorf, *Eq. Luſ.*
2) Wolf Ernſt Rudolph von Warnsdorf, *Eq. Luſ.*
3) Rudolph Leopold von Loeben, *Eq. Luſ.*
4) Frid. Wilh. Brand von Lindau, *Eq. Saxo.*
5) Petrus de Koulabka, } *Ruſſi.*
6) Iohannes de Koulabka, }
7) Gregorius de Koulabka, }
8) Paulus de Oſtrogradsky, } *Ruſſi.*
9) Daniel de Sawycz, }
10) Daniel a Koulabka, }
11) CHRISTIANVS CRVSIVS, *Balpaco Variſcus, Prof. Eloq.*
12) ALEXIVS BARO de REVAY, *Hungar.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN

I IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesid. D. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *Consil. Aul.*
CHRISTIAN. LVDOV. HENRICVS ADAMI, *Lucca Lus.*
de laude nuda inprimis iudiciali et legitima, ad L. I, §. III, D. de pericul. et comm. rei uendit.

II IN FACVLTATE MEDICA
1) sub praesid. D. ABRAHAMI VATERI, *P. Prim.*
IO. GABRIEL MENTZIVS, *Longosalissa-Thur.*
de Phosphori, loco medicinae assumti, medicina aliquot casibus singularibus confirmata,
2) sub EIVSD. praesid. CHRISTIANVS PAECKEN, *Rosnau. Hung.*
de Causis et Effectis plethorae,
3) sub praesid. D. DAN. WILHEL. TRILLERI *Cons. Aul.*
IO. IACOBVS KLVNGE, *Audenhayn.*
de specificorum sic dictorum Remedior. dubia fide et ambiguo effectu,
4) sub praesid. D. GEORGI AVG. LANGGVTH, *P. P.*
M. GEORG. CHRISTIAN. KLINGNER, *Lips.*
de Purgatione alui frequentiore, ueneno magis, quam panacea.

III *Tres* in Fac. Med. Doct. Gradum sunt consecuti,

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. GEORG. FRIDER. BAERMANNVS, *Math. Inf. P. P.*
XIII Philosophiae Magistros creauit.

RECTORE
DANIELE WILHELMO TRILLERO, Phil. et Med. Doct. Consil. Aul. Chirur. et Pathol. P. P. Fac. Med. Assess. atque Ill. Acad. Bonon. Sodali,

CIↃ IↃ CC LI, d. 18 Octobr. inscripti sunt LXXX
inter quos,
Io. Christianus Paulus de Ponickau et Pilgram, *Eq. Lus.*

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE IVRIDICA pro Licentia disputarunt,
1) sub praesid. D. ANDR. FLORENTIS RIVINI, *Cons. Aul.*
DIETER. HENRIC. SCHELLENBERG, *Aduoc. Dresd.*
de mandato procuratoris secreto,

2) sub

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/423
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

2) ſub praeſid. D. CHRISTIANI HANACCII, *P. P.*
IO. FRIDER. LÜDER, *Witteb. Conſiſt. Eccl. Proto-Not.*

II Gradum Doctoris obtinuerunt in Fac. Theol. *unus*, in Iurid. *duo*, et in Medica *unus*.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. GEORG. WALTHER, *Conſil. Sax. et P. P.*
XXXI Phil. Candidatos Gradu Magiſt. ſolenniter ornauit.

RECTORE
GEORGIO FRIDERICO BAERMANNO,
Mathem. Infer. P. P.

CIↃ IↃ CC LII, Kal. Maias, inſcripti ſunt LXIV
inter quos,

1) ANTONIVS DIETER. L. B. de TAVBE.
2) Io. Georg Burchard. de Wichmannshauſen.
3) GEORG. RVDOLPHVS BÖHMER, *Lignit. Sil. Phil. et Med. D. deſignat. in hac Acad. Anat. et Botan. P. P. Ordin.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
ſub praeſid. D. ANDR. FLORENT. RIVINI, *Conſil. Aul.*
FRANCISC. FRIDER. BELLMANN, *Gorlicio-Luſ.*
de benigna ICtorum interpretatione,

II IN FACVLTATE MEDICA
1) ſub praeſid. D. DANIEL. WILH. TRILLERI, *Conſ. Aul.*
FRIDER. HENRIC. KRÜGER, *Barbyenſ. Saxo*,
de Pleuritide aeſtiua rarius occurrente,
2) ſub praeſid. D. GEORG. AVG. LANGGVTH, *P. P.*
HENRICVS GOTTLOB MEYER, *Lucca-Luſ.*
de officio matris prolem lactendi.

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. GOTTLOB WERNER, *Prof. Extraord. et Adi.*
XXIV Phil. et bonar. Artium Magiſtros creauit.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/424
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
CHRISTIANO SIGISMVNDO GEORGIO, S. S. Theol. D. et P. P. Regio Electoral. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ CCLII, d 18 Octobr. inſcripti ſunt LIII

inter quos,

1) Carl Albrecht von Nimptſch, 2) Heinrich von Bünau, *Eq. Thur.* *Eq. Sil.*

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE MEDICA pro Licentia diſputauit,
ſub praeſ. D. DAN. WILHEL. TRILLERI, *Conſ. Aul.*
CAROLVS CHRISTIANVS TITIVS, *Roswino-Miſn.*
de nociua cancri inueterati exſtirpatione nouis exemplis demonſtrata.

II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. CHRISTIANVS CRVSIVS, *Eloq. P. P.*
XX Phil. et bonar. Art. creauit Magiſtros.

RECTORE
ANDREA FLORENTE RIVINO, Potent. Pol. Reg. et Elect. Sax. Conſil. Aul. Digeſt. Vet. P. P. Cur. Prouinc. Conſiſt. Eccl. et Scabinat. itemque Ord. Iurid. Aſſeſſore,

CIↃ IↃ CCLIII, Kal. Maias, inſcripti ſunt XCII

inter quos,

1) DETLEV CARL Graf von EINSIEDEL 2) D. IO. GOTTFRIED HIRSCH, *Paſt. Ricobac. Var. et Ephor. Plau. Adi.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia diſputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
ſub praeſid. D. CHRISTIANI SIGISM. GEORGII, *P. P.*
M. IO. GODOFREDVS HIRSCHIVS, *Paſt. Ricobac. et Ephor. Plau. Adiunctus*,
de Paulo parturiente, V. D. Miniſtris imitando,

II IN FACVLTATE IVRIDICA
ſub praeſid. D. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *Conſil. Aul.*

FRIDER. GOTTLIEB WILISCH, *Adu. Haym.*
de Arrha a ſponſae haeredibus reſtituenda,

III IN FACVLTATE MEDICA
1) ſub praeſid. D. GEORG. AVG. LANGGVTH, *P. P.*
CAROLVS CHRISTIANVS ACOLVTHVS, *Pract. Zittau.*
de optima methodo ſanandi ulcera C. H. per remedia potiſſimum interna,
2) ſub praeſid. D. GEORG. RVDOLPHI BOEHMERI, *P.P.*
IO. CHRISTIANVS RÜFFER, *Freyberg.*
de Vegetabilium celluloſo contextu.

IV Doctorales honores adepti ſunt IN FAC. THEOL. *unus*, IN IVRID. *unus*, et IN MEDICA *unus*.

V IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. GEOR. GVIL. KIRCHMAIERVS, *Conſil. Reg. et P. P.*
XXIII Candidatos Magiſter. honoribus condecorauit.

RECTORE
GEORGIO AVGVSTO LANGGVTH, Medic. D.
et P. P. eiusdemque Fac. Sen.

CIↃ IↃ CC LIII, d. 18 Octobr. inſcripti ſunt XLI
inter quos,
1) Frider. Wilh. Aug. a Lattorf, *Eq. Anhalt.*
2) IACOB FRIDEMANN Graf von WERTHERN

Hoc Rectoratu,

I IN FACVLTATE IVRIDICA pro Licentia diſputarunt,
1) ſub praeſid. D. CHRISTIANI HANACCII, *P. P.*
IO. GODOFREDVS KRETSCHMANNVS, *Zittauia Luſ.*
de Pacto coniugum improlium ſucceſſorio ſecundum ſtatutum Zittauienſe, uulgo *Aufgabe*,
2) ſub praeſid. D. ANDR. FLORENTIS RIVINI, *Conſil. Aul.*
CHRISTIAN. ADOLPHUS STRVVE, *Primislau. Brandenb.*
de principali beneficio in concedendis Priuilegiis,

II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. ERNEST. CHRISTIAN. SCHROEDERVS, *P. P.*
L Candidatos Philoſ. Gradu Magiſter. condecorauit.

RECTORE

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/426
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE

IO. GEORGIO WALTHERO, Consil. Saxon. Moral. et Ciuil. P. P. Ord. atque Regio Elect. Alumnor. Ephoro,

CIↃ IↃ CC LIV, Kal. Maias, inscripti sunt CXXVI inter quos,

1) Frider. Guiliel. ab Erdmannsdorf, *Eq. Miss.*
2) Ludou. Leopold. de Caniz, *Eq. Lus.*
3) Christian von Sixtel, *Eq. Liuon.*
4) Io. Ernst Gottlieb von Burgsdorf, *Eq. Thur.*
5) Eugen. Henr. Ludolp. de Burgsdorf, *Eq. Thur.*
6) Carl Io. Anton von Cichin.
7) Dettmarus Io. von Sixtel, *Eq. Liuon.*
8) Moritz Wilhelm. von Posern, *Eq. Var.*
9) Christoph. Ernst von Posern, *Eq. Var.*
10) Io. Georg. Sigism. von Rebhun, *Eq. Anhalt.*

pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
sub praesid. D. CAROLI GOTTLOB HOFMANNI, *P. P. Sup. Gen.*
M. IO. GEORGIVS PFOTENHAVER, *Ecclesiastes Witteb.*
de libris nostris symbolicis doctrinam uerae pietatis recte et plene tradentibus,

II IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesid. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *Consil. Aul.*
ERDMANN BENIAMIN FEVEREISEN, *Grosglogau.*
de Periculo obligationis alienae sine Fidei iussione,

III IN FACVLTATE MEDICA
1) sine praeside, IO. LVDOVICVS WINTER, *Sula-Henneberg.*
de Metastasi morborum,
2) sub praesid. D. DAN. WILHEL. TRILLERI, *Consil. Aul.*
TRAVGOTT BALTHAS. CHRISTIAN. STENZEL, *Witteb.*
de Hippocratis studio Anatomico singulari,
3) sub praes. D. GEORG. AVGVSTI LANGGVTH, *P. P.*
GOTTLOB ANDREAS PASCHE, *Dresd.*
de Oculorum integritate improuidae puerorum aetati solicite custodienda,

4) sub praesid. D. GEORG. RVDOLPHI BOEHMERI, *P. P.*
IO. TRAVGOTT BOEHME, *Zwönizens.*
de Febri remedio.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. IO. BVCHERVS, *Fac. Phil. Adi. Superint. Iessen. desig.*
XXX Philosophiae Magistros creauit.

RECTORE
CHRISTIANO SIGISMVNDO GEORGIO, SS.
Theol. Doct. huiusque Prof. Publ. Regio Electoral.
Alumnor. Ephoro,
CIↃ IↃ CC LIV, d. 18 Octobr. inscripti sunt LXVI
inter quos,

1) Carl Fridrich von Erdmannsdorf, *Eq. Misn.*
2) Christoph Ludwig Sahrer de Sahr, *Eq. Saxo,*
3) Rudolp. Aug. Leberecht de Taubenheim, *Eq. Saxo,*
4) Beniamin von Vnruh, *Eq. Polon.*
5) Carol. Vladislaus von Vnruh, *Eq. Polon.*
6) Carl Otto Lud. von Höcker, *Schmideb. Sax.*
7) Carl Io. Lud. de Torck, *Eq. Curon.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesid. D. GEBHARD. CHRIST. BASTINELLERI, *IC. Sac. Reg. Mai. a Consil. Aul. Consist. Eccl. Direct. Decretal. P. P. Cur. Prouinc. ac Scab. Assess. Prim. Fac. Iurid. Sen. et Ordin.*
CHRISTIANVS FRIDER. CHLADENIVS, *Megahayn. Misn.*
de uxoris iactura dotis, si maritum deserit malitiose,
2) sub praesid. D. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLII, *Consil. Aul.*
CAROLVS HENRICVS HEYDENREICH, *Dresd.*
de Rusticorum dotalium immunitate,

II IN FACVLTATE MEDICA
sub praesid. D. DAN. WILHEL. TRILLERI, *Cons. Aul.*
ERNESTVS SAMVEL WEHLE, *Bud. Lus.*
de Veritate paradoxi Hyppocratici, nullam medicinam interdum esse optimam.

III IN

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. D. IO. FRIDER. WEIDLERVS, *Math. sup. P. P.*
XXI Philosophiae Magistros creauit.

IV Hoc Rectoratu deliberationes et praeparationes ad Iobelaeum instans, ob pacem religionis, pie celebrandam, ceperunt initium, cuius gratia Rector, fasces deponens Academ. orationem quoque, in aede ad arcem Academ. habuit, *de prouidentia diuina in Religionis pacem.*

RECTORE
CHRISTIANO HANACCIO, Witteberg. I. V. D.
Digest. Infort. et Nou. P. P. Ord. Cur Prouinc. Scab. et Facult. Iurid. Assess. eiusdemque h. t. Decano,

CIↃ IↃ CC LV, Kal Maias, inscripti sunt LXXII inter quos,

1) August. Sigism. aus dem Winckel, *Eq. Saxo,*
2) Carl Ludwig aus dem Winckel, *Eq. Saxo,*
3) Andreas von Eicke, *Eq. Lus.*
4) CHRISTIAN FRIDER. Graf LOESER,
5) ADOLPH LVDWIG Graf LOESER,
6) Carl Fridrich von Klarstaedt, *Eq. Miśn.*
7) D. IONATHAN HELLER, *Superint. Chemnicens.*
8) Gottlob Heinrich von Bardeleben, *Eq. Saxo,*
9) Wilhelm Ludwig von Boye, *Eq. Mecklenb.*

Hoc Rectoratu,
pro Licentia disputarunt,

I IN FACVLTATE THEOLOGICA
1) sub praesid. D. IOACH. SAMVEL WEICKHMANNI, *P. P. et Praepos.*
M. IO. THEOPHILVS HORWEIN, *Witteb. Superint. Damens.*
de Vaticiniis in genere, speciatimque Lutheri memorabilibus,
2) sub praesid. D. CHRISTIANI SIGISM. GEORGII, *P. P. et h. t. Decani,*
M. MICHAEL HEINRIC. REINHARDVS, *Superint. Beltit.*
de Verbi diuini laudibus Psalmo Dauidis CXIX connexis,

3) sub praesid. D. CAROLI GOTTLOB HOFMANNI, *P. P. et S. G.*

M. IO. GOTTLOB WERNER, *Superint. Iütroboc.*
de Peccato in Spiritum S.

4) sub praesid. D. IOACH. SAM. WEICKHMANNI, *P. P. et Praepos.*

M. IONATHAN HELLER, *Superint. Chemnic.*
de usu methodi scientificae in Theol. reuelata contra auctorem cogitationum rationalium,

5) sub praesid. D. FRIDER. GVIL. IAHRII, *P. P.*

M. IO. CHRISTIAN. SCHVLZIVS, *Superint. Heldrung.*
de SS. iurisiurandi diuini in conseruando messis ordine fide.

II IN FACVLTATE IVRIDICA
sub praesid. D. ANDR. FLORENT. RIVINI, *Cons. Aul.*

MARTIN. GOTTLOB SCHLOMACHIVS, *Cur. Prouinc. et Consist. Eccl. Aduocat. qui etiam Doctor factus,*
de elogiis Criminum.

III Doctorales honores solenniter d. XXV Sept. ipso pacis religiosae die, consecuti sunt IN FACVLTATE THEOL. *quinque*, et d. II Mens. Octobr. IN FAC. MED. *quatuor*.

IV IN FACVLTATE PHILOSOPHICA, d. XVII Octobr. Decan. CAROL. GOTTLOB SPERBACHIVS, *P. P.* XV Philos. Magistros solenniter renunciauit.

V Incidit in hunc annum seculare Iobelaeum, ob pacem religiosam, uniuersae Germaniae, imo Europae Christianae omni, salutarem. Vt igitur, pro diuina hac gratia, DEO T. O. M. decentes persoluerentur grates, Eiusque celebrarentur laudes et gloria, REGIS iussu, qui utriusque Academiae Lipsiensis et Wittebergensis literas supplices, mense Martio demississime oblatas acceperat clementissime, humillime interrogantes, utrum id, maiorum more, prout ante centum annos factum, celebrari debeat, dies festus *S. Michaelis* huic festo, solennissime celebrando, dedicabatur, DEO prouidente. Qua de causa Academia Witteberg. praeside Rectore Magnifico, D. CHRISTIANO HANACCIO, omnem dedit operam, ut hic festus dies, et, qui insequebantur, reliqui, religiose et magnifice celebrarentur, (*) nec otiosa fuit

(*) Ea momenta, quae ad praeparationem huius festi respiciunt, itemque preces, Regio

fuit Facultas Theologica, quae ſuaſu Decani eius ſub finem menſis Iunii, ſolennem concludebat Promotionem, eamque ad procurandam omne huic commiſit negotium ac curam. Idcirco Decanus eruditos quosdam, graues, ac pios Viros ad ſolennem iſtam inuitauit promotionem, nec carebat haec opera fructu, quandoquidem quinque Praeſules annuebant Facultatis deſiderio, quorum primus acceſſit M. IO. THEOPHILVS HORWEIN, *Wittebergenſis*, Praeſul Dahmenſis, qui, poſtquam inter Candidatos receptus fuit, in auditorio maiori, die IV Sept. orationem habuit inauguralem *de falſis Romanae Eccleſiae uaticiniis*, ad quam audiendam Decanus Facultatis Theol. D. GEORGIVS, programmate de *Herrnhutianis, neque pro A. Confeſſionis, neque pro pacis Religioſae, ſociis habendis*, (quam materiam in reliquis quoque continuauit programmatibus, quibus ad orationes Licentiandorum audiendas inuitauit Academiam,) Rectorem Magnificum, Comites, P. C. Hoſpites, ac Ciues maiorum more, inuitauit. D. V Septembr. *Lectiones publicas*, in Io. XI, 49-52, in eodem auditorio, Decano praeſente, habuit, quas diebus reliquis, Profeſſoribus Theol. Fac. praeſentibus abſoluit feliciter. Die VII Septembr. *ſiue Domin. XV poſt Trinit.* concionatus eſt multo cum fructu, ac die XV Sept. ſub praeſidio D. WEICKHMANNI, ad aedem OO. SS. Praepoſ. diſputationem ſuam de *uaticiniis in genere, ſpeciatimque de uaticiniis Lutheri memorabilibus*, cum laude defendit. Alter, qui acceſſit, erat M. MICHAEL HEINRICVS REINHARDVS, *Hilpershuſanus*, Antiſtes Beltit. qui d. XI Septembr. de *efficacia uerbi diuini non temporaria, ſed perpetua*, ſumma eloquentia, Rhetorum more, dixit, atque Lectiones publicas in Pſ. XIX, ſequentibus diebus habuit, die XIV Septembr. autem, ſiue *Domin. XVI poſt Trinit.* in concionem aſcendit, et die XVI Septembr. Praeſide D. GEORGIO, h. t. Decano, Diſſertat. inauguralem, de *uerbi diuini laudibus, Pſalmo Dauidis CXIX connexis*, omni auditorio applaudente, a diſſentientium obiectionibus uindicauit. Hunc excipiebat M. IONATHAN HELLERVS, *Ebermergenſis*, Praeſul Chemnicenſis, qui d. XV Septembr. inauguralem orationem, de *officiis eorum, qui pia et grata mente memoriam diuinorum beneficiorum per pacem religioſam in nos collatorum recolere ſtudent*, atque paulo poſt literis impreſſam, habuit pro ſua et uocis gratia, et diſſerendi facundia, diebus inſequentibus autem Praelectiones publicas de *neceſſitate bonorum operum* ἐξ θεοδίδακτα λι-

---

Regio iuſſu, pro roſtris ſacris, publice recitandae, uid. *in den Wittenberg. Jubel-Geſchichten* a me editis, p. 1, ſeqq.

καλικῶς recitauit, et *Domin. XVII post Trinit.* concionatus est, et auditores tum sermonis suauitate, tum argumentorum pondere, in suas pertraxit partes, die XXII Septembr. Disputationem suam, praeside D. WEICKHMANNO iamiam laudato, de *usu methodi scientificae in Theol. reuelata contra auctorem cogitationum rationalium*, magno defendit applausu. Haec cum agerentur, aduenerunt etiam M. IO. GOTTLOB WERNERVS *Korgwizensis*, Antistes Iutrobocensis, et IO. CHRISTIANVS SCHVLTZIVS, *Borgisdorfensis*, Praesul Heldrungensis, quorum ille, d. XVII Septembr. quaestionem, oratione inaugurali, tractauit, *An plures dentur mundi?* atque, habitis Praelectionibus publicis in 2 Tim. III, 16, die XX Septembr. Praeside D. HOFMANNO, Prof. Prim. de *peccato in Spiritum S.* disputauit, hic uero de *Odio Iudaeorum aduersus Samaritanos* perorauit, quae oratio literis impressa iam est auctior edita, atque, publicis lectionibus explicato Oraculo diuino, Ies. LIII, 9, (quas, ut et reliquorum Virum Maxime Reuerendorum ex tabulis publicis, more maiorum, indixerat Decanus,) Praeside D. IAHRIO, P. P. Disputationem de *Socrosancta iurisiurandi diuini, in conseruando messis ordine, fide*, in Ier. V, 24, propugnauit. Feliciter itaque editis pro Licentia speciminibus publicis, in aedibus Decani, d. XXIV Septembr. Licentiandi eruditissimi examen, quod uocatur, rigorosum subiere, eoque, post horam octauam, uesperi, finito, *Formulae Concordiae* subscripserunt, ac, praestito iuramento religionis, a Decano creati et renunciati sunt Licentiati, seq. Ordine, quo nomina sua dederant,

I M. MICHAEL HEINRICVS REINHARDVS, Praesul Beltit.
II M. IONATHAN HELLERVS, Praes. Chemnicens.
III M. IO. THEOPHILVS HORWEIN, Antistes Dahm.
IV M. IO. CHRISTIANVS SCHVLTZE, Antistes Heldr.
V M. IO. GOTTLOB WERNERVS, Praesul Iuterboc. (*)

quoue, postero die, XXV Septembr. Doctores Theologiae solenniter sunt creati. Hic enim erat felix faustusque ille dies, quo ante ducentos annos religiosa pax erat facta. Hic igitur cum illucescceret, et Promotionis actus solennis tum campanae maximae sonitu, tum tympanis ac tubis, ante aedes Procancellarii, indicaretur, ingens in foro ac plataeis con-

(*) Plura qui desiderat de horum uita, is aut nostra Programmata, si libuerit, hanc in rem scripta, aut *die Wittenbergische Iubelgeschichte*, euoluat.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/432
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

I·N·R·I

יהוה

D. O. M. CONSERVATORI
OB PACEM RELIGIONIS USQUE ADHUC SERVATAM
VOTA SECULOH. SUSCEPTA PERSOLVIT
IN SECULUM III. NUNCUPAT.
ACADEMIA WITTEMBERGENSIS
PRIDIE CAL. OCTOBR. A.C.
CIↃIↃCCLV.

2

V·D·M·I·Æ·

3

4

5

6

7

8

J. D. Schleuen sculpsit Berolini.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/433
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

concurrebat multitudo tum ciuium, tum hoſpitum, quorum permulti huc aduenerant. Poſtquam autem Rector Magnificus, Theologica Facultas, ac Doctorandi in Procancellarii, D. WEICKHMANNI, domo congreſſi erant, atque ex hac, rhedis uecti, in templum ad arcem ſeſe receperant, itidem P. C. Hoſpites, ac ſtudioſa iuuentus huc conueniebant, a Procancellario publico inuitati programmate, in quo τὸ Θεῖον *Pacis Religioſae* expoſuerat. Quoniam uero tanta populi multitudo confluxerat, quanta uix, poſt hominum memoriam, hic uiſa erat, in id, tapetis atque duabus arcubus triumphalibus, Iobelaei cauſa, exornatum, uix, ac ne uix quidem, illi introire, et loca ſua occupare, poterant. Harum alteram, a GEORGIO FRIDER. BAERMANNO, Mathem. Infer. Prof. Ord. inuentam, extruxerat, ſuis ſumtibus, Academia, uerſus orientem, ante altare, iuxta

TAB. I, cuius explicatio haec eſt,

Num.

1) Solis imago, in qua יהוה conſpicitur, gloriam DEI ter O. M. repraeſentat.

2) Schedula. Inſcriptionem exhibet, quam laudatus iam confecerat BAERMANNVS.

3) MAVRITIVS, Elector Saxoniae, qui, CIↃ IↃ LII, transactionem Paſſauienſem effecerat, ſignificatur.

4) AVGVSTVS, Elector Saxo, qui pacem religioſam, CIↃ IↃ LV, d. XXV Septembr. conſtituit una confirmauitque. Quae duae imagines cum inſcriptionibus auctorem habuere Rectorem Magnificum.

5) Pacem et Religionem adumbrant foeminae.

6) Ara laudis gratiarumque actionis.

7) Ara precum.

8) Cathedra, in qua Rector Magnificus, Oratoresque reliqui, infra nominandi, perorarunt.

9) Inſignia ſunt Academiae et quatuor Facultatum, quorum medium inſigne erat Academiae, referens FRIDERICI III, ſapientis cognomine, imaginem et inſignia, ſcilicet ſupra, *Enſes* et *Rutam*, infra, *duos Leones* ac ſequentem inſcriptionem, *Me auſpice, cepit Witteberg. docere uniuerſit.* 1502. Huic proximum, et quidem a dextra, Facult. Theol. erat inſigne, *Apoſtolum Paulum* repreſentans, addita inſcriptione, *qui ſequitur me, non ambulat in tenebris*, 1502. A ſiniſtra uero Facultatis

tis Iurid. locum tenebat, *Libram* exhibens, ſupra quam Sol radians, cum inſcriptione, *Facultas Iuridica Witteberg.* 1676. (Olim eius inſigne erat *S. Iuonis* effigies, qui ipſi Patronus erat datus.) Remotius a dextra Medicorum erat inſigne, effigiem *S. Coſmi* et *S. Damiani*, utpote quos Ordinis ſui Patronos erant nacti, proponens, adiecta inſcriptione, *Omnis medela a DEO. Medic. Facult. Witteb.* Extremum deniquea ſiniſtra, Philoſophorum inſigne exhibebat, ſanctam ſcil. *Catharinam*, cum inſcriptione, *S. Catharina Phil. Studii Witteb. Patrona*, 1502. Horum unumquodque inſigne in ſuperiore parte exornatum erat *Roſa alba*, in qua *nigrae Crucis* conſpiciebatur forma, qualem roſam cum cruce omnes, in memoriam b. LVTHERI, geſtabant in pectore ſiniſtro Studioſi, de quo infra. *Alteram Arcum*, quae cum cathedra triplici, ſubſelliis, cet, uerſus occidentem, Promotoris ac Doctorandorum ſumtibus, extructa erat, tradit

TAB. II, cuius haec eſt expoſitio,

Num.

1 indicat glorioſam maieſtatem SS. Trinitatis, quae Eccleſiae ſuae prouidet, (Figura Patris ex Dan. VII, 9, 13, Ieſu, ex Act. VII, 55, Spiritus S. ex Matth. III, 16, deſumta eſt.) comparentibus ſimul Angelis, ſpiritibus illis miniſtrantibus, Pſ. CIII, 20, 21, Luc. II, 13, Hebr. I, 14. Ex quibus, uerſus ciuitatem DEI in his terris, progrediuntur Angeli duo, quorum

2) *alter* promiſſionem DEI in ſchedula exaratam, *Verbum DEI manet in aeternum*, annunciat, Ieſ. XL, 8, 1 Petr. I, 25,

3) *alter* uero pacem publicans, ad glorificandum DEVM, pacis auctorem, celebrandumque excitat homines, uerbis Luc. II, 14, *Gloria in excelſis DEO, et pax in terris.*

4) denotat ciuitatem DEI, ſiue Eccleſiam ChriſtianoEuangelicam, cum fontibus ſalutis, in altiori rupe ſitam, cum inſcriptione, ex Pſ. XLVI, 5, deſumta. Conf. ſimul uerſus antecedentes.

5) adumbrat aram, ex qua preces ſanctorum, thuris inſtar, in coelum aſcendunt, Apoc. IIX, 3, 4.

6) ſiſtit imaginem fidei, quae confeſſionem ſuam edit, ad aram procumbens, conf. Rom. X, 9, 10.

7) Religionem indicat Euangelicam, ſiue Eccleſiam Euangelicae religioni addi-

Der Herr erhalte seinen Gesalbten
Unsern theuersten Landes Vater
Das Vergnügen seines Volckes

יהוה

DEO TER OPTIMO MAXIMO
OB PACEM RELIG AVG VINDET
MDLV DATAM ET AO MDCLV
IOBILAEI SECVNDVM WITTEBERG
PIE CELEBRATUM
SACRVM ESSE CVPIVNT
PROMOTORET DOCTO
RANDI

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/437
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/438
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

addictam, quae ſupplex orat, ut Dominus ſibi ſuum Verbum conſeruare uelit.

8) repraeſentatur glorioſa maieſtas DEI imagine ſolis et nomine Iehoua, Ieſ. XLII, 8.

9) Deſcendit Angelus, dextra coronam tenens uitae aeternae, 2 Tim. IV, 7, 8, Apoc. II, 10, ſiniſtra admonitionem ex Apoc. III, 11.

10) Sionem Wittebergenſem ſignificat, in ſanctis montibus fundatam, adiecta inſcriptione ex Pſ. LXXXVII, 1, 2.

11) Eſt ara laudis et gratiarum actionis, ad quam procumbit

12) Witteberga, DEO gratias agens eamque celebrans, conf. Pſ. CIII, 1, ſeqq.

13) Witteberga ſperans in Domino, Pſ. XXV, 2, 3.

14) Pyramis cum inſcriptione et nomine REGIS noſtri indulgentiſſimi.

15) Cathedra eſt triplex, in qua Doctores creantur.

16) Sedes *Rectoris Magnifici.*

17) Sedilia, panno rubro tecta, *Procancellarii*, D. WEICKHMANNI ac reliquorum *Profeſſorum* Facult. Theol. Iurid. et Med.

18) Sedes *Decani* Fac. Phil.

19) Sedilia *Profeſſorum* Fac. Phil. *Doctorum*, *Licentiator. miniſterii Witteberg.* et *Adiunctorum.*

Ad hanc igitur aedem ſplendide exornatam, et Euangelicae doctrinae domicilium, tota concio, ex perilluſtris *Procancellarii* domo, ſonantibus templi Academici campanis, contendit rhedis uecta. Prima rheda, antecedentibus duobus miniſtris publicis, et ſceptra gerentibus argentea, *Rector Magnificus*, purpura indutus, ac *Procancellarius* uehebantur, reliquis reliqui *Profeſſores* Theologi atque Licentiati doctorandi. *Rector Magnif.* D. HANACCIVS, *Procancellarius*, D. WEICKHMANNVS, P. C. ac Hoſpites occupabant ſedes, tapetis pann oque rubro tectas ornatasque, *Promotor* D. GEORGIVS uero cathedram ſummam, Doctorandi ſecundam conſcendebant. Quo facto director Muſices melos, a ſe compoſitum, inter choros muſicos, decantari curauit. uid. *Wittenb. Iubel-Geſchichte*, p. 30, ſeq. Hoc finito *Promo-*

tor orationem habuit de *Pace Religionis, DEI, non hominum, opere*, in cuius concluſione a *Procancellario* petebat, ut ſibi poteſtatem daret quinque Licentiatis ſummos in Theologia honores impertiendi. Haec cum faceret uerba Promotor, *Doctorandi* a miniſtro publico ad *Procancellarium* deducebantur cathedra, qui, *Promotori* reſpondens, de *abrogatione Iurisdictionis Eccleſiaſticae, inique uſurpatae, beneficio Religioſae Pacis facta*, dixit, ac, data poteſtate, gratulatus eſt inſimul *Doctorandis* de ſummis honoribus, qui poſt haec a miniſtro publico reducebantur ad *Promotorem*, et, in ſumma cathedra conſtituti, iuramentum, Doctoribus praeſtandum, praeſtabant, *Promotor* uero eos, in nomine SS. Trinitatis, Doctores creabat, creatos renunciabat, renunciatosque iuribus ac priuilegiis Doctorum mactabat, ipſisque, pileis impoſitis Doctoralibus, gratulabatur, ac DEO, cuius auſpiciis ſolemnitas haec feliciter erat peracta, gratias agens eius prouidentiae Euangelii doctrinam atque Eccleſiam precan committebat. Simulac igitur Promotor finem fecerat, hymnus canebatur, *Allein Gott in der Hoeh ſey Ehr*, deinde D. REINHARDVS et D. HELLERVS duas habuerunt orationes elegantes. Quibus finitis, inter concentus Muſicos, ad altare ibant Profeſſores Theologi ac Doctores recens creati, ibique in genua procumbentes hymnum *Ambroſianum*, reſonantibus tympanis ac tubis, concinebant. Quo facto, precibus DEO perſolutis, huic ſolennitati finis impoſitus eſt. Rector uero, Ordo Theologorum, et Doctores ſeſe uehiculis, in Auguſteum, *) ad prandium, quod uocatur, Doctorale recipiebant. Ad quod Promotor non tantum Comites, ſtudiorum cauſa hic Wittebergae commorantes, reliquorumque Ordinum Profeſſores, Aſſeſſores, et Doctores, ſed etiam praeſidiariis militibus ac Regiae praefecturae qui praerant praeſentes, itemque Senatum ac Miniſterium oppidanum, adeoque ultra centum conuiuas, ſuis ſumptibus inuitauerat. Et quamuis nonnulli nollent accedere, hilariter tamen atque tranquille hic loci peragebatur conuiuium, cum unicuique pro lubitu ſibi locum et ſocios eligere licitum eſſet, vt et in conuictu Regio Electorali, cuius Alumnis, praeter cibos ordinarios, caro aſſata ferina, piſces, cet. appoſita erant. Tandem, inter prandendum, uota pro *REGE* et *REGINA*, pro PRINCIPE Regio, Electoratus Haerede, eiusque CONIVGE, pro REGIA FAMILIA tota, et denique pro EVGENIO, Principe Anhaltino, Caſtri Wittebergenſis Gubernatore, inter tympana et tubas nuncupabantur.

Menſas

*) Quod olim fuit coenobium Ordinis Auguſtini, ab Electore autem b. *Luthero* dona-



J. M. Heroldt del. Witteb.

J. D. Schleuen. sculps. Berol.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/441
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/442
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Mensas ornauerat lemmatibus Consiliarius Aul. TRILLERVS nostras, tria templa fontiumque inscriptiones inuenit Promotor, reliqua conditor, *Io. Gottlieb Reisigius* Senator et mercator Wittenbergensis. Exhibet haec sequens

TABVLAE III expositio,

Num.

1) significat sapientiae honorisque templum, septem columnis extructum, iuxta cap. IX, 1, *Prouerb.* Deinde *a*) in templi huius introitu stat Apostolus Paulus, Facultati Theol. cum haec Academia fundaretur, Patronus datus. Quo ipso indicatur, neminem in hoc templum introire posse Doctorem publicum, nisi, qui doctrinam Euangelii Paulinam profiteatur, conf. 1 Tim. VI, 3, seqq. col. 2 Io. u. 10, seq.

donatum, a cuius id haeredibus Academia, anno cIↃ IↃ LXIV, ipso Michaelis festo, tribus millibus et septingentis florenis coemit, postquam glorioſissimus indulgentissimusque Elector AVGVSTVS tria florenorum millia Academiae eo fine donauerat, haec uero ad gratam mentem significandam memoriamque benignissimi PRINCIPIS *conseruandam, Collegium diui Augusti*, siue *Augusteum*, uocauit. Sunt in hoc *Collegio D. Augusti*, satis amplo, notatu digna, 1. A sinistra introitus asseruatur Bibliotheca Academica, plures, XVI millibus, libros continens, sub directione D. IO. DANIELIS RITTERI, Consil Aul. et Hist. P. P. a dextra autem est Regium Museum Anatomicum, quo *REX* noster indulgentissimus Academiam clementissime donauit, uid. b. ABRAHAMI VATERI *Catalogus uniuersalis Regii Musei.* In praesentia rerum ei praest D. GEORGIVS AVGVSTVS LANGGVTH, Pathol. et Chirur. P. P. In secunda contignatione a sinistra est area amplissima, imaginibus Electorum Saxoniae exornata, uid. p. 49, seqq. in qua prandia publica ab Academia olim instituebantur, a dextra, ut et in contignatione tertia, sunt musea uaria, quae a studiosis inhabitari solent. II In postica parte ad uallum, praeter alia musea, quae Studiosi inhabitant, a) est Alumneum Regio Electoralium Alumnorum, in quo isti disputando, concionando, et examinando exercentur, quod fuit olim b. *Lutheri* auditorium, a quo b) haut procul abest *eiusdem* museum, ueterum more pictum, Gallis *fresco* dictum, ingentique nominum numero conde coratum, inter quae cumprimis eminet nomen PETRI M. Russorum Imperatoris, quod, uitro nunc obtectum, manu sua, hoc ductu, vere scripsit. Infra hoc museum sunt c) Conuictorium Regium atque reliqua aedificia, ad oeconomiam pertinentia, huic contigua, itemque d) domicilium ministri alicuius publici. III A sinistra aulae, uersus orientem, est hortus medicus, rarioribus plantis exoticis atque aedificiis, quibus illae conseruantur, instructus. Dirigit eum D. GEORGIVS RVDOLPHVS BOEHMERVS, Anat. et Botan. P. P. Ab eius dextra uero est domicilium hortulani Academici, supra quod asseruatur Bibliotheca b. M MICHAELIS, *Hung.* Fac. Phil. quondam Adiuncti, quam, una cum quinquies mille Ioachimicis, suis legauit popularibus, ex quorum reditibus annuis percipiunt illi stipendia annua.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/443 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

b) a dextera iacent in mensa Biblia S. quae Doctorandis proponuntur, ut iuxta ea doceant et uiuant, *c*) a siniſtra iacet pileus Doctoralis una cum annulo, per illum libertas docendi, per hunc connubium, indicatur, quod inter Doctorem Theologiae et doctrinam Euangelii est, ne hanc unquam deserat. *d)* Conspiciuntur tres foeminae, mediam quae tenet locum, *Sapientiam*, a dextra uero quae stat, *Veritatem*, a siniſtra *Sanctitatem*, adumbrat, quoniam Sapientia has uirtutes habet socias, Veritate enim ista innititur, sanctitas autem, quae fructus fidei est, eam exornat et glorificat. *e*) Supra sapientiam comparet substantialis Sapientiae, *Prou.* IIX, 22, seqq. glorioſa maiestas, quae hoc templum et omnes in id introeuntes Euangelii lumine illuminat. Imagines, quae in templi stant pinnis, *Mosen*, *Iohannem* baptistam, quatuor Euangelistas, et Apostolos indicant, utpote qui omnes in extruendo hoc templo occupati fuerunt.

2) Est Regiae Maiestatis FRIDERICI AVGVSTI effigies, sub cuius regimine hoc Sapientiae templum sartum tectumque seruatur.

3) Exhibetur effigies FRIDERICI CHRISTIANI, Principis Regii et Electoratus HAEREDIS Saxonici.

4, 5, 6, 7, 13, 14, 17, 18, 24, 25, 28, et 29,) sunt pyramides atque tabulae, in quibus lemmata inscripta legebantur, quae uid. *in den Wittenbergischen Iubelgeschichten*, p. 36, 38, et 39.

8) *Europam*, Num. 9) *Asiam*, Num. 20) *Africam*, Num. 31) *Americam*, adumbrant. Indicatur autem istis, quod doctrina Euangelii quatuor has mundi partes peragrauerit, iuxta Rom. X, 18.

10) sistit templum Religionis, in quo tres foemine *Fidem*, *Charitatem*, atque *Spem*, iuxta 2 Cor. XIII, 13, repraesentant, utpote quae Religionis uerae testes sunt, et sine quibus illa esse non potest. Cum itaque, restaurata uera Euangelii doctrina, eaque b. LVTHERI ministerio, in ualuis huius templi contra *Tezelium*, publice annunciata, (quod eo homine indicatur, qui schedulam in ualuis affigit,) haec tria ex tenebris emerserint, ueram esse Religionem Lutheranam cognoscitur.

11) exhibet effigiem glorioſissimi Electoris FRIDERICI Sapientis, sub cuius regimine tam Academia, CIↃ IↃ II, quam Religio Euangelica, CIↃ IↃ XVII cepit primordia.

12) effigiem intrepidi Electoris IOHANNIS Constantis, qui coram Caesare et Principibus S. R. I. ueram religionem est profeſsus, eamque sanguine suo obsignare paratus erat.

15 et 16)

15 et 16) significant fontem salutis, Iesl. LV, 1, Io. IIX, 37, 38.

19) Oratorium conspicitur, in cuius ara suffitus, h. e. preces sanctorum, incenduntur.

21) *Templum pacis* refert, in quo Pax et Iustitia, iuxta Ps. LXXXV, 11, osculantes sese, comparent, super quas Seruator, palmam ex nubibus porrigit, ad indicandum, ipsum esse pacis principem et auctorem, Iesl. IX, 6.

22) MAVRITIVS, Elector Saxoniae, qui fundamentum pacis religiosae iecit transactione Passauiensi.

26 et 27) Duo fontes, quibus ad Apoc. XXI, 6, XXII, 17, respicitur.

30) Oratorium, in cuius ara gratiarum actionis et laudis hostiae DEO offeruntur.

Adhaec opera charitatis tam ante, quam post, Iobelaeum edebantur. Nam Academia Lutheranis tum Thorunensibus, ad aedem sacram extruendam ultra quinquaginta Ioachimicos, tum urbem imperatoriam Moscouiam incolentibus, qui cum incendio conflictauerant, quindecim Thaleros, tum denique octoginta circiter imperiales ad fenestras conficiendas in templo Iessenensi, dono dederunt Professores sequentes, BOEHMERVS, h. t. Rector Acad. WEICKHMANNVS, GEORGIVS, IAHRIVS, BASTINELLERVS, CRELLIVS, RIVINVS, HANACCIVS, CHLADENIVS, KRAVSIVS, TRILLERVS, KIRCHMAIERVS, SCHROEDERVS, SPERBACHIVS, BOSIVS, RITTERVS, WALTHERVS, HILLERVS.

Die XXIIX Septembr. D. GEORGIVS in aede Academica post horam VII concionatus est, exponens Col. III, 15, praeparauitque ad festum Iobelaeum Wittebergam. Introitus uerba ex Exod. XXXII, 5, desumta erant, *Cras Domini festum est*, Exordium ex Rom. V, 1, Δικαιοθέντες οὖν ἐιρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν. Propositio erat, *Pax Religionis duplex*,

1) *altera cum DEO,*
2) *altera cum hominibus.*

Ad praeparandos denique instruendosque animos tres extruebantur arae, in quarum prima Christianus, ad festum Iobelaeum sese praeparans, hostiam DEO offert cor suum, poenitentia contritum ac fide emundatum, in altera cor,

precum

precum thure accenſum pro uerae religionis eiusque pacis conſeruatione, pro fidei defenſoribus ac patriae felicitate, in tertia hoſtiam laudis, ſiue cor gratiarum actionis, exultationis, ac laudis plenum, DEO dedicat, quod religionem, eiusque pacem, hunc usque in diem, conſeruauerit. Hymni, praeter melos ad modos muſicos coaptatum, canebantur, *O Herre Gott dein göttlich Wort*, *Sey Lob und Ehr dem höchſten Guth*, *Erhalt uns Herr bey deinem Wort*, *Nun dancket alle Gott.*

In aede oppidana uero hora IX in concionem aſcendit D. SCHVLZIVS, atque Euangelium, *Dominica* XVII *poſt Trinit.* antiquitus receptum, expoſuit, ac, pacis religioſae ſimul mentionem faciens, auditorium ad pie celebrandum feſtum eius adhortatus eſt. Qua oratione habita ſequens *programma*, nomine *RECTORIS*, a CHRISTIANO CRVSIO conſcriptum, atque Tabulis publicis affixum, diſtribuebatur.

RECTOR
ACADEMIAE WITTENBERGENSIS
CHRISTIANVS HANACCIVS, I. V. D. Digeſti Infort. et Noui Prof. Publ. Curiae Prouinc. Scabin. et Facult. Iurid. Aſſeſſor eiusdemque h. t. Decanus,
SACRA SAECVLARIA
ob memoriam Pacis Religioni, ante ducentos annos, in comitiis Imperii Auguſtanis, datae,
ad D. III Kal. Octob.
qui clementiſſimo iuſſu Regio iſtis conſtitutus eſt,
indicit, pariterque
Illuſtriſſimos Comites, Patres Conſcriptos, Proceres, atque cuiusuis dignitatis locique Ciues, et Hoſpites
ad gaudii publici, DEO ſacri, conſortium officioſe et humane
inuitat.

Quantam DEI benignitatem ſemper Germania experta ſit, ex quo ſic reipublicae ſecuritatem conſtituit, ut pleraque iure et legibus deuinxerit, quae olim armorum diſceptationi fere ſoli committi conſueuerant, ut uix longo ſermone enarrari poſſit, ita maximis et clariſſimis exemplis comprobatur. Diſſederunt aliquando inuicem Principes, et ab ipſo nonnunquam imperatore abalienati ſunt, quas tamen uicos

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/446
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ces mortalis conditio habet, ut aduerſa ex ſecundis, ex aduerſis ſecunda naſcantur, ſemper accidit, ut, quum conſultum libertati, recuperataque eſſent, quae non ſatis ex iure humano eripi poſſent, rediret concordiae amor et altae pacis tranquillitas, cuius gratiam non ſecus ante deſaeuientia bella auxerunt, quam maris coelique temperiem ipſi turbines tempeſtatesque commendant. Optimus quisque imperatorum Romae olim maxime laetari ſolebat, ſi ſe principe maxima fuiſſe diceretur libertas: noſter imperator quantum amplificari auguſtam ſuam maieſtatem ſentiet, quod liberorum principum caput, libertatisque, toties ſanguine atque armis defenſae, toties foederibus munitae, ſupremus uindex, rem publicam reſtitutam et perennitatem imperii iis, qui dominatione immoderata ſuam magnitudinem metiendam putant, uerum et unicum ſtabilitatis ſuae pignus, a diuina prouidentia conceſſum, oſtentat?

Sic nimirum armis ſtrenua, fidei praeclara, animis inuicta, Germania, quindecim per ſaecula inde ab Arminio Cheruſco, patriae liberatore, Romaeque et Auguſti terrore, ad Carolum imperatorem, qui nomen hoc quintus geſſit, libertatem poſſeſſionis rerum ſuarum, immunitatem ciuium, potentiamque, et uires ſuas, inter quaeuis diſcrimina, contra quasuis hoſtium opes, conatus, inſidias, conſeruarat, ut pulcherrimam et liberam rempublicam, quae uno tandem ſub principe unum in corpus coaluerat, cuius capiti addita maieſtas nihil uenerabili membrorum ſpeciei detraheret, ſed uires potius ac robur aleret, quaſi per manus poſteris tradiderit. Vnum tamen erat, in quo nutans ſaepe libertas, tot praeſertim inuidorum machinis concuſſa, tot Vaticanis fulminibus adflata, ruinam minabatur. Incubuerant paullatim rebus noſtris, et peſtilentiae modo pleraque peruaſerant, duo mala, quibus uix nocentiora alia felicitatem populorum corrumpere ſolent, ignorantia et ſuperſtitio. Nihil quidem non egerat Carolus M., ut gentem, armorum, quam litterarum, ſtudio clariorem, ad humanitatem perduceret. Scholas inſtituerat; homines doctos conuocauerat; publica inſtrumenta in ſcripturam redigendi et ſcriptas leges promulgandi morem induxerat, ut uel ſui iuris amore liberi homines allicerentur; diuinae atque humanae ſapientiae monumenta comparanda curauerat; ipſe Graecae linguae gnarus, Latina facundia inſtructus, et patrii ſermonis emendator, libros conſcripſerat. Sed in eo errauerat, quod curam omnem erudiendi populi iisdem, quibus religionem edocendi munus commiſſum fuit, additis ſimul magnis opibus, tradiderat. Mox enim hi ad inſtrumenta luxuriae conuerſi, ut incrementis diuitiarum atque honoris ſui inuigilare, quam ſtudiorum labori, mallent, ruditate ſimul ſua et corru-

ptis moribus, vt supereſſet parum ſincerae religionis, quam non temeraſſent ſuperſtitio et ambitio, effecerant. Nec doctrinae labes inde ingeniis tantum et uirtutibus offecit, ſed rempublicam quoque perpetuis motibus agitauit. Gens ne imperantibus quidem ultra, quam libertati tutum foret, addicta, in ſuperſtitionis uincula, quae ſacerdotes, ſuae ſecuritati et deliciis ſolliciti, ueluti in tenebris nectebant, paſſim ruere, nec ſentire a ſacricolis impoſitum iugum, quod, a principibus oſtentatum ſaltem, omnes ad obſtinationem uitae contemnendae profecto conſternaſſet. Diceres uetus genti ſimplici et incautae uitium obrepſiſſe; cuius Tacitus meminit, vt iuſſa ſacerdotum, quaſi deo imperante, acciperent, et quod de Burgundionibus clarius etiam Ammianus memorauit, eos regi, qui Hendinos appellabatur, poteſtatem abrogaſſe, quoties uel caſibus belli aut ſterilitate terrarum felicitas regnantem deſtituere uideretur; ſacerdotem uero omnium maximum, quem Siniſtum uocabant, nullis, ut regem, diſcriminibus obnoxium, perpetua ueneratione coluiſſe. Miſeram profecto et indignam libertatis Germanae ſortem adſpicere erat, quum ſummis et auguſtiſſimis imperatoribus et principibus de capite, fortunisque omnibus, famaque ſimul et honore, periclitandum quibusdam et iactura facienda erat, quoties fatua (quisque elegantiae humanioris ſtudioſus iudicet, iurene hoc dicamus? exſtant enim hodieque exempla, et probris ſuis mala cauſſa geſtit,) et uerboſa epiſtola a Tiberi ueniſſet, quae Rheno, Danubio, et Albi, liberrimos terrarum noſtrarum tractus, nec captiuos unquam, vel indignante uorticum murmure teſtantibus, diras denuntiaret. O libertas, o progeniorum, et longa inde ſerie deſcendentium, bonum perpetuum, quo receſſeras, quae te latebrae occultabant, haec talia quamdiu impune fiebant? Vltra Tanaim certe dehinc, iam Scythicum ſolum, non Germanum amplius bonum, quaerenda fuiſſes, niſi in hanc peſtilentiam remedium allatum fuiſſet! Succurrere publicae fortunae uoluerant Henricus IV, Fridericus I, et cui ſecundo hoc nomen, Ludouicus Bauarus, aliique; nec defuerant praeclara ingenia, quorum exſtant monumenta, vt rei Chriſtianae, deſperatae iam et expoſitae, opem ferrent. Sed ſatis erat, nemo ut meliora monentium audiretur, proferretur haereſeos crimen, quod tunc unicum omnium erat, qui crimine uacabant. Et omnis humana ſane ſapientia diuinae ueritatis luce orbata, ignara cauſſarum, ignara finis, qui his proponitur, quacunque felicitatis ſpecie fallat, ſimilis eſt naui, cui maria pererranti portus negatur, ut, licet aurae ſaepius adſpirent, et coeli ſerenum rideat, fluctibus poſtremum expugnanda ſit. Ita, quantum praeſtant diuina humanis, aeterna caducis, coeleſtia ſordidis et fragilibus rebus,

tanto

tanto miſerior erat ſeruitus, quae non corporibus tantum et fortunis calamitatem et aerumnas minaretur, ſed animis quoque uim adferret, ne oculos ad Deum aſſertorem tollerent. Dei mandata, ſacris in uoluminibus edita, non interuerterat modo, immutauerat, antiquauerat, calliditas; uerum illa non aliunde, quam Roma, exſpectanda dictitabat ambitio, quae illic non Chriſti uicarium ſolum et Petri ſucceſſorem, ſed deum plane praeſentem, collocauerat; quod ut uix credibile nonnullis uideatur, ita manifeſtis id argumentis egregie oſtendunt Ad. Tribbechouius de doctoribus ſcholaſticis c. III. ſ. I. et Anton. Matthaeus de nobilitate l. II. c. XXVIII. p. 492.

Tandem tamen Deus Germaniam reſpexit. Nuper Europae reddita erant praeclarae artes, cum quibus ueterum linguarum Ebraeae, Chaldaicae, Syrae, et Graecae, ſtudia et antiquitatis notitia, reſtitui coeperunt. Praeceſſerat ille ueluti oriturae lucis fulgor, cum religio coeleſtis ueritatis ſplendore illuſtranda eſſet. Martinus enim Lutherus, diuinum prorſus natus ingenium, ut erat mentis purae et ſancti moris, litterisque Ebraeis, Graecis, et Latinis, excultus, deprehenſa fraude, qua peruerſa religio meris hominum commentis ſubiiceretur, omnem operam lectitandis ſacris uoluminibus impendit, Deoque ſe erudiendum tradidit, et quam ſuis Chriſtus diſciplinam praecepiſſet, quam ſalutis uiam monſtraſſet, quam mentis cum Deo coniungendae rationem docuiſſet, quae induendae coeleſtis naturae adiumenta, quae firmamenta ſpei, quae ſapientiae inſtrumenta, quae aduerſorum ſolatia reliquiſſet, ſic imbibit, ut afflatu diuino plenus nouus humani generis doctor eum coetum conuocaret, qui totus ex ſemel cognitis et perceptis Dei mandatis penderet, et in illa ueritatis inſtitutione omnes ſuas ſpes, omnia felicitatis praeſidia, collocaret. Incredibile dictu eſt, quam celeriter, quantis hominum ſtudiis, et quibus ueri uiribus, doctrina iſta non admiratores ſolum et cultores ubique habuerit; ſed aduerſariorum quoque conatus euerterit, inſidias uitauerit, et per quaeuis aſpera et inimica eluctans ipſo euentu ſuam diuinitatem adprobauerit. Neque enim erat coitio iſta, neque receſſio, nec multitudinis rerum nouarum cupidae concurſatio, et ne ambitionis quidem ullae partes fuerant, qua ductus quisquam quieta mouere conatus ſit. Chriſtus, generis humani uindex ac ſeruator, ſignum extulerat, ad quod Lutheri uoce et praeconio conuenire iuſſerat, qui ſalutem ſuam in tuto cuperent. Certatim ſummi principes, multique uiri illuſtres et dignitate aut nobilitate conſpicui, ac ciuitates magnae et opulentae, ſtatim initio ad tanti operis iuuandos ſucceſſus acceſſerant, et ſublatis oculis melior Germaniae pars diuinitus

reductam lucem salutabat. Ipsum imperatorem Maximilianum extremo uitae non male ominatum de ea re fuisse, satis constat. Iam Lutherus, non ut ab aduersariis maleuolis appellatur, monachus erat obscurus, sed clarissimus sacrarum litterarum doctor et professor publicus, cuius eruditionem et doctrinam, pietate et sanctitate illa non minorem, dudum cultiores quaeuis gentes admirantur, et ipsi inimici maiorem agnouerunt, quam optassent: socios uero curarum et laboris uiros ingeniis, studiis litterarum, elegantia eruditionis, et fama illustres habebat, quorum opera per disiunctissimas regiones nouum diuinae prouidentiae munus, restituta coelestis ueritatis doctrina, populis commendatum est. Sed non erat obscurum, rebus sacris ex praecepto Christi constitutis, qui suos internuntios dominatum inter homines adfectare uetuerat, quanta ruina opibus eorum metuenda esset, qui a Christo et legato eius Petro omnium imperiorum atque regnorum arbitria in suam potestatem collata esse dictitabant. Inde tanquam ad commune exstinguendum incendium exciti, qui pro occupata dominatione summis uiribus propugnarent; tracti in partes tanquam pro Dei caussa principes; ad arma etiam, ubi terrores et minae non profecerant, descensum; et in Germaniam praesertim, patriam et incunabula defectorum, quos uocabant, omnes intentae machinae, omnes conuersae artes. Longum foret enarrare, quibus tunc motibus omnia tumuerint, saepe etiam clades acceptae sint, quae minari exitium libertati Germanae potuissent; nisi Dei benignitate tanta rerum conuersio fortunatos exitus habuisset. Cum enim uariis experimentis cognitum esset, uim tentando, ut omnia prospere decedant, parum profici, et res uel sic exulceratas, nunquam ad cicatricem perduci; quin maximae partis principum Germaniae, quorum retinere uoluntates hostium externorum ob metum consilium erat, prorsus abalienari; repertum est, ut longe alia uia incederetur: multa, interdum promissa et indulta, uno edicto irrita efficere; principum componendis controuersiis iudicia instituere, sed dissensiones alere, quasi religionis et armorum par ratio sit, inducias circa sacra dissidentibus proponere, easdemque paullo post, imperata formula sacrorum, tollere; denique, coactis Tridentum ad concilium antistitibus sacerdotum, speciem aeque disceptationis praebere, rem ipsam negare; callidi instituti erant, quod consiliarii alienigenae, et nouae amicitiae cum Romano pontifice conciliatores, maximo et glorioſissimo imperatori Carolo sic persuaserant, ut principes imperii multa peregrini fastus pati fastidia, tandemque communi libertati metuere cogerentur. Isto in statu res Germaniae erant, quum repente immortalis Deus et saluti reipublicae et religionis

securi-

ſecuritati conſuluit. Excitata inuictiſſimi principis Mauritii uirtus ſummis e difficultatibus res imperii ordinumque explicuit, occupauitque conſilia eorum, qui, infenſiſſimis ipſi animis multa cum contra Germaniam inſtrue-rent, nihil pacati auribus imperatoris ingerebant. Adfuit Deus inceptis, ut intra unam aeſtatem, qua capta arma erant, Ferdinandi regis aequita-te et ſolertia, controuerſiae Paſſauiae A. P. C. N. cIↃ IↃ LII, compone-rentur, et religionis libertati toties optata potius, quam ſperata, pax ſan-cito foedere promitteretur. Non defuit inde inuidiae cauillandi occaſio per uarias interea reipublicae mutationes, morisque res extracta eſt; do-nec ante ducentos hos annos a. d. VII. Cal. Octobr. Auguſtae Vindelico-rum in comitiis ordinum imperii decreto foederi ſatisfactum eſt, et ſecu-ritati publicae conſultum. Atque ita diuina prouidentia ſui beneficii in-tegram nobis gratiam conſeruauit, et perpetuitatem addidit, ut exortis de-nuo, qui res turbarent, et conceſſa eripere conarentur, tandem Weſtpha-lico aliisque foederibus, exaequato ſalutariter partium iure, nouum ro-bur firmamentumque accederet, et a glorioſiſſimi inde imperatoris Leo-poldi electione, in conuentionibus Auguſtorum, quas iure iurando con-firmant, inſeratur, ne nouationi ulli locus uel ius detur, nec cuiquam contradicendi, obnuntiandi, obturbandi fiat poteſtas. Legibus inſuper imperii ſancitum eſt, ut omnis ſuperuacua de aequitate et iure conuentio-nis diſputatio tollatur; ut uel inde adparcat, non niſi iniuſtiſſime in diſce-ptationem uocari, quod de libertate hac inter liberos principes ſemel con-ſtitutum eſt.

Haec ergo diuina benignitas, non admiratione tantum et cognitio-ne pia aeſtimanda, ſed precibus quoque et gratiarum actione ueneranda, tempore hoc tam ſacro tamque feſto communi patriae plauſu concele-bratur. Diu maiores noſtri pro ſua libertate pugnauerant; et quoad eam retinerent, beati ſibi uiſi ſunt. Duo ſaecula ſunt, et quod excurrit, quum, animaduerſo religionis errore, illam ipſam potius perdere uitamque pro-fundere optaſſent, quam cognitae et ſuſceptae ueritatis iacturam facere. Sed plena erant omnia tumultus, incendiorum, caedium, rapinarum, de-praedationum, excidiorum; non habebant ſaepe, quo confugerent: tamen neque armorum ſtrepitus, neque ingeminati undique terrores, uocem praecluſerant iis, qui Dei uoluntatem exponerent, Chriſti liberatoris laudes et gloriam praedicarent. Nobis Deus immortalis cum aliis et reipublicae et fortunarum bonis hanc pacem conceſſit, qua ſancta et pura eius religio, inter tot diſcrimina, tanto quondam cum labore, defenſa, caput extollit in Germania, libera ea et tranquilla! Tacitine hunc condemus diem, qui

iussu potentissimi Poloniae REGIS, PRINCIPIS ELECTORIS Saxoniae, FRIDERICI AVGVSTI, patris patriae clementissimi, gratiis Deo agendis constitutus est, qui saecularis nunc sacerque tantae rei memoriae, albo lapillo ab omnibus Germanis, quamdiu saecula numerabuntur, notabitur; quamdiu libertas amabitur, celebrabitur; et quamdiu religio stabit, ueneratione diuini beneficii censebitur? Academia ergo haec diem III. Cal. Oct. una cum proximis aliquot rebus diuinis et studio religionis impendet; vt illo primo quidem mane post horam, quam V. numeramus, cum rectore professores in museum, quod magnus Lutherus inhabitauerat, se conferant, hymnumque Deo liberatori canant, dum reliqui in albo nostro honoris causa consignati, et ciues honoratiores alii in auditorio alumnorum, studiosae uero iuuentutis nostrae florentissima concio in domo, quae Augusti collegium dicitur, conuenient. Inde, suo quisque ordine cum rectore professores in templum academicum ibunt, reliquo comitatu inter concentus symphoniacos eorum incessum prosequente. In foro patribus Academiae se iunget magistratus ciuitatis. In templo rebus diuinis eo, qui accommodatus tempori erit ordine opera dabitur, et finitis sacris, eodem, quo processum erat, agmine, in parochialem aedem intrabitur. Dici posteri hora, quam ante meridiem numeramus, X., professores, omniumque ordinum ciues rectorem domi conuenient, ut ipsum in templum academicum comitentur, orationemque eius saecularem audiant, eaque finita, domum reducant. Itaque Vos, ILLVSTRISSIMI COMITES, PATRES CONSCRIPTI, CIVES, HOSPITESQVE, OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMI, summum huius publicae laetitiae caeremoniis conciliabitis decus, si adesse beneuoli et frequentes dignabimini, quod ea, qua par est, obseruantia, rogamus. Faxit Deus immortalis, ut, nos eius bonitati hoc tempore publica persoluisse uota, posteri accipiant laeti, tradantque hanc, cuius casta sinceraque Luthero, summo ueritatis uindici, debetur doctrina, minoribus religionem. P. P. Viteb. a. d. IIII. Cal. Oct. A. R. S. cIↃ IↃ CCLV.

Hora postea I-II festum Iobelaeum, sonitu campanarum omnium, indicebatur in crastinum, hora secunda autem sacra agebantur, atque, post decantatos hymnos, *Komm heiliger Geist*, *HErre GOtt*, item, *Ich will mit Dancken kommen*, et melos quoddam, ad modos Musicos compositum, in suggestum uenit M. CHRIST. SAMVEL WAGNERVS, et in Ps. XCV, praemisso *exordio*, ex Ebr. XIII, 15, desumto, orationem habuit

buit de *hostia laudis et gratiarum actionis, quam Ecclesia Euangelica in festo Iobelaeo et laetifico offert*, et quidem,

I) *cui* offert, pacis auctori, Domino Zebaoth,

II) *Cur?* ob prouidentiam circa conseruandam conscientiae libertatem et sacra publica,

III) *quomodo?* humiliter propter indignitatem suam, hilariter tamen et sancto zelo, propter iustitiam Christi sibi imputatam.

Addebatur tum adhortatio ad piam praeparationem, et gratam mentem pro tot spiritualibus ac corporalibus beneficiis, in Ecclesiam Euangelicam *pace religiosa* redundantibus, testificandam, tum solatium, ex fidelitate DEI erga suam Ecclesiam, atque ex eius promissionibus eidem datis, deriuatum, quarum ui nostram hostiam propter Christum, Principem pacis, clementer accepturus esset. His peractis canebatur, *Nun lob, mein Seel, den HErren*, et tandem, post *Collectam* et *benedictum*, *Ach bleib bey uns HErr IEsu Christ.*

Witteberga igitur bene praeparata, et diuino Spiritu agitata, auide atque exultans crastinam lucem expectabat, cuius cantiones ac preces, per aerem, iam noctu, personabant. Antequam enim aurora roseo colore collustrauerat coelum, in turribus ciuitatis, uid. Tab. V Num. 9, quae laternis Punicis perpulchre erant illuminatae, Chorus musicus cum musicis oppidanis, hora III, buccinas inflabat, atque, interstrepentibus tympanis tubis, aliisque id genus instrumentis, musicis, canebat hymnum, *Te DEVM laudamus*, deinde carmen quoddam ad modos musicos coaptatam, porro, *Eine feste Burg ist unser GOtt*, tandem *Nun dancket alle GOtt*, et postremo matutinus ille DEI cultus, quo DEVM uenerata erat religiosa Witteberga tum in excelsis, tum in imis, siquidem forum ac plateas incolae concinentes compleuerant, tympanorum tubarumque modulatione finiebatur. Quo facto ab hora quarta usque ad quintam campanae omnes, tribus distinctis pulsibus, ciebantur, hora autem quinta illius campanae sonitu, quo sacra matutina indicari solent, concio conuocabatur in templum Marianum, in quo, luminibus collustrato, Lic. IO. GEORGIVS PFOTENHAVERVS, postquam Collega IV Lycei Witteb. cum discipulis suis cecinerat hymnos, *Allein GOtt in der Hoeh sey Ehr*, et, *Nun lob, mein Seel, den HErrn*, concionatus est, Act. IX, 31 explicans, atque, praemisso *Exordio*, quod ex *Cantici Canticorum* cap. IIX, 10, erat desumtum, et hymno decantato *Nun dancket alle GOtt*, proponens

Euan-

Euangelico-Lutheranae Ecclesiae gratam Iobelaeam uocem,
Facta sum in oculis eius sicut inueniens pacem,
considerauit,

P. I, *diuinum pacis beneficium, ob quod illa iobelat*, et quidem,

α) *Ecclesiam, quae beneficio eo fruitur*,

β) *diuinum beneficium, quo ista fruitur, quod est partim pax ipsa, partim eius fructus, qui sunt Ecclesiae tum confirmatio in fide, tum incrementum et augmentum eius*,

P. II, *laetos ac gratos motus, quibus excitata iobelat*, et quidem,

α) *laetitiae fundamentum certum eiusque sanctitatem*,

β) *gratitudinis causas graues, eiusque conditionem.*

Atque haec tam in genere ad Ecclesiam, quam in specie ad Sionem nostram Wittebergensem, applicauit prudenter, et concioni, cum hymnum, *Nun last uns GOtt dem HErren*, ceciniſſet, benedicens sacra finiuit. Interea uero temporis duo chori cum tympanis atque tubis ad Rectoris Magnifici aedes accesserant, ibique cantionem, *Sey Lob und Ehr dem hoechsten Guth*, pie modulati erant, et, postquam eam finiuerant, sese hora VI receperunt in Augusteum, de quo uid. supra, p. 365, in quo etiam Rector ipse, Comites, ac Professores, et quidem in museo b. LVTHERI conuenerunt, Facultatum Assessores autem, Doctores, Licentiati, Ministerium, reliquique immatriculati Alumneum Regio Electoralium Alumnorum occuparunt. Postquam igitur omnes accesserant, et Rector Magnificus, (quem, praecuntibus quatuor ministris publicis, sceptra ferentibus argentea, et comitantibus Protonotario ac Quaestore Academiae, itemque Senioribus Nationum, in area Augustei comparentem Marescalli lituorum inflexione, Ciues autem reliqui tympanis ac tubis, aperto capite, salutabant,) post horam sextam, aduenerat, is cum uniuersa concione hymnum, *Eine feste Burg ist unser GOtt*, (*) religiose intonabat, quem Musae, in area com-

(*) Heroicum hunc hymnum fidei heros, b. LVTHERVS, hac occasione, fecit. Postquam uidelicet glorioſissimae memoriae Caesar, CAROLVS V iusserat LVTHERVM, data ipsi fide publica, ut Wormatiae fidei suae coram ipso rationem redderet. Huic mandato obsecutus iste laeto animo ac DEO confisus iter instituit, et, cum non longe a dicta ciuitate abesset, offendit pauperem hominem, ligna colligentem, quem humaniter salutatum interrogat, in quem

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/455
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/456
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

morantes, inter tympana ac tubas ſonantes, concinebant pie. Qua cantione finita Rector, HANACCIVS, cum duobus Comitibus, quorum alter EINSIEDELIVS erat, alter WERTHERVS, progrediebatur, praecuntibus Muſicis, deinde duodecim Mareſchallis, quaternis poſt quaternos, ac denique quatuor miniſtris publicis, binis poſt binos, qui ſceptra praeferebant, ac tunicis induti erant coccineis auroque exornatis. Rectorem ſequebantur Profeſſores, et qui Academiae ſunt a commentariis ac curatione aerarii. Hos excipiebant duo ductores, ſiue mareſchalli, qui ducebant hoſpites. Quos e ueſtigio ſequebatur uniuerſa iuuentus ſtudioſa eo ordine, quem ſors unicuique genti adſcripſerat, et Tab. IV exhibet. Vniuerſum igitur Muſarum agmen, campanis uniuerſis, tympanis, ac tubis ſonantibus, ex hoc Auguſteo per plateam, a Collegio dictam, praeter forum, eamque uiam, quae ad arcem fert, ipſum templum Academicum intrabat. Ad forum autem cum peruenirent Rector, a choro quodam muſico, cui in curiae oppidanae pergula erat aſſignatus locus, tympanis, quae pulſabat PFEILIVS ſtudioſus, ac tubis tum ipſe, tum tota muſarum cohors, ſalutabatur, cui Senatus ciuitatis, ex curia progrediens, et a duobus ceremoniarum magiſtris, qui ei obuiam ibant, ſalutatus et exceptus, ſeſe adiunxit, et locum poſt Profeſſorium ordinem occupauit.

Explicatio TAB. IV

Num.

1) Templum Academicum, in quod totum intrauit Muſarum atque hoſpitum agmen.

2) Valuae, quibus b. LVTHERVS theſes contra *Tezelium* affixit, atque Reformationis ſalutaris fecit felix fauſtumque initium.

3) Militum cohors, qui ingentem populi multitudinem arcent.

4) Muſici oppidani tubas inflantes, et tympana, quae pulſabat ſtudioſus MAVLIVS.

5) Ductores, ſiue mareſchalli, duodecim, quaterni poſt quaternos euntes. Qui ut ueſtitu incedebant ſplendido, et auro argentoque magnifice exornato, in cuius ſiniſtra parte pectus tegebat roſa ſerica, quae

 in

quem finem ligna colligeret, reſpondet hic praeter expectationem LVTHERI. Haereticum Witteberga aduenturum, qui igni condemnatus eſſet. Vt igitur ipſe quoque mercedem apud DEVM promereretur, ſymbolam ſuam collatarum ſeſe, fatebatur. Qui quidem ſermo, licet formidinis plenus, Θαῤῥεῖ tamen formidinem nullam iniiciebat, ſed fide potius maiori erectus, fideique Spiritu agitatus, ad comites dicebat. Si tot daemones me Wormatiae expectarent, quot eſſent in tectis tegulae, tamen in ciuitatem ibo.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/457
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

in medio inditam habebat crucem, in memoriam b. LVTHERI, qui haec gerebat insignia, color autem rosarum erat talis, qualis insignium erat color, unicuique nationi proprius ac receptus, sic pilei plumis et baculi uel aureis, uel argenteis, redimiculis erant obducti, horumque ex capitibus lemniſci aurei, argentei, et serici, eum colorem insignium istius nationis, a qua ductores erant electi, referentes, pulcherrimi aspectus pendebant. Atque eodem splendore ac decore etiam reliqui incedebant ceremoniarum magistri.

6) Quatuor ministri publici, bini post binos incedentes.
7) RECTOR Magnificus et Comites EINSIDELIVS, ac WERTHERVS.
8) Quatuor Facultatum Professores, itemque Protonotarius ac Quaestor.
9) Duo mareschalli senatui oppidano praeeuntes.
10) Duo ductores, qui Doctores, Licentiatos, Ministerium oppidanum, Adiunctos, et Aduocatos ducebant.
11) Duo mareschalli, qui Seniori Seniorum, WENZELIO, anteibant.
12) Duo anteambulones, qui Seniorem reliquasque Musas ex Lusatia superiori oriundas praecedebant.
13) Duo ductores cum Seniore et gente Franconica.
14) Thuringi, duobus praeeuntibus mareschallis.
15) Chorus Musicus, tum uarii generis instrumentis, tum uocibus, canens, uid. de his *die Wittenb. Iubel-Geschichte*, p. 47, seq.
16) Quatuor Mareschalli, quos sequebantur Senior et natio Misnica, centum numerans populares.
17) Duo ductores, qui Seniorem et Lusatiae Inferioris gentem praecedebant.
18) Aeremontani et Varisci a duobus anteambulonibus ducti.
19) Dantiscani quibus se adiunxerant Poloni, Anhaltini, Curoni, et Liuoni, quibus, praeter Seniorem, duo mareschalli anteibant.
20) Hungari et Transyluani, cum Seniore suo et duobus ductoribus.
21) Chorus Musicus, qui inflabat tubas, tympana autem pulsabat PREISSIGERVS Studiosus.
22) Wittebergenses et Saxones, qui ut numero superabant nationes omnes, sic iidem a Seniore et quatuor mareschallis ducebantur.
23) *Augusteum*, siue Collegium AVGVSTI, de quo supra, p. 364, seq.
24) *Fridericianum*, siue Collegium FRIDERICI.
25) Porta, ab albi dicta.

26) Stabu-

26) Stabulum, siue campus arti equitandi dicatus.
27) Praetorium, iuxta quod arx et armamentarium castri.

Dum igitur in Academicum templum intrabant, et tam Rector Magnificus, Comites, ac Professores trium Facultatum superiorum loca occupabant, sibi propria et panno rubro contecta, ante quos sedebat Senatus oppidanus, quam e regione Facultas Philosophica, et ante eos Doctores ac reliqui hospites, in area uero, quae inter Senatum et Hospites erat, sedecim marescalli stabant, ceteri cum suis Senioribus et Nationibus editiora aliaque loca occupabant, musicum organon maius canebat, et, postquam omnia in ordinem redacta ac quieta erant, hymnum cantauit concio, *Allein Gott in der Hoeh sey Ehr*, posthaec a ministro Ecclesiae *Psalmus* ante altare recitatus est centesimus, quo finito melos, ab illustri TRILLERO compositum, uid. *die Wittenb. Iubel-Geschichte*, p. 50, seqq. quod director musices, M. IANVS ad regulas redegerat musicas, tubis, tympanis, aliisque instrumentis musices adhibitis, modulari sunt, deinde uerbis, ex Act. IX, 31, ante altare recitatis, ac decantato hymno, *Wir glaeuben all an einen Gott*, in b. LVTHERI suggestum ascendit D. WEICKHMANNVS, templi Academici Praepositus, atque, praemisso praefamine, ex 1 Chron. XIII, 18, desumto, exposuit uerba, Act. IX, 31 extantia, sigillatimque *de sanctis pacis hostiis, quas Sion Euangelica, DEO, pacis hoc festo iobelaeo dedicatas, offert*, uerba fecit, explanans insimul, quod *hostiae illae sint piorum corda, impleta*,

P. I, *summa gratitudine*,
P. II, *sancta animi religione*,
P. III, *laeta fiducia.*

Finita hac sacra oratione et recitatis precibus, uid. *Wittenb. Iub. Gesch.* p. 1, sqq. canebatur, sonantibus simul duplicis chori musici tubis ac tympanis cantio, *Te DEVM laudamus*, tandemque, accepto benedicto et decantato hymno, *Erhalt uns Herr bey deinen Wort*, post horam X, pergebat Rector Magnificus cum uniuerso agmine, praeeuntibus tubis ac tympanis, itemque duodecim illis ceremoniarum magistris, ac quatuor ministris publicis, per plateam, ab arce dictam, dehinc per forum, in quo iterum comitatus a tubis ac tympanis ex curiae pergula salutabatur, cum uero ad templum uenirent, Senatus oppidanus atque Hospites, in id ingressi, sese ad loca sua recipiebant consueta, Rector autem cum Collegis ac Ciuibus ibat ad altare, in quo, more ueterum recepto, munuscula deponebant, ac dehinc, programmate, quod, nomine Rectoris, *de pace religiosa a Michaele Angelo increato ac pacis*

Principe, in cuius honorem utrumque Michaelis ac Iobelaeum feſtum celebrat Lutherana Eccleſia, unice data, conſcripſerat D. GEORGIVS, accepto, ab altari ad ſedes ſuas recedebant. Quo facto, praeter reliquas cantiones, quas iam cecinerat concio, uid. *Wittenb. Iubel-Geſchichte*, p. 55, melos quoddam a M. NITSCHIO elaboratum, et a IO. PHILIPPO WEZKIO, muſices directore, ad leges muſicas adaptatum, tubis, lituis, ac tympanis ſimul perſonantibus, ſunt modulati, uid. *die Witteb. Iubel-Geſchichte*, p. 56, ſeqq. Quo abſoluto, ac hymno, *Wir glaeuben all an einen Gott*, decantato, in concionem aſcendit D. HOFMANNVS, templi *Mariani* Paſtor, ac Sup. Gen. et, *Exordio*, quod ex 1 Reg. V, 4, deſumtum erat, praemiſſo, ac decantato hymno, *Nun dancket alle Gott*, egit de *ſancta laetitia Iobelaea ob duplicem felicitatem Eccleſiae Euangelicae*, quae conſiſtit,

α) *in quiete et pace,*
β) *in benedictione et incremento.*

Oratione hac ſacra finita, preces recitabantur, quarum paulo ante facta eſt mentio, atque, hymno, *Te DEVM laudamus*, decantato, melos quoddam eo tempore, quo ſacra ſynaxi fructi ſunt hoſpites, modulati ſunt, quod uid. *in den Wittenb. Iubel-Geſchichten*, p. 59, tandemque, benedicto accepto, hymnoque, *Sey Lob und Preiß mit Ehren* decantato, hora I, ſacris impoſitus eſt finis, Rectorem uero Magnificum, praeeuntibus duodecim ceremoniarum magiſtris ac quatuor miniſtris publicis, domum comitati ſunt Seniores Nationum infra, p. 392, nominati.

Quemadadmodum igitur ante meridiem pie ac religioſe res ſacrae fuerunt habitae, ſic eadem eas pietate ac religione a meridie continuarunt Wittebergenſes, quarum initium in templo Academico eius Praepoſitus, D. WEICKHMANNVS, facere iuſſit, in quo, inter concentus Muſicos, uarii generis hymnis et orationibus DEO ſupplicarunt laudaruntque. Poſthaec hora II, poſtquam tribus, iisque diſtinctis, campanarum pulſibus ſignum datum erat, praeceptores ac diſcipuli ſcholae oppidanae, ſicut ante meridiem hora X erat factum, hymnum, *Eine feſte Burg iſt unſer Gott*, canentes, in templum introiuerunt oppidanum, in eoque melos ad leges muſicas compoſitum, uid. *Witteb. Iubel-Geſch* p. 60, ſeqq. itemque Pſalmo CXI ante altare, recitato, hymnus, *Nun dancket all und bringet Ehr*, canebatur, antequam M. GVIL. LVDOVIC. NITZSCHIVS, uice D. IAHRII, qui derepente morbo corripiebatur, quo etiam ſuccubuit, ex tempore in concionem aſcendit, et, poſtquam ille ex Prou. XVI, 7, praefatus, atque hymnus, *Lobt Gott mit*

Schall

Tab. 5.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/461
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/462
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Schall ihr Heiden, cecinerunt, Col. III, 15, expoſuit, *ipſiusque Apoſtoli uerbis auditores excitauit ad ſpiritualem animae pacem, pacis religioſae feſtum Iobelaeum celebrantes*, et quidem, dum,

P. I, *Apoſtolus pacem nobis precatur*,
P. II, *nos uocationis ad pacem admonet, et*
P. III, *ad gratiarum actionem pro pace adhortatur.*

Poſt orationem hanc ſacram feliciter habitam canebatur hymnus, *Erhalt uns Herr bey deinem Wort*, et, accepto benedicto, *Benedicamus Domino*, tandemque, *Nun Gott Lob es iſt vollbracht.*

Quamuis itaque ſacra, diuinis auſpiciis, peracta fuiſſent in templis, extra tamen templa pietas nondum ceſſabat, ſiquidem pueri oppidanae ſcholae per plateas ibant canentes, Studioſi autem in *Collegio Friderici-ano* conuenerant, ex quo, inter concentus muſicos, per plateam, a Collegio dictam, eodem ordine ac decore in forum progrediebantur, quo ante meridiem progreſſi erant in templa, atque in hoc foro teretem faciebant circulum, in quem ueniebant ceremoniarum magiſtri, Seniores circumdantes, cum duobus choris muſicis, quorum alter dextram, alter ſiniſtram, tenuit alam. Quibus bene diſpoſitis BOXBERGIVS, qui alterutri praeerat choro, alta praecinebat uoce, *Te DEVM laudamus*, cum quo ſuas coniungebant uoces Muſae omnes, apertoque capite religioſe inter concentus Muſicos canebant, poſtquam uero hic cantus finitus erat, omnes, praeter omnem ſpem atque expectationem, in genua procidebant, DEOque labiorum hoſtias, preces ſcilicet ac ſuſpiria dedicabant, ſpectatores autem, hac ſingulari atque immortali pietate permoti, idem facientes lacrymas adhuc addebant. Vti uero hoc pietatis monumentum, quod ſub dio poſuerunt Muſae, tamdiu commemorabitur, quamdiu erunt mortales, ſic DEO indulgentiſſimi *FRIDERICI AVGVSTI*, Poloniar. Regis ac Sax. Electoris, Patris patriae felicitatem ac ſalutem commendabant, laetum *Viuat*, ea, qua par erat, animi religione, praeeunte BOXBERGIO laudato, exclamantes, domum tranquillo et laeto animo abibant. uid. *Witenb. Iubel-Geſch.* p. 64, ſeq. At mox, cum uix abiiſſent, redibant. Nam hora VII, ex turribus oppidanis, quae de integro lampadibus erant illuminatae, tubae ac tympana perſonabant, quibus tum Muſae, tum populus, aduocabantur, hymnos ſequentes, *O Herr Gott dein goettlich Wort*, *Waer Gott nicht mit uns dieſe Zeit*, *Sey Lob und Preiß*, quos chorus Muſicus in turribus intonabat, concinentes, et, hac ratione, uno quaſi ore, uno quaſi animo, finem huius feſti diei faciebant in ciuitate, extra ciuitatem autem,

in campo prope albim, uiginti quatuor Ciues, qui machinas bellicas explodunt, dirigente GOTTLOB BERNHARDO KRATZIO, ignem arte factum, uariisque coloribus ac figuris distinctum, quem Tabula VI exhibet, suis sumtibus accendebant, uid. *Wittenb. Iubel-Gesch.* p. 66, seq.

TAB. VI explicatio.

Num.

1) duodecim tormenta, quorum sex in dextra, sex in siniſtra, ala dispoſita, tum initii, tum finis, signum dabant.

2) quatuor abietes lampadibus illuminatae.

3) Regiae maiestatis nomen coronatum, ſac VIVAT condecoratum, quod uiridis, albus, ruber, et caesius repraesentabat ignis.

4) Tres igniuomae rotae, totidemque trianguli et circuitores.

5) Centum et uiginti thecae compressae ac puluere pyrio completae, cuius uirtute illae in aerem exsurgebant, quae partim magno cum fragore in aere peribant, partim ignem, formas stellarum aliarumque rerumreferentem, euomebant.

6) Duae machinae, ignem, adamantum instar splendentem, euomentes.

7) Viginti quatuor thecae pyrio puluere completae, quae ignem undique errantem euomebant.

8) Viginti sex machinae, quae album ignem, formas stellarum referentem, emittebant.

Tandem hoc iucundum spectaculum, explosis tormentis, et exclamatione, Viuat Rex AVGVSTVS, feliciter finiebatur. Quia uero Rex indulgentissimus in mandato clementissimo iusserat, ut huius festi memoria, insequentibus etiam diebus, orationibus ac disputationibus recoleretur, Rector primum Magnificus, D. HANACCIVS, purpura indutus, d. xxx. Sept. orationem secularem in Templo Academico, de *Pace religiosa uniuerso sacro Imperio Rom. Germanico fausta ac fortunata*, habebat. Comitati erant Rectorem ex ipsius aedibus progredientem, Comites, Professores, Hospites, ac studiosa Iuuentus eodem ordine, decore, ac magnificentia, quibus ipso die festo in templum progressi erant. Cathedram, ab Oratore Magnifico occupatam, et panno rubro, Academiae et quatuor Facultatum insigniis, aliisque ornamentis condecoratam, uid. Tab. I, n. 9, ceremoniarum magistri circumdabant, P. C. autem et Hospites eadem occupauerant loca, in quibus ipso festo die assederant. Ante et post orationem melos a TRILLERO Nostrate religiosissime compositum, et a ROSENCRANZIO ad leges musicas redactum, uid. *Witt. Iubel Gesch.* p. 79, seqq.

inter



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/465
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/466
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

inter concentus muſicos canebatur, ac, finito ſolenniori hoc actu, Rector eodem reducebatur ſplendore, quo in ſequenti die, ſiue Kal Octobr. hora X idem ducebatur in dictum Academiae templum ad audiendam orationem, quam D. WEICKHMANNVS, Ordin. Theol. nomine, ſuis habebat ſumtibus, ad eamque Programmate, de *τῷ Θείῳ in pace religionis*, inuitauerat Academiae Ciues. Poſtquam igitur Rector cum comitatu omni in aedem intrauerat ſacram, ſaepius dictam, ante orationem carmen, a TRILLERO toties laudato, elaboratum, et a WETZKIO, muſices directore, arti muſicae accomodatum, decantabatur, organo maiori, tubis, buccinis, tympanis, aliiſque muſicis inſtrumentis ſimul adhibitis. Haec cum agerentur, Orator, intra id tempus, a quatuor Ceremoniarum magiſtris locorumque deſignatoribus, ex ſacrario in cathedram eandem, quam Rector pridie Kalendarum Octobr. occupauerat, deducebatur, et pro ſuo dicendi flumine grauiter dixit eleganterque, officio autem perfunctus ſuo, inter concentus muſicos, et, quod canebatur, melos, uid. Witteb. Iubel Geſch. p. 89, ſeqq. redibat in ſacrarium, praeeuntibus quatuor mareſchallis. Quibus finitis, ut comitatus uniuerſus Rectorem deduxit domum, praeeuntibus tubis ac tympanis, itemque XII ductoribus ac quatuor miniſtris publicis, ſic a meridie ſtudioſa Iuuentus in *Fridericiano* conueniebat, ex eoque hora III, praeeuntibus tympana pulſantibus ac tubicinibus, itemque mareſchallis, per plateam a Collegio dictam, ad aedes Rectoris Magnifici progreſſi, ipſumque tympanis, buccinis, tubis, aliisque muſicis inſtrumentis ſalutabant, *Viuat* Rector Magnificus, D. HANACCIVS, cet. exclamantes. Quo facto in forum ſeſe recipiebant, in eoque circulum facientes, quatuor Academiae ordinibus *τὸ Viuat* alta precabantur uoce. Dehinc alter chorus ad Comitis EINSIDELII, alter ad WERTHERI aedes accedebat, et utrique, tympanis ac tubis, *Viuat* dicebant. Quo humanitatis officio exhibito, reuerſi in forum ac conſociati decenter ſunt conuiuati in publico, et tandem, hora X, domum redierunt omnes, fauſta quaeque ſibi inuicem precantes.

Die II Octobr. horam circiter octauam, maximae campanae ſonitu ſolennis actus indicabatur Promotionis Doctoralis, ad quam, literis iam publicis, Procancellarius D. LANGGVTHIVS, de *uita et meritis* b. D. MATTHAEI RATZENBERGERI, agens Academiam inuitauerat, quaeque de integro, hora IX, tubis ac tympanis ante aedes Procancellarii publicabatur, hora uero X inde, in templum Academicum, Rectore Magnifico primas tenente, et Miniſtris publicis, ſceptriferis, praeeuntibus, rhedis ſunt uecti eodem ordine, qui ab ordine Theologorum erat obſerua-

ſeruatus, uid. ſupra, p. 363. Melos, quod inter concentus Muſicos canebatur, D. TRILLERVS confecerat, uid. *Witteb. Iubel-Geſch.* p. 92, ſeqq. Quo finito, Promotor, D. GEORGIVS RVDOLPHVS BOEHMERVS, dicebat de *medicis, qui tum de Scriptura S. tum de Auguſtana Confeſſione bene meriti ſunt*, rogabatque Procancellarium, ut ſibi poteſtatem, quatuor Licentiatos iuribus ac priuilegiis Doctoralibus, ornandi concederet. Qua impetrata Doctores creabat ſequents, 1) IO. DAVIDEM KREYSIGIVM, Trebitio Saxonem, Pract. Witteb. 2) CHRISTIANVM GOTTLOB OTTONEM, Lugauio-Sehoenburgenſem, Pract. Lommatienſ. 3) IO. GABRIELEM MENTIVM, Longo Saliſſo-Thur. ibidemque Practicum. 4) CAROLVM CHRISTIANVM TITIVM, Roſwino Miſnicum, Pract. Witteberg. Reliquae circumſtantiae, quas hic commemorare poſſemus, erant eaedem, quae ſupra, p. 363, ſeq. ſunt recenſitae. Poſtremo Theologorum ordo Doctores Medicos, recens creatos, ad altare ducebat, ibidemque hymnum, *Te DEVM laudamus*, inter concentus Muſicos, flexis genibus canebant, atque, DEO perſolutis precibus, ad aedes uehebantur Promotoris, ibidemque quindecim conuiuae excipiebantur prandio.

Die III Octobr. hora X in aedibus Rectoris Magnifici conuenerunt P. C. et Hoſpites, tympanis item ac tubis ſtudioſa Iuuentus, atque eodem ſolennitatis ritu, quo ſuperioribus diebus feſtis factum, progreſſi ſunt in aedem Academicam, ibique carmen, a TRILLERO tories laudato compoſitum, a ROSENCRANZIO autem ad artis muſicae regulas redactum, ante et poſt orationem, quam, Facult. Phil. nomine, Academiae Senior Venerab. GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS, annum octogeſimum tertium agens, habuit, in cathedram a ceremoniarum magiſtris adductus, de uerbis b. LVTHERI, uaticinantis omnino, ex *Comment. in Gen.* XXV deſumtis, *Nos moriemur in pace, antequam ueniat malum, et calamitas ſuper Germaniam*, i. e. bellum Schmalcaldicum et uniuerſae Germaniae, decantatum eſt, Rectorem uero Magnificum comitatus deduxit domum, eoque ipſo huic actui ſolenni, et toti Iobelaei huius feſto finis eſt impoſitus. Interea tamen uariae diſputationes fuere conſcriptae, quas eo ordine recenſebimus breui, quo illae ſunt habitae, nullis hic honorum titulis neque dignitatibus adiectis, quoniam illos infra p. 388, ſeq. uidere licebit.

Die IV Octobr. CHRISTOPH. LVDOV. CRELLIVS, IC. Reſp. CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHLENCKER, Beyersdorfio Miſn. *de Crimine in excubiis commiſſo*, occaſione cap. LXXXIV et LXXXV pacis religioſae ducentos abhinc annis confectae.

D. VI Octobr. ANDREAS FLORENS RIVINVS, IC. Resp. Auctor, IO. CAROLVS TISCHERVS, *Cizenſ.* de *iudicio peritorum in arte optimo litium dirimendarum iuris remedio.*

D. VII Oct. CAROL. GOTTLOB HOFMANNVS, D. Resp. Auctor, M. CHRIST. GOTTLOB BVRGERVS, *Zittau. Luſ.* de *antiquitate Liturgiae Euangelico-Lutheranae ex Iuſtino M. demonſtrata.*

D. XII Oct. ERNEST. CHRISTIAN. SCHROEDERVS, P. P. Resp. Auctor M. ERN. GODOFR. CHRIST. SCHROEDERVS, Witteb. de *Iobelaeorum, ſociis A. C. ſacrorum licita, celebratione.* Vbi notatu uidetur dignum, quod Parens octogeſimus Filii praeſes, et nepos, ERN. GODOFR. CHRISTIANVS KLÜGELIVS, opponens, fuerit.

D. XIII Oct. M. ERN. GOD. CHRIST. SCHROEDERVS, Resp. CHRISTIANVS GOTTLOB KRÜGER, Strega-Luſ. materiam Diſputationis anteced. continuauit.

Eodem menſe M. FRIDER. IMMANVEL SCHWARZIVS, Adi. Resp. CAROL. FRID. HOFMANNVS, Lipſ. *memoriam ſecularem Wittebergae, anno, quo Pax Religioni ſanctiori diuinitus data eſt, florentis celebrauit.*

- - Idem Praeſes et Resp. Auctor, M. IO. FRIDER. HENNE, *Sonnewald.* Luſ. de *Curiae Romanae ſententia de pace Auguſtana.*

- - GEORGIVS MATTHIAS BOSIVS, P. P. Resp. Auctor, M. CHRISTIANVS AVGVSTVS CLVGIVS, *Wittebergenſis,* de *aeternitate mundi temere aſſerta.*

D. XXIV Octob. HENR. AVGVSTVS ZEIBICHIVS, Adi. Resp. Auctor, IO. HENRICVS MÜCKE, *Witteb.* de *Apolline Ἐπιδημίῳ.*

D. V Nou. M. IO. GOTTLOB HEYNIVS, Adi. Resp. IO. ANASTASIVS GRVLICHIVS, *Freyberg.* de *Seruitute erudita, pace religioſa, ſublata.*

D. XV Noubr. ANDREAS FLORENS RIVINVS, IC. Resp. Auct. AVGVSTVS HENRICVS HEYDENREICH, *Dreſd. Miſn.* de *Circitoribus.*

- - IDEM Praeſes, et Resp. ADOLPHVS ADLERVS, *Dreſd. de Auditoriis Legalibus.*

- - GEORGIVS FRIDER. KRAVSIVS, IC. Resp. GOTTFRIED REINHARDVS, Longoſoliſſa-Thur. de *Reſtitutione in integrum, praeſertim propter metum dolumque malum.*

- - IDEM Praeſes, et Resp. IO. BONAVENTVRA IOSEPHVS HERMANNVS, *Aicha Bauarus,* de *Reſtitutione in integrum ob aetatem minorem et abſentiam.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/469
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

- - LEONHARD. LVDOV. MENCKEN, IC. Resp. GOTTHELF MICHAEL FRIDERICI, Lusat. de *Remissione debiti eiusque effectu.*

Mense Decembr. CAROLVS GOTTLOB SPERBACHIVS, P. P. Resp. Auct. M. LEONHARDVS GOTTFR. IAHNIVS, *Zahna* Saxo, de uoce יהוה

- - M. LEONHARDVS GOTTFRIED IAHNIVS, et Resp. IO. GVSTAVVS MARGGRAFFIVS, *Boxlebiens.* Schwarzburg. de uoce יהוה

- - M. IVSTINVS ELIAS WÜSTEMANN, qui sub praesidio D. IO. FRIDER. WEIDLERI, P. P. disputaturus erat, quoniam uero hic repentina morte diem obierat, ipse hanc dissertationem, de *Latitudine et Longitudine Wittebergae et de Collegia Ptolomaei*, sine Respondente habuit.

- - IDEM Praeses, et Respondens, IO. CHRISTOPH MÜLLERVS. *Zittauia* Lus. de *Vrbibus Germaniae magnae secundum Ptolomaeum.*

- - CHRISTIAN. SIGISM. GEORGIVS, Resp. M. CHRISTOPH. FRIDER. MAVLIVS, *Kelbra* Thuringus, de *Herrnhutianis, nec Aug. Conf. sociis, nec pacis religiosae participibus.*

- - IO. GEORGIVS WALTHERVS, P. P. Resp. IO. GEORGIVS A REPHVN, *Eques Anhaltin.* de *Autonomia Ecclesiae.*

Tandem felicissimi huius anni seculare festum iobelaeum, nomine Rectoris Magnifici, Prodecanus, D. GEORGIVS, Programmate in *Natiuitat.* Christi, *de Angelis in natiuitate Christi iobelantibus, Wittebergae iobelantis ducibus*, agente, clausit. DEO sit laus et gloria! Disputationes uero, programmata, aliaque scripta, quae ante festum Iobelaeum, hoc eodem anno, sunt edita, uid. in *Conspectu Dissertat. Program. aliorumque scriptorum*, a ministris publicis, GEORGIO CHRISTIANO EVLISIO et IO. GOTTLIEB SORGIO, edito. Haec itaque cum agerentur, tempus aduenerat, ut Rector Magnificus, D. HANACCIVS, fasces Academicas, quas tanta cum laude gesserat, in templo Academ. d. XIIX Octobr. traderet successori, GEORGIO RVDOLPHO BOEHMERO, Med. D. et P. P. idem ille meditatus erat, ut, hac quoque solennitate, memoria iobelaei de integro quasi celebraretur, DEO que gratiae iterum iterumque persolueren-tur, quam ob rem imaginem, iuxta Tab. VII, inuenerat ipse, eaque ornauerat areae cancellos, cathedrae, quam Rectorem cum Successore conscendere oportebat, oppositos. Postquam igitur dies XIIX Octobr. illuxerat, post horam IX P. C. in aedibus Rectoris conueniebant,

Deo protegente, sVb saXonIae ensIbVs et eIVs
MVsae VVIttenbergenses IobeLantes e paCe
r. VIa
fLoreb Vit

ACADEMIA VVITTENB
CUM CIVIBVS SVIS
PACIS RELIGIOSAE
CAVSA PIE ORNATEQ.
IOBELANS ANNO
CIↃIↃCCLV
D. XXIX
SEPTEMBR

J. M. Höroldt del.

J. D. Schleuen sc.

Tab. 7.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/471
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/472
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

1706 *Christian. Röhrensee*, Mor. P. P. L
-- *Io. Erdm. Daschizki*, F. Ph. Ad. XVI
1707 *Conr. Sam. Schurzfleisch*, P. P. XVII
-- *Io. Bapt. Röschel*, Phys. P. P. XXII
1708 *Io. Christoph Wichmanshausen*, Or. L. P. XXXIIX
-- *Ern. Christian. Scroedter*, Mathem. Prof. Extraord. XLIV
1709 *Georg. Frider. Schroeer*, Log. et Met. P. XXXII
-- *Io. Guil. Berger*, Eloq. P. P. XL
1710 *Georg. Guil. Kirchmaier*, Gr. L. P. P. XXXIII
-- *Herman. Becker*, Riga Liuon. Adi. XIX
1711 *Henr. Leonh. Schurzfleisch*, Histor. P. P. XXXII
-- *Io. Andr. Planer*. Sup. Math. P. XXX
1712 *Henric. Klausing*, Th. D. Log. et Met. P. P. XXX
-- *Georg. Mich. Cassai*, Hung. Adi. XIX
1713 *Adam Brendel*, M. D. Phys. P. XLIV

- - *Ernest. Christian. Shroedter*, Infer. Math. P. XXIIX
1714 *Io. Christoph. Wichmanshausen*, Or. L. P. XLIV
- - *Fridericus Strunzius*, Fac. Phil. Adi. XXIIX
1715 *Io. Guil. Berger*, Eloq. P. P. XLIII
- . *Georg. Guil. Kirchmaier*, Gr. L. P. XXXII
1716 D. *Henr. Clausing*, Mat. P. XXXIIX
- - *Io. Godofr. Leschnert*, Dahmensis, Adi. XLIV
1717 *Ern. Christ. Schroedter*, Log. et Metaphys. P. XXXIIX
- - *Martin. Hassen*, Mor. P. P. XLIII
1718 *Mart. Gotthelf Loescher*, Med. Doct. et Phys. P. XLV
- - *Io. Sam. Luppius*, F. Phil. Adi. XXI
1719 *Io. Guil. Ianus*, Hist. P. P. XXXI
- - *Frideric. Strunzius*, Poes. P. XXIII
1720 *Io. Fr. Weidler*, Sup. Math. P. XX
- - *Chr. Bernh. Bücher*, Adi. XVII
1721 *Io. Christoph. Wichmanshausen*, Or. L. P. P. XLVI
- - *Io. Guil. Berger*, Eloq. P. P. XLI
1722 *Georg. Guil. Kirchmaier*, Gr. L. P. XXXVI
- - *Hier. Wigand Biel*, F. Ph. Adi. XX
1723 *Ern. Christ. Schrödter*, Log. P. XXVI
- - *Martin. Hassen*, Mor. P. P. XXXI
1724 *Mart. Gotth. Loescher*, M. D. Phys. P. P. XXXV
- - *Io. Zach. Hilliger*, Phil. P. Extraord. XXXII
1725 *Frider. Strunz*, Poes. P. P. XIIX
- - *Io. Frider. Weidler*, Sup. M. P. XX
1726 *Iac. Car. Spener*, Hist. P. P. XXIX
- - *Io. Gottlob Vollsack*, Calou. Fac. Phil. Adi. XXXV
1727 *Io. Matth. Haasius*, Inf. Math. P. P. XXXIII
- - *Io. Guil.* de *Berger*. Consil. Caesar. et Reg. Eloq. P. XLI
1728 *Georg. Guil. Kirchmaier*, Consil. Reg. XXIII
- - *Ern. Frider. Cobius*, F. Ph. Adi. XVI
1729 *Ernest. Christ. Schroedter*, Log. et Metaphys. P. XXIX
- - *Martin. Hassen*, Moral. P. P. XXVI
1730 *Mart. Gotth. Loescher*, M. D. Phys. P. P. XXIII
- - *Sam. Christ. Hollmann*. Ph. P. Ext. XIX
1731 *Io. Frider. Weidler*, Sup. M. P. XV
- - *Io. Matth. Haasius*, Inf. Math. P. XXV
1732 *Christoph. Lud. Crellius*, I. N. et Poes. P. XXVII
- - *Io. Dan. Dietrich*, Quedlinb. Adi. XII
1733 *Francisc. Wokenius*, Or. L. P. P. XXIII
- - *Io. Gottlieb Krausius*, Hist. P. P. XXI
1734 *Io. Guil. a Berger*, Cons. Caes. et Reg. Aul. XXXIIX
- - *Christian. Sigism. Georgius*, Luccau. Fac. Phil. Adi. XL
1735 *Georg. Guil. Kirchmaier*, Consil. Reg. XXIV
- - *Ern. Christ. Schroedter*, Log. et Met. P. P. XXXIV
1736 *Martinus Hassen*, Mor. P. P. XXXII
- - *Gottlob Friedem. Hasenung*, Witteb. Adi. XXII
1737 *Io. Frider. Weidler*, I. V. D. Sup. Math. P. XXVI
- - *Io. Matthias Haasius*, Infer. Math. P. P. XIX

1738

1738 *Car. Gottlob Sperbach*, Or. Ling. P. XXXVII
-- *Io. Henric. Martius*, Poef. P.P. XXIV
1739 *Io. Guil. Hofmann*, Hift. P.P. XXIIX
-- *Io. Guil.* Nob. de *Berger*, Eloq. P. P. cet. LI
1740 *Georg. Guil. Kirchmaier*, Conſil. Reg. et Gr. L. P. XXIII
-- *Frid. Guil. Iahr*, Adi. XXIV
1741 *Erneſt. Chriſtian. Schroedter*, P. P. XXXIV
--*Martinus Haſſen*, Moral. P. P. XXIV
1742 *Io. Frid. Weidler*, Sup. Math. P. P. XIV
-- *Henricus Godofr. Haferung*, Witteberg. Adi. XXXII
1743 *Car. Gottlob Sperbach*, Or. L. P. P. XIIX
--*Io. Henric. Martius*, Poef. P. P. XXII
1744 *Georg. Matthias Boſe*, Phyſ. P. P. XXXI
-- *Car. Henric. Zeibich*, Adi. XVI
1745 *Io. Dan. Ritter*, Hiſt. P. P. XXIV
-- *Io. Guil.* a *Berger*, Conſil. Caeſ. Aul. Reg. Acad. Sen. et El. P. P. XXIV
1746 *Georg. Guil. Kirchmaier*, Conſil. Reg. XXXII
-- *Io. Fridcr. Hiller*, Adi. XXXI
1747 *Ern. Chriſt. Schroedter*, P. P. XXX
-- *Martin. Haſſen*, Conſil. Aul. XXIII
1748 *Io. Frider. Weidler*, Sup. Math. P. XXII
-- *Chriſt. Sigism. Georgius*, Theol. D. et P. P. XXX
1749 *Carol. Gottl. Sperbach*, Or. Ling. P. XXII
-- *Io. Henric. Martius*, Poef. P. P. XXIV
1750 *Georg. Matthias Boſe*, Phyſ. P. P. XVII
-- *Gotthelf Sam. Petri*, Adi. XIX
1751 *Io. Dan. Ritter*, Conſ. Aul. XX
-- *Georg. Frider, Baermann*, Inſ. Math. P. P. XIII
1752 *Io. Georg. Walther*, Conſil. et Mor. P. P. XXXI
-- *Io. Gottlob Werner*, Adi. XXIV
1753 *Chriſtian Cruſius*, El. P. P. XX
-- *Georg. Guil. Kirchmaier*, Conſ. Reg. Gr. L. P. Acad. Sen. et nonum Decan. XXIII
1754 *Ern. Chriſtian. Schroedter*, Log. Metaphyſ. P. P. Acad. Subſen. et nonum Decanus. L
-- *Iohannes Bücher*, Adi. XXX
1755 *Io. Frid. Weidler*, Math. Sup. P. P. XXI
-- *Carol. Gottlob Sperbach*, Or. L. P. P. XV

Summa, hoc ſeculo, promotor. 5610

A fundatione Acad. usque ad an. 1655, 7467

Eſt itaque uniuerſus numerus 13077.

XI

Catalogus Rectorum.

I Rector Magnificentissimus,

DN. FRIDERICVS AVGVSTVS, Princeps Regius et haeres Electoratus Saxon. ab anno 1702 usque ad annum 1719. Nunc. Rex. Pol. et Elect. Pater patriae ac Dominus noster Clementissimus.

II Perillustris Liber Baro,

Christianus Augustus a *Friesen*, 1663

III Professores Theologiae,

Iohannes Scharfius, 1636, 1656.
Iohannes Meisner, 1652, 1658, 1666, 1672, 1678.
Andreas Kunadus, 1654, 1660.
Io. *Andreas Quensted*, 1662, 1668, 1674, 1680, 1682.
Iohannes Deutschmann, 1664, 1670, 1676, 1682, 1688, 1692, 1698, 1705.
Io. *Frider. Mayerus*, 1684.
Michael Walther, 1676, 1690.
Philippus Ludouicus Hannekenius, 1694, 1700.
Io. *Georgius Neumannus*, 1696, 1702, 1706.
Gottlieb Wernsdorfius, 1708, 1712, 1718.
Io. *Henr. Feustking*, 1710.
Mart. Chladenius, 1714, 1720.
Georgius Fridericus Schroeer, 1704, 1716, 1722, 1726, 1732, 1738. Obiit Rector.
Io. *Guilielmus Ianus*, 1724.
Io. *Caspar Haferungius*, 1728, 1736, 1742.
Io. *Georgius Iochius*, 1730.
Christoph. Heinric. Zeibichius, 1734, 1740.
Christianus Fridericus Bauerus, 1744, 1748.
Ioachim Samuel Weickhmannus, 1746, 1750.
Christianus Sigismundus Georgius, 1752, 1754.

IV Professores Iuris.

Samuel Ritter, 1657.
Augustinus Strauchius, 1643, 1659.
Caspar. Ziegler, 1661.
Christianus Klengel, 1663.
Wilhelmus Leiserus, 1665, 1673.
Ioachim Nerger, 1667, 1675, 1681.
Wernerus Theodorus Martini, 1669, 1677, 1683.
Michael Fridericus Lederer, 1671.
Godofredus Stranssius, 1679, 1685, 1693, 1701.
Georgius Michael Heberus, 1687, 1695.
Io. *Henricus Berger*, 1689, 1697, 1703.
Caspar. Henricus Hornius, 1691, 1699, 1705, 1715.
Io. *Balthasar Wernher*, 1707, 1713, 1725.
Georgius Beyerus, 1709.
Michael Henricus Griebner, 1711, 1717.
Gebhard Christianus Bastineller, 1719, 1727, 1737, 1745, 1751.

Godofre-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/498
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Godofredus Ludouicus Mencken, 1721, 1729.
Christoph. Henricus Nob. de *Berger*, 1723.
Io. Godofredus Krausius, 1731, 1733, 1739. Obiit Rector.
Io. Fridericus Wernher, 1735. Obiit Rector.
Io. Ludouicus Crellius, 1730, 1741.
Andreas Florens Riuinus, 1743, 1747, 1753.
Christianus Hanaccius, 1749, 1755.

V Professorum Medicinae

Conrad. Victor Schneiderus, 1641, 1645, 1649, 1655, 1661, 1667, 1673, 1679
Michael Sennertus, 1651, 1657, 1663, 1669, 1675, 1681, 1687.
Marcus Banzerus, 1539, 1643, 1647, 1653, 1659.
Iohannes Strauch, 1665, 1671, 1677, 1683.
Iohannes Thiele, 1685.
Io. Godofredus Berger, 1689, 1693, 1699, 1705, 1709, 1713, 1719, 1725, 1731, nouies, sine exemplo, Rector.
Georgius Franeus, 1691.
Christianus Vater, 1695, 1701, 1707, 1711, 1715, 1721, 1727.
Adam Brendel, 1717.
Io. Henricus Nob. de *Heucher*, 1723, 1729, 1733, 1746. Obiit Rector.
Abrahamus Vaterus, 1735, 1741.
Christian. Godofred. Stentzelius, 1737, 1739, 1743, 1747.
Georgius Augustus Langguth, 1749, 1753.
Daniel Wilhelmus Trillerus, 1751.

VI Professorum Philosophiae

Reinhold Franckenberger, 1656, item, 1620, 1634.
Iohan. Sperlingius 1658. Obiit Rector.
Christoph Nothnagel, 1642, 1660.
Io. Ericus Ostermannus, 1644, 1662.
Andreas Sennertus, 1648, 1664, 1688.
Michael Wendler, 1666.
Christianus Trentschius, 1652, 1668.
Constantinus Ziegra, 1670, 1690.
Georg. Casp. Kirchmaierus, 1672, 1692.
Io. Strauchius, 1674.
Michael Walther, 1676.
Balthasar Stollberg, 1678.
Christianus Roehrensee, 1680, 1696.
Conr. Sam. Schurtzfleisch, 1682, 1698.
Christianus Donati, 1684.
Theodorus Dassouius, 1686.
Michael Strauch, 1694.
Io. Baptista Roeschel, 1700.
Io. Christoph. Wichmannshausen, 1702.
Georg. Frider. Schroeer, 1704.
Io. Guil. Berger, 1706, 1736.
Georg. Guil. Kirchmaierus, 1708, 1738, 1756.
Henricus Leonhard. Schurtzfleisch, 1710.
Andreas Planerus, 1712.
Henricus Klausingius, 1714.
Ern. Christianus Schroedterus, 1716, 1740.
Martinus Hassen, 1718, 1742.
Martinus Gotthelf Loescher, 1720.
Fridericus Strunzius, 1722.
Io. Fridericus Weidlerus, 1724, 1744.
Carolus Iacobus Spenerus, 1726.
Io. Matthias Haasius, 1727.

Christophorus Ludouicus Crellius, 1730.
Franciscus Wokenius, 1732.
Io. Gottlieb Krausius, 1734.
Carolus Gottlob Sperbachius, 1746.
Georgius Matthias Bosius, 1748.
Io. Daniel Ritterus, 1750.
Georgius Frider. Baermannus, 1752.
Io. Georgius Walther, 1754.

XII

Inscriptiones in templo Academ.

IOHANNIS SCHARFII, D.

D. S. Hic situs est Iohannes Scharfius, Phil. et Theol. Doctor Professorque Primarius, nec non et Templi huius Praepositus, in quo candor cum sapientia, pietas probitasque cum eruditione, fides industriaque paria semper fecerunt, natus est Croppenstadii D. XIII. Iunii ann. M D XCV, obiit D. VII Ianuarii anno M DC LX, cum docuisset publice ann. XXXII, uixisset ann. LXIV, Mens. VII, si modo potest obire, quem tot praeclara scripta ac merita immortalem reddiderunt, Anna Hillia liberique ex II coniuge Anna Catharina Pelshofera ac Gener, superstites, marito, patri, socero optime merito, eidemque desideratissimo, non sine lacrymis ponendum curarunt.

In tabula, in' qua effigies eius depicta est, haec uerba leguntur: IOHANNES SCHARFIVS, *Theol. P. P. Coll. Sen. et Templi Praepos.*

Rom. VIII, 28.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Natus Anno 1595. 13 Iunii. Denatus 1660. 7. Ianuar.

AVGVSTI BVCHNERI, D.

D. O. M. S. nec non memoriae Augusti Buchneri, quem sui seculi principem, superiorum nulli secundum, coluit praesens, futurum, si quod erit, admirabitur aeuum, humaniorum liter. summus uindex ac stator, Professioni Poes. XLV, Oratoriae XXX, Ephoriae Electoral. Alumnor. supra ann. XXIII, praefuit Senior Collegio sui ordinis XXIV, in Consilio Publ. ipsos XII Senator uetustissimus assedit, fasces Academ. ter, Decanatum octies, sine exemplo, gessit ea industria ac fide, ea lenitate etiam ac temperantia inter pacis perpetuum praecipuumque studium usus ubique, ut illustre nomen in orbe apud principes patriae septemuiros singularem gratiam promeretur, natus est Dresdae, D. II Nouembr. Anno c Io Io XCI. decessit Wittenb. XII Febr. Anno c Io Ioc LXI septuagenario propior.

Qui meritis famaque tuo de nomine terras
Implesti, coelum nunc tibi munus habe.

Superstites uidua ac liberi testandae

dae pietati in maritum et patrem bene meritissimum p. c.

ANDREAE KVNADI, D.

Habetur ibidem tabula, cum effigie D. ANDREAE KVNADI, cuius corpus in Coemeterio templi oppidani sepultum iacet, uid. inscriptio plenior infra, in tabula autem eius haec uerba leguntur.

Andreas Kunadus, Theol. D. P. P. Consist. Eccles. Assessor, Alumn. Elect. Ephor.

Psal. XL, u. 19.

Dominus de me cogitat, Adiutor et Protector meus tu es, Dominus meus ne tardaueris.

Natus Döbelae d. 5 Aug. ann. 1602.
Denatus d. 15 Mart. 1662.

MARCI BANZERI, D.

Christo Seruatori sacrum et beatae memoriae Marci Banzeri Augustani, in ipso etiam exilio Christiani constantissimi, scientia et experientia Medici incomparabilis, Professoris P. et Facultatis suae Senioris emeriti, qui, Anno cIↃ IↃ XCII, optimis parentibus natus, postquam in celeberrimis Europae Academiis, Altorfiana, Argentina, Montis-Pessuli, Basileensi, Patauina, Medicinae dedisset operam, Anno cIↃ IↃc XVI, Doctor Basileae dictus est, hinc Augustanus, et e Patria ob Lutheranam fidem exul Offatiensis, Camitiensis, Wittebergensis Medicus, Annae Mariae Bassaeae, et, post huius fata, Sibyllae Richterae coniux placide expirauit, Anno Christi cIↃ IↃc LXIV, Aetatis LXXII, Dignitatum Doctoralis XLIIX Professoriae XXVII, Sibylla Richtera M. O. P. C.

Leich-Text Apocal. II, u. 7.

Wer überwindet, dem will ich zu essen geben von dem Holz des Lebens, das im Paradis Gottes ist.

CHRISTOPH. NOTTNAGELII.

Christo redemtori sacrum aeternaeque memoriae Christophori Nottnagelii, qui antiqua fide, labore indefesso, qua uoce qua scriptis mathematicis orbi erudito notus, patriae Principibus carus, Vniuersitati utilis, Mathem. Super. Professorem Publ. per XXXII, annos, Academiae Rectorem semel iterumque, Decanum Facultatis suae quinquies, utriusque Seniorem tandem summa fide, solertia, et pietate egit. Natus est Hilperhusiae Francorum ad D. XII Calend. VIIIbr. Anno Christi cIↃ IↃc VII, decessit ex repentinis colicis doloribus, ipsis Kalend. Maiis, Anno C. cIↃ IↃc LXVI. Wittenbergae uxor nouissima, Elisabetha Krembergera, et ex utroque Matrimonio liberi gemti, deinde ac nepotes superstites, marito, patri, socero auoque desideratissimo, non sine ingentibus lacrimis, P. C.

Tem-

Tempore qui longo rexisti ad sidera uultus
Christophore, in Christo sidera cuncta uides.

IOH. ERICI OSTERMANNI

Paucis te uolo, uiator optime, nam, si quicquam dici fas est, exigua sunt, quae de me dicere habeo. Natus sum ego Iohannes Ericus Ostermannus Sorbigae, anno, post natum Seruatorem, cIↃ IↃc XI, literatissimo illo, sed ualde ingrato, seculo de Graecis literis docendo in Academia merevi instituens per hos XXX annos, non feci, quod uolui, sed quantum potui, boni publici studiosissimus cum uel imprudentibus, uel maleuolentissimis, hominibus minime uiderer, fasces Academicos secundum Rector mihi praeferri passus, et, fasces esse, expertus sum. Magistratu Collegii Philosophici quintum Decanus abii, et Alumnis Electoralibus per septennium prospexi, nouissime, praeter omne meritum et expectationem, in eorum numerum ascitus, qui potentissimo Electori a consiliis sunt, bellum aliquando, quod mihi cum toto exquisitissimorum morborum agmine, per uitae curriculum, fuerat, composui, et, postquam duarum coniugum maritus, nec non sex liberorum pater, quin et Academiae Senior, extitissem, uanitatum seculi pertaesus, ac spe melioris uitae fultus, decessi IV Iduum Augusti cIↃ IↃc LXIIX. Vale, Viator, et memento mori.

CONR. VICTOR. SCHNEIDERI

Academiae totiusque orbis literati decus immortale, CONRADVS VICTOR SCHNEIDERVS, *Medicus praeter exemplum H. M. C. decessit anno Christi cIↃ IↃc LXXX, IV Id. Sextil.*

Praeter hanc inscriptionem, quae in tabula aenea, eius cippo affixa, legitur, in ipso epitaphio, quod eius effigiem nitide pictam, exponit, genii quidam exhibent sequentia.

Maximorum Principum Medicus eiusdemque artis Doctor et Professor Publicus Senior, CONRAD. VICTOR SCHNEIDERVS, *memoria dignus sempiterna.*

IOHANNIS MEISNERI

IOHANNES MEISNERVS, *Doct. Theologus, P. P. Coll. Senior, Consist. Eccl. Adsessor, Templi Cathedralis ad Arcem Praepositus, A. aetatis LXVIII. A. C. M DC LXXI demort. cum uxore casta, pia, deuota,* DOROTHEA, Eliae Reheboldi, *Archiatri Elect. Sax. filia, A. aetat. LXXVI, A. C. M DCC III demortua, sub hoc lapide placide in Domino quiescit.*

Floribus hunc tumulum uotoque asperge uiator,
Dic mecum. Exuuiis his sit amica quies.

F. filius IOH. GEORGIVS MEISNERVS, *Theol. D. Praepositus et Superat. Schlibensium, A. R. S. cIↃ IↃcc III*

Prae-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/502
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Praeter hanc inscriptionem, quae in tabula aenea fusa, et cippo affixa, legitur, alia adhuc sequens in tabula, qua eius imago repraesentatur, legitur.

IOHANNES MEISNERVS, *Doct. Theol. Prof. Publ. Colleg. Senior, Consist. Eccl. Adsessor, et templi cathedral. ad arcem Praepositus, natus Torgae IV April. an. cIↃ IↃc XV.* obiit *Wittebergae XI Noubr. cIↃ IↃcLXXXI*

IO. ANDREAE QVENSTEDI

I. N. I.

Ossa hic iacent IO. ANDREAE QVENSTEDI *Quedlinburg. Sax. SS. Theol. Doct. et Prof. Publici Primarii, Consist. Eccl. Assess. et templi omnium Sanctorum Praepositi, Facultatisque Theol. in Acad. Wittebergensi Senioris. Natus anno Christi cIↃ IↃc XVII.* Obiit *anno M DC LXXXVIII, d. XXII Maii Itemque uxoris,* ANNAE SABINAE, *natae* SCHARFIAE. *Orta anno Christi MDCXXXVII, d. XXVIII Iulii, denata anno M DCC, d. XXVI Septembr.*

Praeter quam, lapidi incisam sepulchrali, in tabula, quae effigiem eius exhibet adumbratam, infra legitur sequens, IO ANDREAS QVENSTEDT, *D. P. P. Fac. Theol. Senior, Consistorii Assessor, et templi huius Praepositus.* Obiit *d. 22 Maii anno 1688, aetat. 71,* supra uero eius symbolum. *Mihi autem adhaerere DEO, bonum est.*

ANDREAE SENNERTI

D. O. M. Seniori Academiae uenerando, ANDREAE SENNERTO, DANIELIS *filio, sua et maiorum uirtute perennem nominis famam consecuto, Philologo insigni doctrina, iudicio, industria, meritis inclyto, multis honoribus integre sanctequeperfuncto, quem monumenta Ebraea, Chaldaea, Syra, Arabica, ab interitu uindicant, et laudem domi forisque partam conseruant, LI annos docuit, aetat. ann. LXXXIII expleuit. Anima uiuit, corpus terra tegit, gloria apud posteros semper manebit. Memoriae ac pietatis causa cippum honoris uidua et filia, moerentes, posuerunt M D C LXXXIX*

MICHAEL. SENNERTI

Ex uita discessit MICHAEL SENNERTVS, Med. D. et Prof. Primar. Acad. Sen. cIↃ IↃc XCI, d. XXI Iul. aetat. LXXIIX. Plura quidem inscriptio marmoris, quo b. Viri ossa teguntur, sine dubio memorabit, sed, quia ob cathedram, in qua Doctores creari solent, accessus ad cippum non datur, eam hic repetere non licuit.

CASPAR. ZIEGLERI

D. O. M. V. *Meritis illustri IC. incomparabili, Consiliario in summo prouocationum senatu omnibus elogiis maiori, senatus Iurid. Vitembergensis*

bergensis principi, summis in patria honoribus perfuncto, CASPARI ZIEGLERO, *genere, et animi nobili arte, et usu Iuris supra seculi gloriam euecto. In aula Saxonis El. mirifice aestimato, in Academia hac patris instar culto, qui sancte semper integreque uixit, reipublicae magis, quam familiae suae, consuluit, ob fidem, prudentiam, grauitatem admirationi fuit, cuius fama nunquam senescet, memoria in monumentis ingenii atque in animis hominum, donec homines erunt, uigebit. Nato A. cIↃ IↃc XXI Eid. Septembr. mortuo A. cIↃ IↃc XC, XV Eid. April. Vidua et Filia, lugentes, posuerunt.*

Imagini eius haec addita legitur inscriptio.

CASPARI ZIEGLERO, *Consil. Elect. Sax. et Ordin. Iuridici Witteb. praesidi, nato MDCXXI, Eid. Septembr. mortuo MDCXC, XV Eid. April. Vidua et Filia* M. P. C.

MICHAEL WALTHERVS

His in angustiis tantus est, quantus in orbe saepe desiderabitur, MICHAEL WALTHERVS, *D. et P. Theologiae uere incomparabilis, natus Auricae Frisiorum d. III Martii A. cIↃ IↃc XXXVIII, mortuus Wittenbergae Saxonum, d. XXI Ianuar. A. cIↃ IↃ XCII, cuius obitum sine lachrimis stupor tulerit, non fortitudo. Nec enim unum in illo miraculum, sed efficacis naturae pariter et uirtutis congestae compendio uiues uidebantur exhibere omnem elegantiam, ut Deum fallant, qui cineres Doctoris huius non uerentur, in quo diuina fuerunt omnia, genus et ingenium, cultus et manus, sors et connubia, qui ante eum eminuerunt, aequauit facile omnes, ut longissime uinceret, non aliud defuit, quam aetatis praesidium. Nihil tu itaque in eo immaturum cogita, praeter mortem, quae ipsi in hoc lapide inscripsit,* non plus ultra. *Caue autem urna metiaris uirum, illo nulla pars mundi uacat, qui et coelum replet anima et terras fama.*

In tabula uero, quae imaginem eius seruat, leguntur sequentia.

MICHAEL WALTHERVS, *quondam Mathem. Super. post SS. Theol. Doct. et hic loci Prof. P. celeberrimus, cunctis desideratus, quod inusitata doctrina et ingentibus animi dotibus rem sacram mirifice iuuabat. Nat. Auricae Fris. A. MDC XXXVIII, V Non. Maii. Decessit A. R. S. cIↃ IↃc XCII, XII Kal. Febr.*

GOTHOFREDI STRAVSSII

P. M. S. *Sta, uiator, et tristibus oculis tumulum specta, sub quo situs est Sacerdos Iuris maximus, Senatusque Iuridici praeses,* GOTHOFREDVS STRAVSSIVS, *Vitemb. Sax. Consiliarius Regius Polon. Elector. Saxon.*

Saxon. ac Principalis Seruestanus Anhaltin. grauissimus, in curia arcis prouincialis primicerius Assessor, reliquorum tribunalium dexterrimus moderator, auctoritate, iudicio, meritis inclytus, negotiorum in uita et aula peritissimus, scientia atque usu rerum incomparabilis, sanctimonia animi erga DEVM, fide in Regem, amore, studio, officio erga ceteros, constans et dictis factisque consentiens, V Non. Maii, A. MDCCVI pie placideque uita functus, annos aetatis LXIV feliciter expleuit, magnum patriae, Aulae, Academiae, desiderium reliquit, quem pietas coelo intulit, memoria uenerationem habet in terris, cui optime de se merito monumentum hoc ponendum sua impensa curauit uidua IOHANNA BARBARA BOERNERIA, *pristini memor connubii, orbitatem suam luget.*

IO. DEVTSCHMANNI
Christo Seruatori et beatiss. manibus Theologi, meritis et scriptis per XLIV annos incluti, Dn. IOHANNIS DEVTSCHMANNI, *Doctoris in hac Academia primarii, nec non templi huius Episcopi, et Alumnorum Electoralium Ephori meritissimi, qui, Iüterbogae, anno cIↃ IↃc XXV, d. Mens. Sextil. X natus, et pridie Iduum Sextil. anno cIↃ IↃcc VI in Iesu placide denatus, aetatis XXCI, 11 dies. DEO et proximo per omnem uitam deditus.*

Imagini eius sequens addita legitur inscriptio.

IOHANNES DEVTSCHMANNVS, S S. Theol. D. et Prof. P. Primarius, t. t. Decanus, eiusdemque Facultatis et totius Academiae Viremberg. Senior, Templi OO. SS. Praepositus et Alumnorum Electoralium Ephorus. Natus Iüterbogae, anno cIↃ IↃc XXV, mensis Sextil. d. X. Denatus Vitembergae Anno MDCCVI, d. XII August.

CONRAD. SAM. SCHVRZFLEISCH
D. O. M. S. *Hic situm est mortale, quod habuit immortalis memoriae uir,* CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS, *Orator, Histor. et Consiliarius Saxoniae, cultiorem per orbem celeberrimus, communis ille Germaniae Polybistor, Corbaci, in Saxonibus antiquis, A. C. cIↃ IↃc XLII, extrema coelesti quadam gratia natus, uerum extinctus idem, ingenti prorsus literarum clade, Novis Quinctil. A. C. cIↃ IↃcc IIX, anno aetatis LXVII, in hac inclyta Viteberga, cuius ille publicum decus, per ipsos fere duodequadraginta annos, aeterna cum nominis gloria, prouexit, Fratri desideratissimo, patris instar, de se promerito, non sine exquisitissimi sensu doloris* H. M. P. C. *heres diui unicus,* HENRICVS LEONARDVS, *I. V. D. Histor. P. P. Vitemberg. Consil. Sax. Vinar.* S. T. T. L.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/505 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

IO. GEORGII NEVMANNI

Hic iacet IO. GEORGIVS NEVMANNVS *Theologus in Academia Vitemb. et templi huius Antiſtes. Mortuus anno Chriſti cIↃ IↃcc IX, aetatis XLIIX.*

Efigiem eius tabula cum ſequenti inſcriptione repraeſentat.

IO. GEORGIVS NEVMANNVS, *SS. Theol. D. et P. P. templi huius Praepoſitus, Conſiſtorii Eccleſiaſt. Aſſeſſor, Academiae Bibliothecarius, et h. t. Ordinis ſui Decanus, Idibus Sept. A. C. cIↃ IↃcc IX, aetat. XLIIX defunctus.*

CASPARI HENRICI HORNII

CASP. HEINR. HORNIVS, ICt. Potentiſſ. Polon. Reg. et Elect. Sax. in ſupremo Prouocationum Senatu Conſil. Curiae Elect. Conſiſt. Eccl. et Scabinat. VVitteb. nec non Iudicii Prouinc. in infer. Luſat. Aſſeſſ. Facult. Iurid. Ord. eiusdemque Sen. Nat. Freiber. d. 3 Febr. 1657, denatus Witteb. d. 6. Febr. 1715.

Quam inſcriptionem effigies *Horniana* ſibi iunctam habet, ſepulchrali autem lapidi ſequentia inciſa ſunt.

MONVMENTVM MEMORIAE HORNIANAE SACRVM.

MARTINI CHLADENII

Monumentum MARTINI CHLADENII, *Thol. Doct. et Prof. itemque huius templi Praepoſiti, pie, placidefuncti, A. O. R. cIↃ IↃcc XXV, aetat. LV.*

Tabulae, quae effigiem eius exhibet, ſequentia uerba leguntur inſcripta.

MARTINVS CHLADENIVS, SS. Theol. D. et P. P. Templi huius ad arcem Praepoſitus et Senat. Eccleſ. Aſſeſſor, natus, A. R. S. MDCLXIX, denatus, A. MDCCXXV.

IO. GEORG. IOCHII

Molliter hic oſſa cubant Viri, dum uiueret, Magnifici, Summe Venerabilis atque Excellentiſſimi D. IO. GEORGII IOCHII, *SS. Theol. Doctor. Prof. Publ. Celeber. Senatus Eccleſiaſt. Regio-Electoral. Aſſeſſor. et templi huius Praepoſiti meritiſſimi, nati Rotenburg. Francor. A. MDCLXXVII, d. XXVII Decembr. qui, poſtquam ob uerum pietatis, quod cum orthodoxa doctrina coniunxit, ſtudium multa perpeſſus eſt, placide hic Vitembergae obiit A. MDCCXXXI, die I Octobr. maximumque ſui, diuinique ſui eloquii, quo cum omnium audientium admiratione ſaepius hoc templum reſonuit, apud omnes bonos reliquit deſiderium, cuius aeternae memoriae hoc monumentum poni curarunt uidua moeſtiſſima Wilhelmina Chriſtiana Kellneria et Filiae afflictiſſimae, Chriſtiana Sophia et Catharina Sybilla Iohana.*

Effigiei eius haec addita leguntur.

IO. GEORGIVS IOCHIVS, *SS. Theol. D. et*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/506
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

D. et P. P. O. Senat. Eccleſ. Regio-Elector. Aſſeſſor, et Templi O O. Sanctorum Praepoſitus, nat. Rotenburg. Francor. a. MDCCLXXVII denat. MDCCXXXI, d. I Octobr.

CHRISTIANI VATERI

Diui CHRISTIANI VATERI, *Medici Nobiliſſimi, in Academia hac Profeſſoris, in Aula Anhaltina Conſiliarii et Archiatri, Anno Chriſti cIↃ IↃcc XXXII, aetatis primo et octogeſimo, matrimonii primo et quinquageſimo, pie exſtincti monumentum uidua, Filius Collega, et Filia, lugentes, poſuerunt.*

IO. GODOFREDI DE BERGER

D. O. M. Mortale, quid quid habuerunt, heic depoſuerunt CHRISTIANA BENIGNA *de* BERGER, *origine Richteria, d. XVII Calend. Nouembr. MDCCXXXIII, aetatis anno LXVII, et* IO. GODOFREDVS *de* BERGER *Potentiſſimi Sarmatarum Regis et Principis Electoris Saxoniae in Aula Conſiliarius et Archiater, nec non Profeſſor Medic. in hac Alma Leucorea, Primus, Academiae Senior, d. V Non. Octobr. cIↃIↃcc XXXVI, dum uixerat annos LXXVII, Parentibus Optimis moeſtiſſima Filia L. L. Q. poſuit* CHRISTIANA HENRIETTA BRENDELIA, *nata de Berger.*

IO. GODOFREDI KRAVSII

Memoriae D. IO. GODOFR. KRAVSI, *Iuris Conſulti docti non minus, quam prudentis et probi, Academiae quartum Rectoris, nati Freibergae Kal. Nouembr. A. cIↃ IↃc LXXX placideque defuncti Kal. Septemb. A. cIↃ IↃcc XXXIX, uidua liberi et gener.* H. M. P. C.

IO. GVILIEL. HOFFMANNI

Hic ſitus eſt IO. GVILIELMVS HOFFMANNVS, *I. V. D. Hiſtor. Prof. Publ. Potentiſſ. Regis Polon. et Pr. El. Saxoniae a Conſil. Aulicis, natus, A. cIↃ IↃcc X, tert. decimo Cal. Decembr. Zittauiae, Parent. Optim.* GODOFREDO HOFFMANNO, *Moderatore Lycei Zittau. Clariſſ. et* CHRISTIANA, *ſtirpis Schoenfelderae. Patria literis imbuit ſed, A. cIↃ IↃcc XXVII, transmiſſum Viadrina grauiori uariaque doctrina, in contubernio potiſſimum diſciplinaque fratris* CHRISTIANI GODOFREDI, *Antecеſſ. Primar. et Regii intimique Conſiliarii, limat, creſcente ingenii fama Vitembergam, A. cIↃ IↃcc XXXVII, ad munus hiſtorias interpretandi accitus ea ſe uirtute praebet, ut non mediocrem ſui expectationem induſtria, ſcientia, auditorum frequentia, uincat plurium, inde populorum Sueonum etiam Batauorumque ſtudio expetitus habet quidem facultatem fortunae ſaepius amplificandae, ſed cunctis bonoribus anteponit obſequium Saxoniae deuotum, huius pietatis ampliſſ. fert fructum ab Rege Heroque ſuo noua Conſiliarii Aulici dignitate*

tate magnisque beneficiis aliis auctus, quibus dignum se praestare dum cupide docendo scribendoque nititur, inter medios labores affectorum insigniumque operum immatura morte extinguitur, natus annos undetriginta. Decoris sui memoriae L. M. Q. cura D. CHRIST. GOTTLIEB HOFFMANNI, *Syndici Zittauiensis, ponit Familia Hoffmanniana XII Cal. Nou. A. cIↃ IↃcc XXXX*

CHRIST. HENR. ZEIBICH

Effigies Viri Summe Venerabilis, CHRISTOPHORI HENRICI ZEIBICHII, *Doctoris et Professoris Theologi in Academia Vitembergensi Primarii, ad aedem OO. SS. Praepositi, Senatus Sacri Assessoris, suique Ordinis Senioris, qui, A. O. R. MDCLXXVII, IV Cal. Iul. natus, muneribus sacris Baruthi, Ileburgi, Vinariae, Merseburgi, Vitembergae, summa cum laude functus est. Ex* DOROTHEA ELISABETHA WAECHTLERA *octo liberos, quorum ex numero quatuor superstites sunt, suscepit. Templo huic per annos sedecim dexteritate singulari ac uigilantia praefuit, Academiae salutem promouit, gregem Christi multiplicauit, atque omni sanctiori Dei coetui carus acceptusque fuit. Senio confectus, cum in professione fidei sanctioris, A. P. S. MDCC XLVIII, IIX Cal. Iul. expirasset, spiritus ascendit ad Deum, agnique in thronum euectus, sempiternis pascitur deliciis, corpus autem, in hac aede pie compositum, aduentum Christi Iudicis, cum eoque uitam, nunquam consummandam expectat.*

ABRAHAMVS VATER

Quicquid mortale fuit ABRAHAMI VATERI, *Christiani filii, Philosophiae et Medicinae Doct. Fac. Med. Senioris et Professoris Publici Primarii, Academiae Caesareae naturae Curiosorum, nec non Regiarum Londinensis et Berolinensis Sodalis, et coniugis* CHRISTIANAE MARIAE, *B. Pauli Iacobi Marpergeri, Reg. Polon. et Elect. Sax. Consil. Aulic. Filiae hoc conditum tumulo requiem inuenit, beatamque expectat immortalitatem.*

In Epitaphio eius haec leguntur uerba.

D. ABRAHAMVS VATERVS, *Medic. Profess. Publ. Primar. Imperial. Societ. Natur. Curiosor. et Societ. Regiar. Londin. atque Berolin. Sodal. Facult. Medicor. Senior in Academ. Witteberg. natus d. IX Decembr. MDCLXXXIV, denatus d. XIIX Nouembr. MDCCLI*

GEBH. CHRIST. BASTINELLER

Ecce tibi imago uiri summi D. GEBHARDI CHRISTIANI BASTINELLERI *S. R. M. Polon. ac Princ. Elect. Saxon. a Consiliis Aulae, Senatus Sanct. Directoris, Curiae Prouinc. et Scabin. Assessoris Decret. Profess.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/508
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Profeſſ. Primar. Ord. Iurid. Ordinarii et Senioris, deſideratiſſimi Coniugis, Parentis indulgentiſſimi, doctrina, uirtutibus, meritis immortalis nat. Eid. Mai. cIↃ IↃc LXXXIX, deceſſu placido erepti, XIV Kal. Nouembr. anni Iobelaei cIↃ IↃcc LV, Coniux *ac* Liberi *moeſtiſſ.* P.C.

Praeter hos, quorum memoriam marmora ac cippi conſeruant, hoc in templo, uirorum ſequentium quoque reconduntur exuuiae, quorum memoria ſcriptis licet ac meritis ſit immortalis, tamen neque hic reticenda uidetur.

WOLFGANGVS FRANZIVS, *SS. Theol. D. P.P. et Praepoſitus, denatus d. XXVI Octobr. cIↃ IↃc XXIIX, aetatis LIV*

GVILIELMVS NIGRINVS, *Cada Bohemus, Philoſ. Pract. P. P.* Obiit *cIↃ IↃc XXXIIX, Menſe Octobr. Academiae Rector.*

IOHANNES SPERLINGIVS, *Laucha Thur. Phyſ. P. P.* Obiit, *d. XII, Aug. cIↃ IↃc LXIV, Academiae Rector.*

REINHOLDVS FRANCKENBERGERVS, *Hiſtor. P. P. et Academ. Sen.* Obiit *d. XIV Ianuar. cIↃ IↃc LXIV*

CONSTANTINVS ZIEGRA, *SS. Theol. D. Phyſ. P P. et Fac. Phil. Sen.* Obiit *d. XXI Iul. cIↃ IↃc XCI*

GEORGIVS CASPAR KIRCHMAIERVS, *Eloquent. P. P. et Acad. Senior. Denatus cIↃ IↃcc, aetat. LXV*

MICHAEL STRAVCHIVS, *Witteb. Mathem. Super. P. P. Acad. Sen. Denat. d. VI Ian. cIↃ IↃccIX, aetat. LXXIV*

IO. BAPTISTA ROESCHELIVS, *SS. Th. D. eiusdemque Prof. Extraord. Phyſ. Ord. Fac. Phil. Sen.* Obiit *d. XXVII Mai. cIↃ IↃcc XII*

IO. CHRISTOPH. WICHMANNSHAVSEN, *Or. Ling. P. P. Fac. Phil. Sen.* Obiit *d. XVII Ian. cIↃ IↃcc XXVII*

D. IO. FRIDERICVS WERNHER, *I.C. et P. P.* Obiit *Rector cIↃ IↃcc XXXV, d. XXII Maii.*

GEORGIVS FRIDERICVS SCHROEERVS, *SS. Theol. D. Prof. Prim. Acad. Senior et Regio-Electoral. Alumnor. Eph.* Obiit *Rector, cIↃ IↃcc XXXIIX*

IO. CASP. HAFERVNG, *SS. Theol. D. et P. P. Regio-Elector. Alumnor. Eph. Ord. ſui Sen. Den. cIↃ IↃcc XLIV, d. XV Maii.*

IO. GVILIELMVS DE BERGER, *Conſil. Caeſar. Aul. Reg. Pol. et Elect. Sax. Eloqu. Prof. et Academ. Sen.* Obiit *d. II Maii, cIↃ IↃcc LI*

XIII

Inſcriptiones quae in templo parochiali inueniuntur.

WERN. THEOD. MARTINI

Hier ruhet in Gott, Tit. Herr WERNER THEODORVS MARTINI, *I. V. D. et P. P. Churfürſtl. Sächſ. Appellation-Rath, des Hof-Gerichts, geiſtl. Conſiſtorii, Schöppenſtuhls und Iuriſten Facultät alhier, wie auch des Landgerichts im Marggrafthum Niederlauſitz wohlverdienter Aſſeſſor. Starb den* 9 *Martii* 1685, *ſeines Alters* 55 *Jahr* 37 *Wochen*, 1 *Tag, und deſſen Ebeliebſte, Tit. Frau* MAGDALENA SYBILLA *geb. Wellerin, ſtarb d.* 17 *Julii* 1702, *ihres Alters* 55 *Jahr*, 14 *Wochen*, 6 *Tage.*

Derer gebeiligſten Seelen Gott wohl pflege.

ABRAHAM CALOVIVS

נדיב נדובות יעץ (*

D. ABRAHAM CALOVIVS, *per ſexennium in Academia Regiomontana, ſeptennium Dantiſcanorum Theologus, ex eo, ab anno cIↃ IↃc L, hic Theologiae Profeſſor et Conſiſtorii Adſeſſor, cIↃ IↃc LII Superintendens Generalis et Paſtor, nec non ab anno cIↃ IↃc LX Profeſſor Primarius, denique ab anno cIↃ IↃc XXCI Fac. Theol. Senior, natus Morungae Boruſſorum, d. XVI April. anno cIↃ IↃc XII, denatus Wittebergae, d. XXIIX Febr. anno cIↃ IↃc XXCVI*

*) Extat. Iſ. XXXII, 8.

BALTHASAR BEBELIVS

D. BALTHASAR BEBELIVS, *Argentorato Alſatus, natus cIↃ IↃc XXXII*, Obiit *M DC LXXXVI*

Conf. ſupra p. 83.

WILHELMVS LEYSERVS

WILHELMVS, W. *Fil.* Polycarpi *Nepos*, LEYSERVS, *ICtus, et Anteceſſ. in Academ. Witteberg. nec non Elect. Curiae, Conſeſſus Eccleſiaſtici, Scab. et Dicaſt. ICtorum Adſeſſor, de ſingulis ampliſſimis muneribus incomparabiliter meritus. Quem ad intimam egregiamque Iuris ſapientiam enucleandam factisque applicandam, imo ad ſanctitatis, iuſtitiae varioris exemplum natura peperit, doctrina inſtruxit, uſus perfecit, ut excellentiſſimis priſci aeui ICtis par, ſui nemini, eſſet ſecundum. Natus Wittebergae, d. XXIV Aug. cIↃ IↃc XXIIX, Ob. d. II Maii M D C LXXXIX*

CHRISTIANA STRAVCHIA

ſuo et ſuperſtitum, ex utroque matrimonio, liberorum nomine, marito deſideratiſſimo, Patri optimo, infinitis deuincti officiis

H. M. P. C

CHRI-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/510 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

CHRISTIANI ZAHNII

Hic situs est CHRISTIANVS ZAHNIVS, *IC. Sacri palatii Comes, sanctitate uitae et summa prudentia notus passim atque commendatus, itineribus per Italiam Galliamque confectis, Saxoniae redditus, et, multa cum laude in republica uersatus, in praefectura Saxonici tractus et in quaestura Vitemb. Pr. Electori consilium, fidem, industriam probauit, omniumque expectationi satisfecit, et inter res gerendas diffusam iurisprudentiae artem faciliori ordine consignauit. Vixit an. XLVII. Decessit VI Non. Mai. cIↃ IↃc XCII. Vidua* IVSTINA, *genere* Seifrida, *et filius* CHRISTIANVS ALBINVS, *coniugi et parenti optimo posuerunt, et suae in illum obseruantiae pietatisque sanctum hoc sempiternumque testimonium reliquerunt.*

CLEOPH. SAL. LOESCHERAE

CLEOPHIDIS SALOMES SCHLOESSERIAE, *matronae rectissimi moris, quae,* D. Val. Sittigio, *Theologo Martisb. nata, cum D.* CASP. LOESCHERO, *Theologo Vitemb. XLVI annos solidos suauiter ac insigni maritalis concordiae exemplo uixit, felicitatis uero connubialis alteram et luculentam dedit liberorum superstitum XI mater incomparabilis, uixit annos LX, menses V, animam Christo, corpus morborum exercitu debellatum terrae concessit. A C. cIↃ IↃcc XVII, menses Febr. Filii Filiaeque lug. pos.*

CASP. LOESCHERI

CASPARI LOESCHERO, *Doctori Theologo. Cui Verda honestos natales, Lipsia literas et ingenii opes, dedit. Sondershusa, Erfurtum, Cygnea, Vitemberga praeconem Euangelii primarium coluere. Cui cum morbis et penuria diu luctanti posteriores uitae anni ad inuidiam felices contigerunt. Is, postquam L annis Ecclesias rexisset, Vitembergensem sigillatim ultra XXX Ephorus General. Theol. Profess. Prim. et Consist. Assessor, Senior annis aeui sui Theologos prope omnes, scriptis, consiliis, laboribus plurimos superasset, tertio et octogesimo aetat. anno, inter suorum complexus, piam Deo animam uitae satur reddidit, A. C. cIↃ IↃ ccXIIX, mense Iunii. Filii Filiaeque moerentes immortaliter de se merito,* P. C.

IO. ERICI OSTERMANNI

D. O. M. S. *et bonae memoriae* IO. ERICI OSTERMANNI. *Natus Wittebergae, anno cIↃ IↃc LIV, XIII Kal. April. Liberali disciplina in pluribus Germaniae Academiis excultus in Senatum patrium A. eiusd. sec. XXCIX, allect. A. cIↃ IↃcc XIV ad Consulatum prouectus prudentiam, integritatem, uigilantiam Reip. probauit. Duxit in matrimonium cIↃ IↃc XC, XIV Kal. Octobr.* Reginam Elisabeth, *gentis patrit.* Meuiam. *Quacum sine lite uixit, duorumque liberorum orbitatem patienter tulit. Acquieuit A. cIↃ IↃcc XXIV, IV Kal. Maii, sextum Cos. septuagenario maior. Hic a dextra sepultus marito desideratissimo uxor moestissima, cIↃ IↃcc XXVIII. S. T. T. L*

IO. GVIL. IANI

D. O. M. S. IOANNIS GVILIELMI IANI, *Professoris Theologiae summi, Alumn. Regio-Electoralium Ephori grauissimi, Rabenae prope Belzigium, cIↃ IↃc LXXXI, V Id. Nou. patre* IOANNE IANO, *pastore ibidem meritissimo, nati, Vitembergae cIↃ IↃcc XXV, VI Kal. Sept. denati, effigies modestiam et pietatem, atque doctrinam eiusdem singularem sistens. Maximam sapientiam in timore Domini semper posuit.*

GOTTLIEB WERNSDORFII

GOTTLIEB WERNSDORFIVS, *SS. Theol. D. et P. P. Prim. Ordinis sui Senior, Senatus Eccles. Assessor, Circuli Sax. Superint. General. Past. Prim. Eccl. Witteb. Serenissimoque Saxon. Principi Leucopetr. a Consiliis Eccl. haereticorum, maxime recentiorum Fanaticorum, dum uiueret, malleus. Natus Schoenewaldae, d. XXV Febr. cIↃ IↃc LXVIII, denatus Wittebergae, ipsis Kal. Iul. A. R. S. cIↃ IↃcc XXIX*

Sit tibi terra leuis, molliter ossa cubent!

IO. PAVLI SCHROETERI

Conduntur hac crypta mortales exuuiae Contugum fideliſſim. IO. PAVLI SCHROETERI, *IC. in Summo Prouocat. Senatu Dreſd. Conſil. Colleg. ICtor. huius Acad. et Cur. Prouinc. in Marcb. Infer. Luſ. Aſſeſſ. et reip. Witteb. Syndici, de muneribus, quae geſſit, Ampliſſ. deque Domo ſua optime meriti, nati Aer. Chriſt. A. cIↃ IↃ c LXIII, V Id. Febr. placide fato functi, cIↃ IↃ cc XXIX, Nou. et* ANNAE MARIAE, *ex gente Weidleria, quae cum marito VIII in luſtris coniunctiſſime uixit, et X Liberor. mater facta eſt, nat. A. cIↃ IↃ c LXIII, X Cal. Octobr. Parentibus dulciſſim. deſideratiſſimisque liberi ſuperſtites,* H. M. P. C

IO. GEORG. ABICHT

IO. GEORGIVS ABICHT, *SS. Theol. D. et P. Prim. Senat. Eccleſ. Aſſeſſ. Circul. Sax. Superint. General. Paſt. Primar. Eccleſ. Witteb. Nat. Koenigsſeae, d. XX Mart. cIↃ IↃc LXXII, denat. Witteb. d. V Iun. MDCCXL. Oſſa molliter quieſcant.*

GODOFREDI FLOERKII

Perenni memoriae D. GODOFREDI FLOERKII, *Reg. Pol. et Elect. Sax. Conſil. Aul. ac Princip. Radziuil. Archiat. Primar. Witteb. cIↃ IↃc XCI, nati, et MDCCLI ibid. denati, aetat. LX, pietatis ergo dedicarunt Vidua et Haeredes.*

XIV

Inſcriptiones in Coemiter. Paroch.

HENRICI COSELII

Siſte uiator, et pauca noſce, HENRICVS COSELIVS, *Pragenſis Boiemus, hic ſitus eſt, quem patria exegit, cum orthodoxam religionem defenderet, extorrem ſuſcepit Witteberga, fouit, inſtituit, merentemque et honeſtauit doctoral. inſignibus, et publicis auxit muneribus. Cauſſas in Curia Prouinc. egit An. II, totidemque in Collegio ICtorum aſſedit, receptus in Anteceſſorum ordinem, ius publice docuit reſponditque Ann. V, magna diligentia, dexteritatis et fidei laude. Natus eſt An. cIↃIↃc XVI ad III Eid. Maii,* obiit *IV Kal. Maii, A. cIↃ IↃ c LVII, magno omnium deſiderio, quibus per uirtutem ac aequitatem ſe charum reddiderat.*

ELISAEETH BVCHNERA *et tres de quatuor ſuperſtites liberi marito coniunctiſſ. Patri deſideratiſſ. pleni acerbiſſimis lacrymis poſuerunt.*

SAMVELIS RITTERI

D. O. M. S. B. M. *Nobiliſſ. Ampliſſ. ac Conſultiſſ. Viri* SAMVEL. RITTERI, *I. V. D. ac Pandectarum Prof. Publ. Clariſſ. Curiae Elect. Prouinc. Scabinatus ac Facultatis Iuridicae Aſſeſſoris grauiſſimi, qui natus eſt Halae Saxonum, D. III Kal. April. A. O. R. cIↃ IↃ c XXIV, ducta in matrimonium* ELISABETHA MARTINIA, *Celeberrimi illius* IACOBI MARTINI *Theologi filia, ex qua, utroque ſexu aequaliter diuiſo cum foetu poſthumo IV factus eſt Pater. In patria, ad d. IV Kal. Decembr. A. O. R. cIↃ IↃ c LVII, ac ſpei plenus, occubuit, poſthumo XXXIV annos, minus IV Menſibus, feciſſet uiuens breui curriculo quam fluxa caducaque terrena omnia ſint, dozens, mortales teſtandae pietati fraternae demerendaeque gratiae quondam exhibitae fratri pientiſſimo, de ſe optime merito, cum multo luctu,* H. M. P. C. CHRISTOPH. RITTERVS, D.

GOTTFRIDI SVEVI

Hic ſitus eſt, et in ſpem glorioſae reſurrectionis depoſitum, quicquid caducum et mortale habuit, GOTTFRIDVS SVEVVS, *Leorinus Sileſius, IC. et Cod P. P. Electoralis Curiae, Scabinatus, et Facult. Iurid. item Iud. Eccleſiaſtici, quod hic eſt, nec non Prouincialis in Inferiori Luſatia Adſeſſor, Vir politiori litteratura et ſolida eruditione praeditus, ingenioſa iudicii alacritate inſtructus, ſpectabilique*

rerum

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/512
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

rerum agendarum peritia clarissimus. Hic, suae fortunae faber, in principem locum propria uirtute aspirauit, dignus, qui omnibus Academicis honoribus perfungeretur, in singulis officiis muniisque ingenti cum laude industriae, fidei, dexteritatis uersatus, Deo pietatem, aequitatem proximo, sibi integritatem conscientiae approbauit. Inusitata uitae innocentia, morumque, supra captum seculi, probitas admirabilem, candor, modestia, pacis studium omnibus carum et aestimatum, pertinax labor de Academia et studium sacratissimarum legum meritissimum fecerunt. Quid igitur mirum, si cum luctu et desiderio bonorum omnium mortalitati ereptus sit. Natus est Leobergae Silesiorum, d. XIII Dec. cIↃ IↃ CXV, diem suum obiit Witebergae, die XXIX Mart. cIↃ IↃ CLIX. Aeternae memoriae Patris incomparabilis, piissimi, et in exemplum bene merentissimi, liberi, ex intimo pietatis affectu, lugentes et perpetuo moerore confusi,

H. M. P. C

ANDREAE KVNADI

D. T. S. ANDREAS KVNADVS, *SS. Theol. D. natus Doebelae, d. V Aug. A. C. cIↃ IↃ CII, primum, per annos II, Conrector, post, annos VI, Illustris portae Rector, mox, per biennium, Past. et Superint. Leisnicii, demum, per annos XII, Pastor et Superintendens Grimmae, denique ex mandato Ser. Elect. Sax. Professor Publ. Consistorii Ecclesiastici Adsessor, et Electoralium Alumnorum Ephorus Witebergae, per annos circiter X, matrimonium contraxit Lipsiae, Anno Ch. cIↃ IↃ CXXXV, cum Virg.* DOROTHEA, D. IOH. HOPNERI *filia, ex qua per Dei benedictionem VI filios et II filias suscepit, correptus febri acuta, d. II Martii, A. cIↃ IↃ CLXII, moritur, XV Eiusd. M. et A. Witebergae, in Domino Saluatore suo, natus annos LIX, menses VII, cui, obedientiae et gratitudinis ergo, hunc tumulum poni curarunt liberi eius moestissimi.*

Ies. 57.

Propter uenturum malum congregatur iustus.

IVLII ERNESTI SCHROEDERI

Siste gradum uiator, sub hoc saxo requiescit
IVLIVS ERNESTVS SCHROEDERVS, *Magnifici ICtorum Ordinis Assessor Clarissimus, Vir Amplissimus et Consultiss. celebris caussarum Patronus, solida iuris notitia instructus, incomparabili amore recti et ueri studio usu denique insignis, qui, cum in suo officio et diligentiam, et fidem, et dexteritatem satis probatas dederit, diuino Numini pietatem, aequitatem proximo, sibimet saluam conscientiam exhibuit, quaelibet praestantissimarum uirtutum proprium sibi poscebat terminum, et ex iuris praescripto uindicabat. De facili uniuersae ampliorem praescribebant annorum numerum, et longiorem eidem pollicebantur aetatem. At superabat hanc agendi rationem immotus fatorum ordo, dum cum moerore ac desiderio bonorum mortalitati subtrahebatur. Natus est Dannebergae, d. XIII Augusti, A. cIↃ IↃ CXXXIII, placide in suo Iesu, d. XI A. pril. noctu, intra horam primam et secundam, mortuus est, postquam XXXV annos, IX menses, diem unicum fecisset uiuens.*

Abi iam uiator et cogita, ut nunc cito extinctum, ita te quoque esse mortalem.

MICHAELIS WENDELERI

Christo Seruatori SS. et memoriae duraturae MICHAELIS WENDELERI, *SS. Theol. D. eiusd. Facult. Assess. et Prof. Extraord. nec non Phil. Pract. P. P. Qui muneris sui diligens, commodorum iuuentutis prouidus, offensionum pro utilitate publica non pauidus, cum omnes boni Professoris partes ultra XXX annos impleisset nobiliter, non tam aetate consumtus, quam laborum pertinacium assiduitate exhaustus uiribus, lento morbo extinctus est, pietatis uero, constantiae, doctrinae, et integritatis laude pulcerrimum sibi mansurum et bonorum in animis condidit monumentum. Natus est Schlettae, Misniae oppido, ad d. XXI Sept. A. cIↃ IↃ CX, denatus Wittenbergae, ad d. XXI Nouembris A. cIↃ IↃ CLXXI, Sexagenario maior,* MARIA DAVTHIA, *suo et VI superst. liber. nomine, marito desideratissimo, parenti indulgentissimo,*

ingenti moerore et acerbissimis lacrimis plena
H. M. P. C

Salue mens coelo recepta, nos simul decretoria hora aduenerit promti et parati te sequemur.

MICHAELIS LEDERERI

Siste uiator gressum, huc respice, conditi sunt in hoc tumulo manes uiri Nobiliss. Consultiss. atque Excellentiss. Dn. MICHAELIS LEDERERI, *ICti et Antecess. in hac Leucorea Celeberr. Curiae Electoralis, Facultatis Iuridicae, et Scabinatus Adsess. dum in uiuis erat, grauissimi, qui, anno cIↃ IↃ CXXXIX, die II Maii, a Nobilissimis genitoribus procreatus et feliciter educatus, ante XXV aetatis annum ad summos honores euectus erat, sed anno cIↃ IↃ CLXXIV, die IX Octobr. uita excessit ingenti cum Vniuersitatis et ciuium luctu, postquam in hac mortalitate superauerat XXX annos, V mens. VII dies, hoc unico post uitam felix, quod tres filios, sicut in uita, ita et in morte, ad latus positos haberet, tu uiator luge uirtutis et eruditionis mortalitatem, similes uero Saxoniae ICtos praecare et abi.*

AVGVSTI FLEISCHHAVERI

Lege uiator, ac mirare non longaeuitatem quidem communem aliis familiarem Leucori, sed fati uirtutumque rara AVGVSTI FLEISCHHAVERI, *uenerabilis et incani senis ultra seculi dimidium meriti Archidiaconi ad Paroch. Templum. Patre satus musico Zachaeo octogenario hic olim capulari, prid. Kal. Sept. A. cIↃ IↃ XCV, Glauchiae, Matrem coluit egregiam,* MARIAM KOENGIAM, *Praeceptores habuit Theologos, ante annos L celebres, beatos dudum, Hunnios, Balduinos, Meisneros, Franzios. Cum Sybilla Balduina coniuge una eademque conuixit sine lite annos LIII, liberos suscepit X, filios IV, filias VI, nepotes XX uidit. Dira duraque a peste, ab annona a bellona, pluries perpessus patientia incredibili exsuperauit, sacro munere non doctrina sola, sed uita etiam, in exemplum praefuit, miti humilique semper genio, quem proprium esse ordini Religioso Deus ipse uoluit, primus a senectute ipsi morbus, alter a casu quodam ante VII menses, ultimus a colluuie malorum plurium, niuacior et felicior Augusto, expletis annis LXXXI, diebus XVII, animam exspirans placide, XV Kalend. Octobr. A. cIↃ IↃ c LXXVI. Per Angusta ad Augusta aspirauit iam uere Augustus factus. Abi Lector, et mori mature disce, ut aeternum uiuas.*

G. KIRCHM. P. P. CONC.

CHRISTIANI TRENTSCHII

AE. D. Q. M. S. Hic situs est Amplissimus Vir, CHRISTIANVS TRENTSCHIVS, *quem Haina Misniae suscepit, Lipsia expoliuit, Witteberga perfecit, ipseque uicissim Wittenbergam doctrina, meritis, omni laude nobilitauit, et Logicae acumen Metaphysicaeque subtilitates diligenter eruit, sapienter explicauit, artesque reconditas feliciter propagauit Vir, uita, fide, moribus, sermone, factisque consentiens, familiae decus, Academiae ornamentum, fuit, profitendo publice totos XXIIX ann. laudabiliter exegit, decessit tandem septuagenario maior, expectat hic corporis atque animae coelestem consociationem.*

D. O. M. S

MICHAELIS SCHERNACCII

Viro de Ecclesia hac meritissimo, Diacono fidelissimo, qui natus cIↃ IↃ c XXII, d. XVII Febr. fidae Brizae, postquam in uita tota, et per XV annos in officio suo Deo fidem, patientiam et constantiam, in matrimonio cum MARIA ELISABETHA FLEISCHHAVERIANA, *ex qua* Michaelem Andream, *et cum* Iohanna Regina Elstia, *ex qua* Iohannem Bartholomaeum, Martinum, *et* Manassem, *et* Iobum Ephraimum *suscepit, utrique coniugi amorem haud infucatum, auditoribus suis et omnibus integritatem et innocentiam suam approbasset, satis plenus fidei et spei placide in Iesu suo d. VII Febr. cIↃ IↃ c LXXV, obdormiuit, hoc, quicquid est monumenti, uidua liberique lugentes*
P. C

Christo Servatori S. *et memoriae semper felici* V. C. L.

CHRISTIANI DONATI
Vitemberg. Phil. Prim. ac Rational. Prof. Publ. quem ob acumen ingenii, spectatam virtutem ac fidem multiplicisque doctrinae copiam multarum gentium gymnasia stupuere, defunctum lugent, Academia desiderat, boni omnes ademtum queruntur. Obiit XIII. Aug. cIↃIↃcXCIV confectis inter vivos annis LIV. cum III mens. et XI. dierum excessu. SABINA DOROTHEA LYSERIA *marito optime merito et ob id desideratissimo* H. M. F. C.

D. M. Q. S.
Coniuges hic conditi sunt casto amore et vitae officiis coniuncti et rara felicitate semper concordes

PHILIPPVS LVDOVICVS
MENONIS F.
HANNEKENIVS D.
Patria Marpurgensis Hessus, maiorum stirpe Frisius. Primo Doctor literarum Publicus Gissae ad Lanum. Deinde Theologus summus. Postremo sacrorum Antistes munere meritis sanctus. Inde missione facta profectus ad Saxones Vitembergam propter Albim doctrinae lumine illustravit, monumentis ingenii amplificavit, et

MARGARETHA GODELIA CATHARINA
ANDREAE HOFFMANNI, IC.
Quaesturae Giessensis Praefecti filia, antiquo genere ac animi ornamentis, castimonia curaque domus matrona nulli secunda. Mater IX liberorum. Avia XIII nepotes neptesque vidit. Ille cIↃIↃcXXXVII. Non. Iun. in lucem editus. cIↃIↃccIV. vivis exemptus. Haec cIↃIↃcLL. Idib. Iun. nata. cIↃIↃccIII. defuncta. Ambo hic reditum in vitam expectant, animae aeternitate perfruuntur, quibus filii et filia lugentes H. M. P. C.

Eusebie sacrata tibi patefecit Olympum,
Atque fuit semper primus in orbe labor
Lauros victrices terris templisque relinquis,
Quos hostes pravi Styx Erebusque timent.

Deo Triuni sacrum. Suas hic exuvias deposuit

D. PAVLVS GODOFREDVS SPERLINGIVS
Vitembergensis. IOANNIS, *magni illius naturae interpretis, filius. Anat. et Botan. Prof. Publ. et Sereniss. Princ. Servest. Anhaltini Archiater. Medicus omnium iudicio pius, prudens, eruditus et propter singularem comitatem summis infimisque charus exoptatusque. Natus cIↃIↃLII. d. XVIII. Febr. Literas seculares ludo Portensi, artem medendi scholis Wedelianis debuit. Coniugium cum* ANNA SOPHIA KAEMPFIA *iniit per XI. annos felix concors et binis filiabus foecundum. Denatus cIↃIↃccIX d. XXIII. Febr. aet. LVIII. peracerbum sui desiderium omnibus reliquit. Monumentum hoc pietatis moestissima Coniux* P.

D. S. S.
Hic situm est mortale corpus
M. IO. MICHAELIS REISMANNI
Diaconi Aedis Marianae Reinhards Grimmae altero ab regia Saxonum lapide A. C. cIↃIↃcLXXIX natus. Academ. Vitemberg. civis cIↃIↃcXCIII. factus. Eodem seculo A. XCIX Philosophiae Doctor renunciatus, sacris in pestilenti morbo curandis praefectus cIↃIↃccII. eodem in Diaconi IV locum successit, doctrinam vitae exemplo comprobavit, aet. XXX extinctus cIↃIↃccIX. functo VIII annos munere sacro. Marito et patri desideratissimo H. M. D. C. *Coniux natalibus* QVENSTADIA *et liberi moestissimi.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/515
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

D. O. M.
Spei unicae
I. HENRICO LOCHNERO DE HVMMELSTEIN

Medicinae Candidato, iuveni annis, doctrina ſeni, Norimbergae d. II. Nov. A. cIↃIↃcXCV nato, denato Vitembergae d. IV. Ian. A. cIↃIↃccXV. ob eximias animi dotes omnibus deſideratiſſimo turbato naturae ordine H. M. P. C. *parentes moeſtiſſimi* MICHAEL FRIDERICVS LOCHNERVS *Conſil. et Archiater Caeſ.* S. R. I. *Nobil. de* HVMMELSTEIN *et* ANNA MARIA *nata* VIRZIGMANNIANA. *I Viator et diſce ſpes fallaces omittere.*

Hic lapis gerit memoriam bonam et ſempiternam Magnifici atque Excellentiſſimi
D. GOTTFRIED SVEVI
Pandect. Prof. Publ. in hac alma celeberrimi. Natus Vitemb. cIↃIↃcLII. d. X. April. Coniugium cum MARIA ELISABETHA HEBERIA, *filia Conſulis oppidani iam mortua cIↃIↃcLXXXIII. iniit. Denatus cIↃIↃccXVIII. d. III. Mai. Aetat. LXVI.*

D. O. M. S.
et bonae memoriae
AVGVSTI WOLFI

quem Lobeiuna cIↃIↃcLXVIII. prid. Cal. Decembr. ſuſcepit, Vitemberga divinis humanisque literis excoluit et inter Philoſoph. Ord. Adſcriptos in ipſo Decurionis loco acute docentem differentemque laudavit ingenioque ac ſacra clarum ſcientia auctis ſacerdotior. gradibus extulit, denique propter incorruptum priſcae fidei doctrinae gravitatis exemplum conſtanter amavit. Vix exceſſit annos L extinctus cIↃIↃIccXVIII. decem liberorum parens, quorum tres ex virili ſtirpe ſuperſtites reliquit. CATHARINA ELISABETHA ECCARDAE *gentis marito optimo.* S. T. T. L.

Symbol. Dum ſpiro ſpero
Spes confiſa Deo nunquam confunditur ipſa
Mors veniat, fidit ſed tamen illa Deo.

Memoriae perenni
REGINAE CAROLAE LOESCHERIAE
matronae lectiſſimi moris, natae QVENSTADIAE, *viduae* REISMANNIAE. *Cum* D. MARTINO GOTTHELFF LOESCHERO *ſeptem tantummodo annos ſuaviter ac inſigni maritalis concordiae exemplo vixit, felicitatis vero connubialis alterum et luculentum dedit filiarum ſuperſtitum duarum numero. Vxor incomparabilis et dulciſſima. Vixit annos XXXVII. menſes X. Animam Chriſto, corpus terrae conceſſit A.C. cIↃIↃccXXIIX. M. Ianuar. Maritus moeſtiſſimus et lugens Poſ.*

D. O. M.
Memoriae iuvenis optimi exempli, maioris futuri, ſi per fata breviora licuiſſet
IO. AEGIDII SCHROEDERI
qui natus Dreſenae cIↃIↃccXVII. Cal. Febr. PAVLO CHRISTIANO SCHROETERO *IC. in regio provocationum Saxonicarum ſummoque rerum eccleſiaſticarum ſenatu Conſiliario et* EVPHROSYNA, M. AEGIDII STRAVCHII, *ſacrorum Germanicorum Holmiae Antiſtitis et in curia ſacra Aſſeſſoris, filia. Fuit, dum viveret, rara Muſarum gloria, amor et delicium parentis utriusque ſummum, ſpes patriae certiſſima, ſed omnia in magnis rerum iniiis mors intercepit, quam Vitembergae V. menſe poſt auſpicia academica aetatis anno XVII infeſta febri correptus Prid. Id Sept. cIↃIↃccXXXIII ſumma animi religione et aequitate oppetiit. Filio ſuauiſſimo moeſtiſſimi parentes* H. M. P. C.

Sub

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/516
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sub hoc ſaxo conduntur oſſa matronae lectiſſimae

CHRISTIANAE ELISABETHAE

natae KRAVSIAE, D. IO. GOTTLOB WEIDLERI *Iur. Saxon. Prof. Ord. coniugis ſuaviſſimae. Nata eſt Cal. Octobr. cIↃIↃccXI. Obiit IV Non. Mart. cIↃIↃccXLVI. Matri dulciſſimae filii ſuperſtites* H. M. P. C.

XV

Inſcriptiones in Coemiter. Suburban.

Obliviſci quidem ſuorum ac memoriam cum corporibus efferre, et effuſiſſime flere, meminiſſe parciſſime, inhumani animi eſt, hoc prudentem non decet, meminiſſe perſeveret, lugere deſinat.

S.

Memoriae Ampliſſimi Conſultiſſimique Viri

IO. GEORGII KRAVSII

Iur. Doctoris et civitatis Vitembergenſis Syndici, qui natus eſt Weſtheimii Francorum cIↃIↃcLVI. patre M. IO. WERNERO KRAVSIO, *Weſtheimenſium Paſtore, Matre vero* BARBARA, M. GEORGII EWALDI, *Superintendent. Regiomont. filia, vir per omne vitae ſpatium pius, induſtrius, bonus munereque ſuo fideliter defunctus. Vxorem duxit cIↃIↃcLXXXIV.* DOROTHEAM CHRISTINAM *ortu* DEDEKINDIAM. *Poſt X vero annos morte extinctam iteravit nuptias cIↃIↃcXCV et* DOROTHEAM SOPHIAM *ortu* BRAVNIAM, *ſociam thori ſibi delegit ſuperſtitemque reliquit. Vtrumque matrimonium dulce habuit atque iucundum, utrumque tamen etiam ob funeſtos caſus triſte atque amarum. In utroque liberos VII. procreavit ex his vero V. fato functi, filiarum vero nobile par ſuperſtes eſt. Finem vitae cIↃIↃccVII. Vitembergae placidiſſime fecit et ſuper annos LI menſem ac XIX dies implevit. Marito optimo deſideratiſſimoque, filiae item chariſſimae*

CHRISTIANAE DOROTHEAE *cuius corpus cIↃIↃccXIII humatum oſſibusque paternis ſociatum fuit, pietatis, fidei amoris ergo coniux materque fidiſſima* DOROTHEA SOPHIA *ortu* BRAVNIA H. M. P. C.

Hic oſſa cubant Viri ſumme Reverendi et Excellentiſſimi

D. FRANCISCI WOKENII

LL. OO. P. P. O. et Reg. Boruſſ ſociet. ſcient. Socii, qui in Pomeranis natus Cal. Auguſt. cIↃIↃcLXXXV. Patre FRANCISCO WOKENIO, *ſacri apud Rarvienſes coetus ſacerdote, matre* MARIA HEDEVIGIA. *Colbergae, Roſtochii, Halis et Lipſiae in literis, inprimis ſacris, ita profecit, ut Lipſiae Magiſter Artium creatus, mox Neoſedinum ad Prof. et Conrect. Gymnaſ. munus, tum Lipſiam ad Philoſophiam extra ordinem docendam, hinc Vitembergam ad linguas Orientis tradendas, evocaretur et Doctoris coeleſtis diſciplinae augeretur honoribus. Vxorem duxit* MAGDALENAM ELISABETHAM, *viduam* IANIAM, *nat.* WICHMANNSHVSIAM, *ex qua filios IV ſuſcepit, Rebus humanis exemptus d. XII. Cal. Mart. cIↃIↃccXXXIV.*

Actor. XXIV. 14. 15, 16.

Confiteor autem tibi, quod ſecundum viam, quam dicunt haereſin, ſic deſervio patrio Deo meo credens omnibus, quae in lege et propheris ſcripta ſunt. Spem habens in Deum, quam et hi ipſi expectant,

resurrectionem futuram, in hoc et ipse studeo sine offendiculo habere conscientiam ad Deum et ad homines semper.

Deo et memoriae optimorum coniugum,

IOANNIS LE PETIT *et*
GENOVEVAE BAILI

qui ambo in Gallia nati patriam in Germania quaesiverunt, in Saxonia invenerunt, ille Architectorum Castrensium in exercitu Saxonico Protribunus A. C. cIↃIↃccXXVII aetat. LXXXVIII. haec A. C. cIↃIↃccXXXVII. aetat. LXXXI. obierunt. Amicus Amicis et Clientibus fidissimis posuit.

Hoc monumentum
IOANNI BENEDICTO CARPZOVIO

I. V. D. Potentissimi Poloniarum Regis et Electoris Saxoniae Consiliario Commissionum et Quaesturae Wittebergensis Praefecto, non tam memoriae, quam acta publica et edita ab eo scripta intercidere non patientur, quam pietatis testandae caussa, Marito optimo, Patri desideratissimo, vidua IOANNA CHRISTIANA *nata* REINHARDIA *liberique de XII superstites VII. moerentes poni curaverunt*

In altera huius Epitaphii parte haec leguntur

Natus est Dresdae d. 25 Octobr. cIↃIↃcLXXV. Denatus Wittembergae d 8 Septembr. cIↃIↃccXXXIX cum per XVIII annos Syndici et per X simul Consulis civitatis Zittaviensis munia rite implesset, quaesturam Wittebergensem autem VIII annis summa fide et prudentia administrasset, inter caetera vitae decora, quod in hoc aevo maxime rarum est, eximiae pietatis candorisque famam post se relinquens.

D M et memoriae aeternae
FRIDERICI BENEDICTI CARPZOVII
I. V. D. Iur. Nat. et Gent. Prof. Publ. Ord. Facult. Iurid. Assessor Extraord. in Academia Wittembergensi, qui natus cIↃIↃccII. d. XII. Cal. Novembr. Denatus cIↃIↃccXLIV. d. III. Non. Octobr. Vixit annos LXI. menses XI. Filio bene merenti pientissimoque F. C. moestissima mater IOANNA CHRISTIANA *e gente* REINHARDIA. *Have bene valeas quisquis es.*

Memoriae
D. IO. HENR. ALBINI

Ictor. Ord. Assessor. civit. h. Syndici, qui longis ad Belgas, Britannos, Gallos, Italos itineribus confectis, Vitembergam doctrina, integritate, prudentia annis XVI. ornavit. Nat. Zibingae March. Nov. Prid Id. Maii cIↃIↃcXC. placide obiit Idib. April. cIↃIↃccXL. Vidua et filiae IV. Coniugi Patrique desideratissimo clarissimoque H. M. P. C.

Alterum huius monumenti latus sequentem continet inscriptionem

Condit hic idem tumulus ossa coniugis
CHRISTIANAE SOPHIAE
ALBINAE

filiae IO. PAVLI SCHROETERI, *Icti multarum dignitatum, natae Vitembergae XVI Cal. Dec cIↃIↃccII. mortuae XIII Cal. Dec. cIↃIↃccXLVI. Huic, quae tanto in maritum amore, quanta in prolem pietate fuit, Matri desideratissimae, quod ultimum est munus, lacrimas donant IV. filiae moestissimae.*

Monumentum funebre
GOTTLOB ERDMANNO
ZEIBICHIO

Art. Lib. Mag. qui patre CHRISTOPHORO HENRICO ZEIBICHIO, *Theol. Doct. et Prof. Publ. Prim. Vitemberg.*
Matre

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/518
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Matre vero DOROTHEA ELISABETHA WAECHTLERA *Ileburgi XII Cal. Decembr. cIↃIↃccXXII. prognatus, magnam et vitae ſanctioris et doctrinae multiplicis laudem tulit, Chriſti fretus gratia inter lacrumas ſuorum placide expiravit Vitembergae X. Cal Mart cIↃIↃccXLVII. atque exuta mortalitate ad auguſtiſſimam ſpirituum humanorum panegyrin, ipſiusque Dei ad conſpectum perductus, vita ſempiterna fruitur, exanime corpus terrae relictum eſt, ut ſacra donatum requie novam aliquando lucem recipiat. Bene merenti parentes et cognati moeſtiſſimi poſuerunt.*

Sperne caduca quisquis es, lector, et cogita aeternitatem, ne te vixiſſe poeniteat.

Hic ſitus eſt

CHRISTIANVS FRIDERICVS ZEIBICHIVS

I. V. Cand. et Not. Publ. Caeſ. Immatr. qui CHRISTOPHORO HENRICO ZEIBICHIO, *Theol. Doct et Prof Publ. Prim. Vitemberg. et* DOROTHEA ELISABETHA WAECHTLERA, *parentibus VI. Non. Iul. cIↃIↃccXX Ileburgo oriundus et vitae integrae et ſcientiae praeſtantioris laude floruit, obiit in amplexu Servatoris Vitembergae VIII. Cal. Mart. cIↃIↃccXLVII. magnumque ſui deſiderium reliquit, ſpiritus immortalis ampliſſimo mentium beatarum coetui adiunctus eſt aeternoque Numinis aſpectu ſatiatur, corpus autem in pulverem converſum ſub hoc ſaxo tubam Dei glorioſumque Iudicis adventum expectat. Aeternae memoriae hoc monumentum moeſtiſſimi parentes et cognati poſuerunt.*

Habe ante oculos, lector, mortalitatem levemque cineribus terram precare.

Perpetuae memoriae patris deſideratiſſimi

D. IO. GOTTLOB WEIDLERI

Iur. Saxon. Prof Publ. O. Iurid. t. Decani nati Mega Neohuſae Thuring. VII. Id. Ian. cIↃIↃccVIII. praematura morte erepti IV. Id. Sept. cIↃIↃccL. Hic ſepulti filii ſuperſtites H. M. F. C.

Praeter has enumeratas inſcriptiones latino compoſitas idiomate multae adhuc inveniuntur lingua elaboratae vernacula memoriaeque perſonarum utriusque ſexus genere, munere virtuteque celebrium dicatae, ex quibus vero hoc loco ſequentes modo pietatis ergo afferamus reliquas alio forſan tempore enarraturi

Allhier ſchläft im Herrn
HERR ERNST CHRISTIAN SCHROEDTER
Log. Metaph. et Theol. Nat. Prof. Publ. Ord. Sein Vater war HR. CHRISTIAN SCHROEDTER, *Univerſitäts Buchdrucker, und die Mutter* FR. ELISABETH *geb.* WENDTIN. *Er ward am* 23 *Mai* 1675 *allhier gebohren.* 1702 *ward er Adiunct. Facult. Philoſ* 1709 *Mathem. Inf. Prof. Publ und bald darauf Log. et Metaph. Prof. Ord. Er eheligte* 1713 *Igfr.* MARGARETHEN ELISABETHEN FLOERCKIN *und zeugte mit derſelben* 4 *Töchter, als* CHRISTIANEN ELISABETHEN, MARGARETHEN ERNESTINEN, IOHANNEN SOPHIEN FRIEDERICKEN *und* CATHARINEN MARIEN, *und* 2 *Söhne als* CHRISTIAN GOTTFRIED ERNST *und* ERNST GOTTFRIED CHRISTIAN. P. P. *Er entſchlief am* 8. *Mart.* 1758 *im* 83 *Iahr ſeines ruhmvollen Alters.*

In altero eiusdem lapidis latere haec legitur inſcriptio

Allhier ruht in Gott
FRAV MARGARETHA ELISABETH SCHROEDTERIN

Ihr

Ihr Vater war HR. IOACHIM FLOERCKE, *Senat. Vit. et Art. Clin. et Chir. Pract. und die Mutter,* FR. ANNA MARIA *geb.* HALLERIN. *Sie erblickte am* 30. *Mai* 1695 *alhier das Licht der Welt und verheyrathete sich am* 13. *Sept.* 1713 *mit* HRN. ERNST CHRISTIAN SCHROEDTERN, *P. P. O. Sie zeugte mit selbigem* 4 *Töchter, von welchen sie die älteste an Hrn. D.* CHRIST. SIGISM. GEORGI, *SS. Theol. P. P. O. et Alumn. Elect. die zweyte an Hrn. D.* GOTTL. CHRIST. KLÜGEL, *Fac. Iur. Assess. Ord. et Synd. Vit. die dritte an Hrn. D.* AVG. GERM. SELTENREICH, *Stifts Cantzler zu Neuen Zelle, und die jüngste an Hrn* IOH. GOTTL. AVERBACH, *Königl. Preußl. Amtsrath glückl. verehligt sahe und* 2 *Söhne. Ihr Heyland nahm sie am* 27 *Nov.* 1750 *im* 56 *Iahre ihres tugendhaften Lebens zu sich in die ewige Freude.*

Tertium denique Pyramidis latus sequentes continet versus

Kom her du frommer Knecht, der mich
stets treu geliebt,
Mich gläubig angeruft, mit Vorsatz
nie betrübt.
Führt ich im Alter dich gleich noch in
Prüfungs Stunden,
Hast du doch als ein Held gesiegt und
überwunden.
Nun bringt ein sanfter Todt dich in die
Hütten ein,
Die keine Gluth verzehrt, die nicht
vergänglich seyn.
Hier ruhest du nun aus von aller Noth
der Erden;
Denn wer dort leiden muß, soll hier ge-
tröstet werden.
Komm du gesegnete und auserwählte
Magd,
Du hast mich und mein Wort mehr als
das Gold geacht.
Die deinen liebtest du, liest nie ab sie zu
lehren.
Dein Ruffen rührte mich, ich muste dich
erhören
Dein Wandel war gerecht, dein Glaube
groß und stark,
Auch wenn ich mich vor dir auf kurtze
Zeit verbarg.
Nun nim aus meiner Hand die Crone die-
ses Lebens:
Denn treu seyn bis im Todt, ist bey mir
nicht vergebens.
So spricht der Herr zu euch, ihr theures
Eltern Paar,
Der Herr dem ihr gedient, der eure
Freude war,
Der eure Frömmigkeit in Gnaden dort
belohnet,
Wo ihr in stoltzer Ruh, der Seelen nach
schon wohnet.
Muß gleich der todte Leib erst die Ver-
wesung sehn,
Gnug, er soll dermahleinst verherrligt
auferstehn.
Indessen soll der Danck in unsern Her-
tzen grünen,
Denn eure Redlichkeit und Eltern Treu
verdienen,
Wie ihr vor uns gesorgt, wie ihr vor uns
gewacht.
Und wie ihr jederzeit auf unser Wohl
bedacht,
Diß wollen wir dereinst, da uns hier Wor-
te fehlen,
Vor Iesu Angesicht zu euren Ruhm
erzählen.
Hier graben wir nur noch zum Ange-
dencken ein:
Das beste Eltern Paar ruht unter die-
sen Stein.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/520
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ANNALES

ACADEMIAE VITEMBERGENSIS

VSQVE

AD ANNVM cIↃIↃccLXXII

CONTINVATI

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/522
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
GEORGIO RVDOLPHO BOEHMERO,
Phil. et Med. Doct. Anat. et Bot. Prof. Publ. Ord.

cIↃIↃccLV. d. 18. Octobr. inscripti sunt XXXIX.
inter quos

Augusti. Carolus de Francois, *Equ. Saxon.*
Carolus de Francois, *Equ. Saxon.*
IO. DANIEL TITIVS, *Conicens. Prof. Mathem. Infer. designatus.*

Hoc Rectoratu

I. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano CAR. GOTTL. SPERBACHIO, *LL. OO. P. P. O.*
XIX Sapientiae et Ingenuarum Artium Magistri sunt renunciati.

II. Obierunt diem supremum
1) d. XIV. Cal. Novembr. cIↃIↃccLV. GEBH. CHRISTIAN. BASTINELLERVS, *I. V. D. Pot. Pol. Reg. et Elect. Sax. a Consiliis Aulae et Iustitiae, Consist. Eccles. Direct. Decret. Prof. Publ. Facult. Iurid. Ordinarius et Senior, Curiae Provinc. et Scabin. Assess. Primar.*
2) Prid. Cal. Decembr. cIↃIↃccLV. IOANNES FRIDER. WEIDLERVS, *I. V. D. Mathem. Super. Prof. Publ. Ord. et Reg. Societ. Scient. Britann. et Pruss. Adscript.*
3) d. IV. Cal. Ian. cIↃIↃccLVI. FRIDER. GVILIELMVS IAHRIVS, *S. S. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. et Alumnor. Reg. Electoral. Ephorus.*

III in Senatu Academico
1) Ascendit ad Professionem Mathem. super. GEORG. FRID. BAERMANNVS, *huc usque Prof. Mathem. Infer.*
2) In eundem receptus est IO. DAN. TITIVS, *Mathem. Infer. Prof. Publ. Ord.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/523
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
GEORGIO GVILIELMO KIRCHMAIERO,
Consil. Reg. et Graec. Lit. Prof. Publ. Ord,
ac totius Academiae Seniore.

cIↃIↃccLVI. Cal. Mai. inscripti sunt LXVII.
inter quos
Traugott a Breitenbauch, *Equ. Thuring.*

Hoc Rectoratu

I. pro Licentia disputavit
IN FACVLTATE MEDICA
Sub Praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTHII, Path. et Chir. P. P. O.
IO. LVDOV. HENNE, Torgavienſ.
de Clyſtere febrium exanthematicarum remedio non minus tuto, quam efficaci.

II. Creati ſunt
I. IN FACVLTATE MEDICA, *unus* Medicinae Doctor.
II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano CAROLO DAN. FREYBERGIO, *Ord. Phil. Adi. et P. P.*
XXI Philoſophiae Artiumque Liberalium Magiſtri.

III. Incidit in hoc ſemeſtre initium belli funeſtiſſimi, quod per ſeptem fere annos omnem diſſociavit Europam, noſtram inprimis Saxoniam miſere vaſtavit, Vitembergae noſtrae ruinas attulit vix unquam reparandas, noſtramque Academiam variis flebilibusque modis preſſit, non vero oppreſſit.

RECTORE
IOACHIMO SAMVELE WEICKHMANNO,
S. S. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. Conſiſt. Eccleſ. Aſſeſſ. ad Aed. OO. SS. Praepoſito et Ordinis ſui t. t. Decano

cIↃIↃccLVI. d. 18. Octobr. inſcripti ſunt LVII.
inter

inter quos

ERN. FRID. WERNSDORFIVS, *Vit.* Georg. Henric. Henckel, *Med. SS. Theol. Lic. et Prof. Publ. Ord. Doct. in Acad. patria deſignatus.*

per hoc ſemeſtre

I. pro Licentia diſputarunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA

Praeſ. D. CHRIST. HANACCIO, *Dig. Infort. et Nov. P. P. O.*

M. CAR. BENIAM. ACOLVTHVS, *Iur. Cand. et Ord. Phil. Aſſeſſ.* de coniunctione legatariorum.

II. IN FACVLTATE MEDICA

1) ſub praeſ. D. DAN. WILH. TRILLERI, *Conſil. Aul. et Med. P. P. O. Prim.*

MARTINVS SAERNOW, *Rigenſis.* de regimine gravidarum et puerperarum

2) Sub praeſ. D. GEORG. RVD. BOEHMERI, *Anat. et Bot. P. P. O.*

CHRISTIAN. GODOFR. FRENZELIVS, *Zittavienſ.* de Polyphago et Allotriophago Vitembergenſi.

II. Renunciati ſunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA *unus* Iur. Vtr. Doctor.

II. IN FACVLTATE MEDICA, *duo* Medicinae Doctores

III. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decano GEORG. MATTH. BOSIO, *Phyſ. P. P. O.*

IX Philoſophiae Artiumque bonarum Magiſtri

III. Receptus eſt in Collegium Profeſſorum

ERN. FRID. WERNSDORFIVS, *S. S. Theol. D. et Prof. Publ. Ord. itemque Alumnor. Reg. Electoral. Ephorus.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/525 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
ERNESTO MARTINO CHLADENIO,
Phil. et I. V. Doct. Instit. Prof. Publ. Ord. Curiae Provinc. Scabin. et Facult. Iurid. itemque Iudic. Provinc. in Marchion. Lusat. Infer.
Assessore

cIↃIↃccLVII. Cal. Mai. inscripti sunt L.
Hoc Rectoratu

I. Pro Licentia disputarunt

IN FACVLTATE MEDICA

1. Praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chir. P. P. O.*

CAROLVS GOTTL. MAGNVS, *Iutrebocensis*
de morbis sexus sequioris ex nimio perversoque pulcritudinis studio oriundis

2. Praes. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*
SAM. AVGVST. WAGNER, *Saathaynens. Misn.*
de crocidismo et carphologia signo in morbis acutis plaerumque lethali.

II. summis sunt honoribus Academicis condecorati, et quidem

I. IN FACVLTATE MEDICA *duo* Medicinae Doctoris gradu

II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano D. IOANNE DAN. RITTERO, *Consil. Aul. et Hist. P. P. O.*

XI. Philosophiae Artiumque liberalium Magistri dignitate.

RECTORE
DANIELE WILHELMO TRILLERO,
Phil. et Med Doct. Consil Aul. Medic. Prof. Publ. Ord. Prim. et Illustr. Acad. Scient. Bonon. Sodal.

cIcIↃccLVII. d. 18. Octobr. inscripti sunt XXXIII. per hoc semestre

I. pro Licentia disputarunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA
Praef. D. ERN. MART. CHLADENIO, *Inſtit. P. P. O.*
IO. GOTTH. CHRIST. ADAMI, *Luccav. Luſat.*
de reſcriptis moratoriis curſum uſurarum non ſiſtentibus.

II. IN FACVLTATE MEDICA
Sub praeſ. Rect. Magnif. D. DAN. WILH. TRILLERI, *Conſil. Aul. et Med. P. P. O. Prim.*
AVG. MILDREICH BARTH, *Groſſenhayna Miſn.*
de corticis Peruviani uſu ſenibus, gravidis et infantibus ſalutari.

II. Creati ſunt
I. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medicinae Doctor
II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano GEORG. FRID. BAERMANNO, *Mathem. Sup. P. P. O.*
XIII. Philoſophiae Artiumque ingenuarum Magiſtri

III. placida conquieuit morte d. VIII. Id. Mart. cIↃIↃccLVIII. ERNESTVS CHRISTIANVS SCHROEDERVS, *Log. Metaph. et Theol. Natural. Prof. Publ. Ord. Parens editoris optimus*, poſtquam paullo ante et quidem d. VIII. Cal. Febr. incendium graviſſimum media fere nocte in aedibus vicinis exortum hunc ſenem venerabilem anno LXXXIII. aetatis ſuae ex propria expulerat domo, quam etiam aeque ac numeroſam bibliothecam omnemque ſupellectilem paucarum horarum ſpatio ignis vehementiſſimus penitus conſumſit.

RECTORE
CAROLO GOTTLOB SPERBACHIO
Linguar. Orient. Prof. Publ. Ord.
cIↃIↃccLVIII. Cal. Mai. inſcripti ſunt LIII.
inter quos
GOTTL. CAROL. WILIBALD L. B. DE HOVWALD
CHRIST. FRID. ADOLPH. L. B. DE HOVWALD
Rud. Gotth. Henr. de Haupt, *Equ. Saxon.*

hoc Rectoratu

I. pro Licentia disputarunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA

Praes. D. LEONH. LVDOV. MENCKENIO, *Facult. Iurid. Assess. Ord.*

AVG. GOTTH. SCHMVCKIVS, *Budissa Lusat.*

de specificatione ex principiis iuris naturae stricte sic dicti seu cogentis.

II. IN FACVLTATE MEDICA

Sub praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTHII, *Path. et Chirur. P. P. O.*

IVL. CHRIST. LEMMER, *Leitzkovia Brandenb.*

de animo sanitatis praeside et custode optimo

II. Renunciati sunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA *unus* I. V. Doctor

II. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medicinae Doctor

III. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decano ERNESTO GODOFR. CHRISTIANO SCHROEDERO, *Fac. Phil. Assess. Ord.*

XXXV. Philosophiae Artiumque Liberalium Magister.

III. vitam cum morte commutavit d. VIII. Id. Octobr. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS CRELLIVS, *ICtus, Potentiss. Pol. Reg. et Elect. Saxon. a Consiliis Aulae, Cod. Prof. Publ. Ord. Cur. Provinc. Consist. Eccles. Scabin. et Facult. Iurid. Assess. Ordinis sui Senior.*

RECTORE

CHRISTIANO SIGISMVNDO GEORGIO

S. S. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. Alumnor. Reg. Elector. Ephoro

cIↃIↃccLVIII. d. 18. Octobr. inscripti sunt LIV.

inter quos

Ernest. Aug. Rud. de Kyau, *Equ. Lus.*

Car. Vict. Aug. de Broizem *Equ. Misn.*

per

per hoc semestre

I. pro Licentia disputarunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA

1. Sine praeside FRID. AVG. FISCHERVS, *Vit. Fisc. Steural. in Circ. Elect. Procur. et Senator Vitembergens.*
de veritate per Clericum eruenda.

2. sub praes. D. ANDR. FLOR. RIVINI, *Consil. Aul. Dig. Vet. P. P. O.*
IO. CAR. GEBH. REINHARD, *Vitemb.*
de excessibus et delictis in templis commissis.

3. Praes. D. CHRIST. HANACCIO, *Dig Infort. et Nov. P. P. O.*
CHRIST. AVG. HAVSCHILD, *Wermsdorf. Misn.*
de retorsione Saxonica praesertim quod ad tacitas hypothecas attinet.

4. Sub praes. D. ERN. MART. CHLADENII, *Instit. P. P. O.*
HENR. LVDOV. BASTINELLER, *Vitemb.*
de institutione haeredis cum maledicto

II. IN FACVLTATE MEDICA

1. Praes. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*
IO. FRID. MEISNER, *Goerlic. Lusat.*
de nectariis florum

2. Sub praes. D. DAN. WILH. TRILLERI, *Consil. Aul. Med. P. P. O. Prim.*
IO. TOBIAS DIETERICI, *Glindenbergens.*
de tumoribus singularibus a mensium suppressione obortis.

II. Cohonestati sunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA IV. dignitate Iur. Vtr. Doctoris

II IN FACVLTATE MEDICA II privilegiis Medicinae Doctoris

III IN

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano IO. GEORG. WALTHERO, *Consil. Sax. Moral. P. P. O.*
XLII honoribus Magistri Philosophiae Artiumque liberalium.

RECTORE
ANDREA FLORENTE RIVINO
I. V. Doct. Potentiss. Pol. Reg. et Elect. Sax. a Consil. Aul. Cod. Prof. Publ. Ord. Cur. Provinc. Consist. Eccles. Scabin. et Facult. Iurid. Assess. Ordinis sui Seniore
cIↃIↃccLIX Cal. Mai. inscripti sunt LV.

inter quos

Casp. Dan. Henr. de Schoenberg, *Equ. Misn.*
Curt. Adolph. Dieter. de Schoenberg, *Equ. Misn.*
Iust. a Geysau, *Equ. Thur.*
M. Io. Christ. Messerschmidt, *Leucopetrens. Rect. Schol. Vitemb.*
Io. Sigism. Zeidler, *Iohan-Georgiopolit. Adv. Dresd.*

hoc Rectoratu

I. Pro Licentia disputarunt

I IN FACVLTATE IVRIDICA

1. sub praes. Rect. Magnif. D. ANDR. FLOR. RIVINI, *Consil. Aul. Cod. P. P. O.*
ERNEST. GODOFR. CHRIST. KLÜGEL, *Vit. Advoc. Immatr.*
de Senectute non honorata.

2. Praes. D. CHRIST. HANACCIO, *Dig. Vet. P. P. O.*
IO. SIGISM. ZEIDLER, *Iohan-Georgio polit. Advocat. Dresd.*

II IN FACVLTATE MEDICA
Sub praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTHII, *Path. et Chir. P. P. O.*
IO. CHRIST. AVG. NEEFE, *Chemnic. Hermund.*

II Crea-

II Creati sunt
I IN FACVLTATE IVRIDICA II. Iur. Vtr. Doctores
II IN FACVLTATE MEDICA II Medicinae Doctores
III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano CHRIST. CRVSIO, *Eloqu. P. P. O.*
XIII. Philosophiae Artiumque liberalium Magistri.

III. E vita discessit d. VII. Id. Aug. GEORGIVS GVILIELMVS KIRCHMAIERVS, *Consil. Reg. Graec. Liter. Prof. Publ. Ord. et totius Academiae Senior*, anno aetatis LXXXVII. et professionis LIX.

IV. Gravissimum mense Augusto Vitembergae nostrae ex duplici oppugnatione et occupatione imminebat periculum, quod tamen divina providentia quoad maximam partem hoc tempore adhuc clementissime avertit. Die enim XX huius mensis appropinquabat ad hanc urbem exercitus, qui ab I. R. G. Statibus sistebatur, invitabatque gubernatorem, qui militibus praesidiariis praeerat, ut civitatem dederet, qui etiam incensis antea in suburbiis domibus, quae valli erant proximae, concessaque ab oppugnatoribus libertate abeundi, urbem iis relinquebat. Paullo vero post, die scilicet XXVII. mensis eiusdem, hae copiae auxiliares revertentibus Prussis possessionemque urbis reposcentibus eandem iterum praeviis pactis, quibus securum sibi reservabant discessum, tradebant.

RECTORE
GEORGIO AVGVSTO LANGGVTHIO
Phil. et Med. Doct. Pathol. et Chirurg. Prof. Publ. Ord.
et Facult. Med. Seniore.

cIↃIↃccLIX d. 18. Octobr. inscripti sunt XXXIV
inter quos
Abrahamus Kunzius, *Sornzigio Misn.*
Eccles. Vitemberg. Archidiaconus.

per hoc semestre
I. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano IO. DAN. TITIO, *Mathem. Inf. P. P. O.*
XXV. Philosophiae Artiumque Liberalium Magistri sunt renunciati

 II. Recepti

II. Recepti sunt in senatum Academicum

1. GEORG. FRID. KRAVS, *Instit. Prof. Publ. Ord. hactenus Iur. Feud. P. P.*

2. CAR. DAN. FREYBERG, *Log. et Metaph. itemque Theol. Nat. Prof. Publ. Ord. hactenus Philos. P. P. et Ord. Philos. Assess. Ord.*

3. AVG. LEBR. WILCKE, *Graec. Liter. Prof. Publ. Ord. hactenus Ord. Phil. Assess. Ord.*

III. Celebravit Ordo Philosophorum Prid. Cal. Mai. in solemnitatibus Magisterialibus simul diem emortualem immortalis Philippi Melanchthonis, communis Germaniae praeceptoris, hoc ipso die ante duo secula coelum repetentis Decano, IO. DAN. TITIO, *P. P.* verba faciente *de eiusdem meritis in Physicam et Mathesin*, et BENI. LAVR. BODENO, *Phil. et Art. Lib. Mag.* latino carmine *Philippum in barbariem seculi sui non lenem* laudante, ad quam festivitatem CHRIST. CRVSIVS, *Eloqu. P. P.* invitavit programmate, in quo *Constantiam Philippeam in vera doctrina* contra obtrectationem vindicavit. Quae quidem memoria Melanchthonis paullo post d. III. Non. Mai. denuo recolebatur, cum ADOLPH. IVLIAN. BOSE, *Philos. et Art. Lib. Mag.* in templo Academico eximia utriusque sexus omnisque conditionis auditorum frequentia eiusdem laudes germanica recitaret oratione, quod institutum civibus Academicis commendabatur programmate Rectoris Academiae Magnifici nomine conscripto, in quo, *quanta sit dignitas illustrium et Philippi nostri similium Grammaticorum*, ostendebatur.

RECTORE
GEORGIO MATTHIA BOSE
Phys. Prof. Publ. Ord. et in commerc. literar. cum
Acad Scient. Reg. Paris. Acad. Scient. Bonon. Reg.
Holm. Soc. Reg. Lond. ut et Human. Literar. Reg.
Acad. Gryph. itemque Societat. Teut. Duc. Helmst.
et Ienens. Adscripto
eoque absente

PRO

PRO RECTORE
GEORGIO AVGVSTO LANGGVTHIO
Phil. et Med. Doct. Path. et Chir. Prof. Publ. Ord.
et Facult. Med. Seniore

cIↃIↃccLX Cal. Mai inſcripti ſunt XVII.

inter quos

Io. Chriſt. Henr. de Neumeuer *Equ. Saxon.*

Chriſt. Guil. Aug. de Nitſchwitz *Equ. Miſn.*

Hoc Rectoratu

I. pro Licentia diſputarunt
   I. IN FACVLTATE THEOLOGICA
      Praeſ. CHRIST. SIGISM. GEORGIO, *S. S. Theol. D. et P. P. O.*
      ABRAHAM. KVNZIVS, *Sornzig. Miſn. Eccleſ. Vit. Archidiac.*
      de ΑΠΟΚΥΗΣΕΙ per verbum veritatis ad Iac. I. 18.
   II. IN FACVLTATE MEDICA
      Praeſ. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*
      FRID. GOTTH. SCHROEER, *Luccav. Luſat.*
      de morbo ex hypochondriis

II. Conſecuti ſunt
   I. IN FACVLTATE THEOLOGICA *unus* Theol. Doctoris gradum
   II. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medic. Doctoris dignitatem
   III. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
      Decano IVST. EL. WÜSTEMANNO, *Facult. Phil. Aſſeſſ. Ord.*
      XXIV. Philoſophiae Doctoris Artiumque Liberalium Magiſtri honores.

III. Duriſſima tandem fata menſe Octobr. ſubire noſtra cogebatur Vitemberga, qualia nec bello Huſſitico, religioſo, tricennali aliisque turbulentiſſimis temporibus unquam fuit experta. Quamvis enim

huc uſque urbs noſtra variis vixque perferendis incommodis moleſtiisque premeretur, dum partim ſingulorum civium utriusque reipublicae domus ad inſignem militum praeſidiariorum copiam colllocandam, Collegia vero Academica, Curia, Schola oppidana aliaque aedificia publica pariter ac privata ad uſum vulneratorum aegrotorumque, quorum numerus aliquot millia continebat, adhiberentur, partim urbi tributa ſolvenda imponerentur civium vires longe excedentia, praeſtationesque hominum, pecudum, frumentorum rerumque aliarum graviſſimae ab eadem maximo exigerentur cum rigore; Nihilo tamen ſecius miſeria noſtra hoc dicto menſe ad ſummum pervenit faſtigium, cum non ſolum urbs intra extraque munimenta accenſa igneque longe lateque vaſtata omnium cieret lacrymas, ſed etiam ſinguli cives in praeſentiſſimo verſarentur vitae diſcrimine omni fugiendi ſeque ſervandi libertate illis per X dies obſeſſis atque incluſis prorſus ademta. Haud levis quidem iam nobis iucutiebatur terror, cum d. III. Cal. Octobr. quo feſtum Michaelis more celebratur ſolito, mediis in peragendis ſacris tonitru tormentorum in vallo poſitorum improviſe audiretur. Repentinos hos motus apud milites praeſidiarios Pruſſicos excitabat pars exercitus ex Caeſareis et S. R. I. Statuum copiis coniuncti, quae eodem die caſtellum, quod trans Albim ad defendendum pontem, qui quondam utrasque fluvii ripas connectebat, erat exſtructum, occupabat. Inprimis vero calamitas noſtra publica infauſtum capiebat initium d. II. Octobr. quo ipſo die pars copiarum Pruſſicarum in Saxonia ſubſiſtentium haud procul a vineis urbis prope pagum Teuchel cum inſectante exercitu, quem Imperator atque Imperii Ordines ad Saxoniam defendendam delegaverant, acerrimum committebat proelium, quod ab hora VII. matutina uſque ad eandem veſpertinam ſumma vehementia haudque interrupto machinarum bellicarum fragore continuabatur. Hac enim occaſione accidebat, ut non ſolum dictus pagus Academiae ſubiectus penitus conflagraret, ſed etiam in urbe ipſa globi ignei pulvere pyrio repleti, quos copiae Würtembergicae auxiliares trans Albim propter pagum Pratau poſitae in Pruſſorum proiiciebant agmina, quorumque plurimi intra moenia noſtra procidebant, domum quandam in platea ſic dicta media *(Mittelgaſſe)* incenderent, quae etiam ſimul cum partibus aedium vicinarum poſticis in cinerem redigebatur. Tandem appropinquante nocte milites praeſidiarii, partim ad

ſuo-

ſuorum abitum tegendum, partim ad hoſtes a munimentis arcendos, ſuburbiis cunctis admovebant ignem flammisque ea delebant, quod triſtiſſimum ſpectaculum extra urbem conſpicuum nobis ea quaſi praeſignificabat, quae paucorum dierum ſpatio interiecto intra urbem nobis erant futura. Poſtquam igitur Pruſſorum exercitus verſus Coſwigam ſeſe receperat, propius circa urbem caſtra metabantur copiae Caeſareae, eamque corona cingebant, praetorio in pago Zoernigall et per aliquot tempus in pago Nudersdorf conſtituto. His rebus ita inſtructis gubernatori urbis ab oppugnatoribus denunciabatur, ut eandem traderet, qui vero hanc deditionem recuſans omnia ſine mora diſponebat, quae ad ſtrenuam defenſionem ei videbantur neceſſaria. Quem in finem non ſolum omnium viarum ſtratura ſubito removebatur, poſtea magno labore multisque ſumtibus reſtaurata, ſed etiam in vallo magis magisque muniendo omne collocabatur ſtudium, quod quidem iam antea variis reductibus, parmulis, foſſis, ſudibus aliisque propugnaculis operibusque externis egregie erat auctum. Pari ratione copiae obſidionales indefeſſe erant occupatae, ut praeſidiarios vi manuque armata ad urbem tradendam cogerent. Hinc, ut inter legiones cis atque trans Albim collocatas intereſſet communio, prope pagum Pratau faciebant pontem navalem, urbis ſitum conditionemque explorabant, verſus eandem foſſas producebant caſtrenſes parallelas transverſasque, ante arcis portam tres exſtruebant ſuggeſtus eosque lineis intermediis coniungebant. Quo propius vero his adductibus ad urbem appropinquabant, quo conſtantius gubernator ſuo inhaerebat propoſito munimenta viriliter tuendi, eo magis apud cives metus augebatur pavorque. Vt igitur, quantum fieri poterat, proceres trium civitatis ſtatuum incolumitati publicae conſulerent, delegatos ad Sereniſſimum Ducem Dupontanum, ſummum huius exercitus Imperialis Praefectum, conſentiente gubernatore mittebant, qui eidem nomine Academiae, Praefecturae Electoralis et Senatus oppidani ſalutem Vitembergae ſubmiſſiſſime commendarent. Gratioſiſſime ab hoc Celſiſſimo Principe excepti clementiſſimas reportabant promiſſiones, quibus timidi civium animi mirifice erigebantur. Aſt ea, quae in iudiciis divinis circa urbis noſtrae fata iam erant decreta, has benigniſſimas Principis mitiſſimi pollicitationes fecerunt irritas. Poſtquam enim duce ſummi caſtrorum Auſtriacorum praefecti Vicario Comite de Guaſco die XII. huius men-

fis omnis apparatus obſidionalis, etiamſi praeſidium excurſionibus crebraque globorum iniectione eundem impedire ſtuduerat, ad finem erat perductus, noctu ſuggeſtibus tormenta imponebantur atque mortaria omniaque ita diſponebantur, ut inſequenti die aggreſſio ipſa poſſet incipi. Simulac igitur dies nobis infeliciſſimus XIII. Octobr. illuxerat, ſtatim hora ſexta, tam obſidentes ab aggeribus, quam obſeſſi a vallo, machinis bellicis tanta tonabant vehementia, ut non homines ſolum contremiſcerent, ſed etiam ipſa tellus conquaſſaretur. Haud exiguus vero nobis iniiciebatur terror, cum globi tormentarii pilaeque ignivomae maiores minoresque non, ut ſperaveramus, in munimenta, ſed imbris inſtar in vrbem ipſam iniicerentur. Haec animi perturbatio eximie augebatur, cum templum Academicum arcemque Electoralem penitus cerneremus conflagrantem. Qui quidem angor eo erat iuſtior, quo inſignior in cellulis ſub arce reconditis aſſervabatur pulveris pyrii copia, quae ſi flammas concepiſſet, de cunctis aedibus ſingulorumque civium vita certiſſime fuiſſet actum. Non autem hoc ſolum loco ignis ſummo ſaeviebat furore, ſed etiam in aliis urbis regionibus excitabantur incendia, quae eo longius latiusque ſeſe extendebant, quo magis impetuoſus ventus flammas hinc inde diſſipabat et quo minus civibus vim ignis minuendi ulla erat poteſtas. Partim enim globi ignei, quorum, more in obſidionibus conſueto, maior copia in loca proiiciebantur accenſa, unumquemque, cui vita curae erat cordique, ab hoc periculoſiſſimo detinebant labore, partim vero ipſa aqua ad ignem extinguendum neceſſaria prorſus deficiebat. Non enim ſolum quatuor iſti canales, quibus aqua fontana e longinquo in urbem deducitur, ſed etiam aquaeductus, quibus duo rivuli in eandem derivantur, erant abſciſſi, ad puteos vero, qui tamen propemodum erant exhauſti, non liber erat aditus, ſiquidem excubiis cuſtoditi ad uſum modo praeſidii reſervabantur. Tandem ſub perpetuo glandium ferrearum aurēs noſtras praetervolantium ſtridore fragoreque pilarum pulvere nitrato fartarum ſupra iuxtaque nos crepantium appropinquabat quidem diei, non vero miſeriae noſtrae finis, potius noctu multo ingraveſcebat. Non enim ſolum intra urbem rapacitas praedatorum cellas, in quibus res igni ereptae erant reconditae, ſpoliantium nos reddebat ſollicitos, ſed etiam extra urbem machinarum tonitru per breve temporis ſpatium intermiſſum maiore cum vehementia redintegrabatur.

batur. Erexerant enim copiae obſidionales interea quartum ſuggeſtum verſus ſeptentrionem ex eoque in alteram urbis partem ingentem globorum tormentariorum et ignivomorum immittebant numerum, qui univerſae urbi excidium minitabatur. Praeſertim vero ſummo perfundebamur horrore, cum unum turrium templi Parochialis incenſum conſpiceremus, quod eo minus metueramus, quo magis fuerat cautum, ut per omne obſidionis tempus ne ullus horologii aut campanarum audiretur ſonus. Cum vero deſtructio huius turris ſimul cum exitio templi aediumque vicinarum neceſſario fuiſſet coniuncta, immortaliter de Vitemberga ſunt meriti cives illi, qui cum maximo vitae diſcrimine in eiusdem turris ſe contulerunt faſtigium flammasque extinguendo hanc urbis regionem ab interitu liberarunt. Mox novus angor noſtros excruciabat animos, cum media circiter nocte rumor ſpargeretur, obſidentes iam oppugnationem generalem fore periclitaturos, bene gnari, quantis cum incommodis periculisque talis violenta irruptio et quidem nocturno tempore ſuſcepta ſit connexa, quod vero imminens malum divina providentia benigniſſime a nobis avertebat ſimulque ingenti noſtrae miſeriae finem imponebat diu exoptatum. Poſtquam enim cohortes obſidionales viam iam occupaverant tectam vallumque aſcendere nunc ſeſe accingebant, gubernator praeter omnem ſpem opinionemque mandabat, ut tympanis ſolitum deditionis daretur ſignum. Quo audito machinae obſidionales ſtatim obmuteſcebant conditionesque determinabantur, ſub quibus ab obſidentibus haec urbis accipiebatur ceſſio, inter quas erant potiores, ut praeſidium ſe eſſe captivum fateretur, deinde vero bona fide cuiusvis generis arma, annonam militarem omnemque bellicum traderet apparatum, cuius haud exiguam adhuc copiam fuiſſe reliquam, ſequens declarat conſignatio.

Verzeichniß

was an Geſchütz und Kriegs-Vorrathe in der Veſtung Wittenberg den 14ten Oct. 1760 befindlich war.

10. 24 pfündige metallene Kanonen; 4. 6 pfündige eiſerne; 2. 4 pfündige metallene; 8. 3 pfündige metallene; 6. 3 pfündige eiſerne; 1. 1 pfündiges metallenes.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/537
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

metallenes. zuſammen 31 Stücke. 6. 50 pfündige metallene Mörſer; 2. 24 pfündige Affies zum Vorrathe; 1. 50 pfündiger Mortier Klotz; 11. Sattelwägen zu 24 pfündigen Kanonen; 7. Sattelwägen zu 50 pfündigen Mörſern; 5 Munitions-Wagen; 2 Munitions-Karren; 11 Protzen zu 24 pfündigen Kanonen; 6 Protzen zu kleinern Kanonen; 6300. 24 pfündige Stück Kugeln; 2000. 24 pfündige gefüllte Cartouſchen; 77. 24 pfündige gefüllte Cartouſchen Büchſen; 3400. 6 pfündige Cartetſchen mit Kugeln; 120 dergl.; 6000. 3 pfündige Cartetſchen mit Kugeln; 400. 3 pfündige Cartetſchen; 16000 Schlag-Röhre; 140 Centner Pulver; 1800. 50 pfündige Bomben; 6 Centner Lunten; 100000 Flinten-Patronen; 1000 Carabiner Patronen; 80000 Flintenſteine; 40000 Carabinerſteine; 150 Pechkränze; 8. 18 pfündige Brand-Kugeln; 1 vollſtändiges Hebezeug, nebſt Stricken und metallenen Flaſchen; 16 Schleppthaue; 90 hindere und vordere Bratzen; 2. 24 pfündige und 1. 3 pfündiges, geſprungene unbrauchbare Stücke.

Die XIV huius menſis praeſidium Pruſſicum ex tribus conſtans agminibus *(Bataillons)* ante portam, quae verſus Albim ſpectat, ſub ſonitu tympanorum tibiarumque evolutisque vexillis ſe recipiebat, atque in extremae loricae declivitate deponebat arma, urbem vero noſtram una exercitus Caeſarei occupabat legio. Cives interea reddita aliquantiſper quiete ſubitoque reſtauratis aquaeductibus maximam adhibebant curam induſtriamque, ut flammas compeſcerent urbemque conſervarent ſuperſtitem praeſtantiore Vitembergae parte iam igne conſumta. Hac enim, et quae nobis ſuperiore anno acciderat, oppugnatione, praeter inſignem aedium telis laceratarum numerum, in urbe ipſa circiter centum et viginti, in ſuburbiis vero plus, quam ducentae domus civium privatae, incendio periere. Inter aedes publicas, quae hac conflagrarunt occaſione, ſequentes annotari merentur, 1) Arx Electoralis, 2) Templum Academicum, 3) Domus Praefecturae Electoralis, tam Praetoria, quam Quaeſtoria, 4) Armamentarium, 5) Domus Gubernatoris, 6) Aedificium exercitationibus equeſtribus deſtinatum, 7) Sacellum quondam S. Antonii, poſtea carcer quaeſtorius, ſimul cum lictoris habitaculo, 8) Domus Senatoria *der Marſtall* nuncupata, 9) Collegium Academicum, vulgo Conſiſtorium dictum, cum famuli Senatus Eccleſiaſtici habitatione, 10) Templum quondam Franciſcanorum, poſtea frumentarium quaeſtorium, 11) Sacellum S. Barbarae, vulgo *die Kloſter-Kirche*, 12) Ptochotropheum urbanum cum Prochotrophi habitaculo, 13) Domus Curatoris Armamentarii, 14) Aedes Collegae IV. et V. Scholae oppi-

oppidanae, 15) Taberna macellaria, 16) Lateraria Electoralis, 17) Lateraria Senatoria, 18) Emporium salinum cum Inspectoris habitatione, 19) Laniena publica, 20) Villa Academica, 21) Domus Diaconi IV. 22) Orphanotropheum Perillustr. L. B. de HOHENTHAL, 23) Fullonica, 24) Domus exercitationibus iaculatoriis dicata, 25) Sacellum quondam Spiritus S. postea Xenodochium Suburbanum cum Oratorio, 26) Nosocomium morbo epidemico laborantibus destinatum, 27—29) tria portitoria, 30—33) quatuor excubitorum receptacula, quibus adhuc addi possunt 34—39) sex hospitia publica scil. a) *goldne Löwe*, b) *Weintraube*, c) *goldne Gans*, d) *graue Wolf*, e) *weiße Kanne*, f) *Spieltasche* 40) et cursorum diversorium vna cum stabulis veredorum. Quo plures vero interierunt aedes, eo pauciores homines hac occasione vitam amiserunt, cum non, nisi duo, et quidem conductor vectigalis, quod pro mactata solvitur pecude, et uxor cuiusdam operarii lethale acceperint vulnus, quo paullo post animam efflarunt. Qui ingentem globorum cuiusvis generis in urbem iectorum numerum, infinitam laterum e tectis decidentium copiam crebrosque frontispiciorum aedium exustarum in plateas ruentium lapsus colligit animo, vix satis hoc eminentissimum divinae misericordiae nos tam benigne protegentis admirari poterit documentum. Quemadmodum vero cives in igne extinguendo, sic Caesarei milites, qui iam urbis constituebant praesidium, in destruendis munimentis summo occupati erant studio. Quem in finem extrahebant palos eosque in acervos collectos comburebant, deiiciebant loricam, viam vastabant tectam aggeremque variis locis studebant labefactare. In hoc labore circiter duo millia hominum adhuc desudabant, cum die XXIII. Octobr. primipilus exercitus Prussici sub auspiciis ipsius Potentissimi Regis gradus versus Vitembergam accelerantis in urbis confinio conspiceretur velitesque utriusque partis iam inter se confligerent. Quo facto Imperiales copiae ultro nos relinquebant Albimque festinabant transire. Vix autem illis egressis ingrediebantur praecursores Prussici urbemque nostram tertio occupabant. Habes hic B. L. primas lineas praegrandis calamitatis, quae huc usque vehementissime nos presserat, cuius quoque descriptionem dederunt Ill. Trillerus in poemate elegantissimo: *Wittenberg in Feuer* et b. Georgius in libello, cui titulus: *Wittenbergische Klagegeschichte*, ex quo posteriore tres tabulas aeneas, quibus fuit illustratus, hoc loco, ut b. Auctoris horum annalium voluntati faciamus satis, qui easdem huic quoque operi inferere decreverat, mutuamus. Repraesentat vero Tab. I Orthographiam

graphiam Vitembergae verſus ſeptentrionem eamque curtam, cum anguſtia ſpatii veram eius longitudinem, quae cum munimentis circiter trecentas perticas Rhenolandicas continet, delineare non permiſerit, Tab. II. Ichnographiam huius urbis et denique Tab. III. internam priſtini templi Academici ſtructuram eiusque ornamenta et quidem ſuperior tabulae deſignatio partem templi meridionalem et orientalem, inferior autem partem ſeptentrionalem et occidentalem.

Expoſitio Tab. I. et II.

1) Porta Arcis.
2) Domus Gubernatoris.
3) Arx Electoralis cum duobus turribus.
4) Armamentarium.
5) Templum OO. SS. ſeu Academicum.
6) Domus Praefecturae Vitembergenſis praetoria et quaeſtoria.
7) Platea ab arce denominata, *die Schloßgaſſe.*
8) Porta quae verſus Albim ſpectat.
9) Forum maius.
*) Forum piſcinum.
**) Popina publica.
10) Curia.
11) Platea a Collegiis Academicis nuncupata, *die Collegiengaſſe.*
12) Collegium Fridericianum.
13) Collegium Auguſteum.
14) Porta verſus Elyſtram.
15) Rivulus a lento curſu dictus, *der faule Bach.*
16) Frumentarium novum Provinciale.
17) Platea media, *die Mittelgaße*, in cuius parte anteriore forum figulorum.
18) Domus globulis igneis Wurtembergicis incenſa.
19) Platea a cupro denominata, *die Kupfergaſſe.*
20) Platea, quae lanionibus nomen debet, *die Fleiſchergaſſe.*
21) Rivulus a curſu celere dictus, *der riſche Bach.*
22) Platea nova, *die Neugaſſe.*
23) Platea figulorum, *die Töpfergaſſe.*
†) Regio urbis, quae dicitur, *hinter der Mauer.*
24) Platea a Iudaeis nuncupata, *die Iudengaſſe.*

25) Aedes

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/540
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Tab. I.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/541
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG



M. C. G. Gilling del.

Schleuen f.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/543
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/544
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

25) Aedes ſummi ſacrorum Vitemberg. Antiſtitis ſimul cum Archidiaconi, Diaconi II et III. domibus.
26) Templum S. Mariae ſeu Parochiale cum duobus turribus.
27) Coemeterium urbanum.
28) Schola oppidana.
29) Platea a conſulibus dicta, *die Burgermeiſtergaſſe.*
30) Excubitorum diverſorium in colle iaculatorio moenibus ſuperſtructo vulgo dicto, *Rondel.*
31) Sacellum S. Barbarae vulgo, *die Kloſterkirche*, una cum Ptochotropheo.
32) Domus b. Georgii mediis in flammis extra intraque eam ſaevientibus mirum in modum conſervata, quam divinam providentiam b. Poſſeſſor in dicto libello p. 32 ſequ. debitis extulit laudibus.
33) Collegium Academicum vulgo, *Conſiſtorium*, dictum.
34) Platea ab auditorio Iuridico nominata, *die Iuriſtengaſſe.*
35) Platea a coenobio quondam Franciſcanorum dicta, *die Kloſtergaſſe.*
36) Templum quondam Franciſcanorum, poſtea frumentarium quaeſtorium.
37) Platea a taberna macellaria nuncupata, *die Scherngaſſe.*
38) Platea a ſitu ſuo verſus Coſwigam denominata, *die Coſwigergaſſe.*
39) Platea ab aedificiis Senatoriis dicta, *die Marſtallgaſſe.*
40) Domus ipſa Senatoria, *der Raths Marſtall.*
41) Platea a Fratribus S. Antonii nuncupata, *die Pfaffengaſſe.*
42) Sacellum quondam S. Antonii, iam carcer quaeſtorius.
43) Mola molendinaria Electoralis.
*) Area, quae adiacenti arci nomen debet, *der Schloßplatz.*
44) Suburbium iurisdictioni Praefecturae ſubiectum, *die Amts-Vorſtadt*, vulgo a piſcatoribus inhabitantibus dictum, *die Fiſcherey.*
45) Suggeſtus maximus, ex quo globi tormentarii et ignivomi in urbem iniciebantur.
46) Via S. Nicolai vulgo, *die Clausſtraße.*
47) Villa Academica
48) Orphanotropheum Perilluſtr. L. B. de HOHENTHAL cum aedibus vicinis.
49) Via ab arena dicta, *die Sandſtraße.*
50) Rudera aedium hortenſium Viri Conſularis Ahlfeldii.
51) Via a colore viridi cognominata, *die Grünſtraße.*

 52) Hor-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/545
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

52) Hortus b. Georgii, cuius domus principalis, quamvis variis modis temporibusque fuerit accensa, non penitus conflagravit.
53) Villa quondam Riviniana, iam Langguthiana.
54) Fullonica.
55) Vineae.
56) Agger obsidionalis.
57) Hospitium dictum, *die Spieltasche*, cum domibus adiacentibus.
58) Via nuncupata, *die Beyergasse.*
59) Coemeterium suburbanum novum.
60) Quercetum haud procul ab urbe situm vulgo, *die Specke.*
61) Agger obsidionalis.
62) Via, quae a longitudine dicitur, *die lange Reihe.*
63) Coemeterium suburbanum vetus, cum Xenodochio et Oratorio.
64) Domus exercitationibus iaculatoriis dicata.
65) Fluvius Albis.
66) Pusilla Insula in dicto fluvio.
67) Sylva trans Albim sita vulgo, *die Probstey.*
68) Castella, quibus pons quondam trans Albim factus defendebatur.
69) Suggestus Würtembergici.
70) Agger, qui ad pagum Pratau ducit.
71) Domus Praefecti navis vectoriae.

Expositio Tab. III.

1) Altare a Luca Cranachio tanta pictum elegantia, ut pictorum artificiosissimi ipsique Itali, qui in hac arte prae reliquis excellere existimantur, illud vix satis admirari potuissent. In media eius tabula conspiciebatur S. S. Trinitas multis circumdata angelis sub imaginibus, quibus in Sacro repraesentatur Codice, nimirum Deus Pater, ut senex Dan. VII. 9. Deus Filius in Patris gremio Ioh. I. 18. ea quidem conditione, qua a cruce summotus sepulchro fuit conditus, denique Spiritus S. sub imagine columbae Matth. III. 16. In dextra eius ala et quidem parte interna S. Bartholomaeus Apostolus cernebatur, coram quo, ut Patrono suo FRIDERICVS Sapiens Elector genibus flexis procumbebat, in parte vero externa Servator cum discipulis scite erat delineatus. In ala siniſtra eiusque parte interna conspicuus erat S. Iacobus Apostolus, Patronus IOANNIS Constantis, qui eum sublatis venerabatur mani-

Tab. III.



C. Gilling del.

J.D. Schleuen sc.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/548
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

manibus, in parte externa vero S. Maria cum decem ſanctis virginibus erat expreſſa.

2) A tergo huius altaris muro inditae adhuc inveniuntur imagines lapidibus inſculptae RVDOLPHI I. El. Sax. qui ſub initio Sec. XIV. Sacellum OO. SS. exſtruxit, eiusque duarum Coniugum CVNIGVNDAE et AGNETIS quae quidem monumenta una cum cineribus harum illuſtrium Perſonarum iuſſu FRIDERICI Sap. El. cIↃIↃXLIV e Coenobio Franciſcanorum in hoc templum ſunt translata. Sub pedibus eorum conſpiciuntur novem virgines ſanctae ſaxo inciſae.

3) Effigies aenea ad ſolitam corporis humani proceritatem efformata, FRIDERICI Sapientis pallio biretoque Electorali induti enſemque Archimareſchallicum manu geſtantis, Conditoris huius Templi, Fundatoris Academiae noſtrae, Amplificatoris purioris doctrinae per Lutherum reſtauratae.

4) Tabula aenea, quae laudes immortalis huius Electoris a Phil. Melanchthone metrico decantatas ſermone continet.

5) Tabula Geographica aenea earum Palaeſtinae regionum urbiumque, quas hic Princeps in itinere ſuo cIↃccccXCII ſuſcepto religioſo ipſe perluſtravit.

6) Statua marmorea, quae Sereniſſimum hunc Electorem cataphractum paludamentoque flavo ornatum flexis genibus manibusque elatis ad vivum exprimit.

7) Effigies aeri inciſa eadem, quae n. 3. commemorata fuit, magnitudine iisdemque ornamentis repraeſentans Electorem IOHANNEM, qui ob perſeverantiam in veritate agnita elogia cuncta longe excedentem, quam praeſertim cIↃIↃXXX tradita Confeſſione ſic dicta Auguſtana eximie declaravit, cognomen deportavit Conſtantis.

8) Tabula aenea, in qua verſus latini a Phil. Melanchthone in honorem huius Electoris compoſiti leguntur.

9) Statua marmorea IOHANNIS Conſtantis eadem ratione ac. n. 6. exſculpta

10) Tabulae aeneae medio in Choro poſitae inſcriptionesque ſepulchrales in memoriam FRIDERICI Sapientis et IOANNIS Conſtantis Elect. Sax. inciſas continentes, ſub quibus in cryptis ſubterraneis, ad quas olim a tergo Altaris erat aditus, corpora horum Electorum de Religione, Patria et praeſertim Academia noſtra immortaliter meritorum, in pace

quieſcunt. Quae quidem a n. 2. enarratae tabulae, imagines et ſtatuae iniuriae flammarum templum vaſtantium reſtiterunt ita, ut reddito iis priſtino ſplendore nitoreque ad condecorandum templum reſtauratum potuerint adhiberi.

11) Cathedra Rectoralis imagine FRIDERICI III exornata, in qua non ſolum Rectores creabantur, ſed etiam ſolemnes recitabantur orationes.

12) Subſellia Facultatis Theologicae, Iuridicae et Medicae.

13) Epitaphium D. Gebh. Chriſt. Baſtinelleri, Conſil. Aul. et Facult. Iurid. Ordinarii etc.

14) Imago B. Lutheri a Luc. Cranachio cIↃIↃLXII picta eiusdem vultum atque ſtaturam exacte repraeſentans.

15) Tabula aenea, in qua immortalis huius Viri gloria a Io. Stigelio metrice deſcripta legebatur.

16) Tabula lignea in qua partim D. Lutherus in ſuggeſtu conſtitutus ſacro, dextra Ieſum in cruce pendentem, ſiniſtra vero Pontificem Romanum cum conſiliariis purpuratis orcum petentem oſtendens, partim diſtributio S. Coenae ſub ſpecie utraque conſpiciebatur.

17) Inſigne B. Lutheri ſcilicet roſa alba in area rubra ſerto aureo circumdata, in cuius floris medio cor humanum rubrum, cui crux deaurata eſt impoſita, cernitur.

18) Tabula adhuc ſuperſtes aenea ſepulchro D. Lutheri impoſita, in qua ſequens legitur Inſcriptio:

MARTINI. LVTHERI. S. THEOLOGIAE. D. CORPVS. H. L.
S. E. QVI. AN. CHRISTI. cIↃIↃXLVI. XII. CAL. MARTII.
EYSLEBII. IN. PATRIA. S. M. O. C. V. AN. LXIII. M. II. D. X.

19) Tabula marmorea in qua cuncta, quae Servatori noſtro in paſſione ſua contigerunt, in octo ſectiones diviſa ſcite erant expreſſa, ſupra eandem imago FRIDERICI El. cuius iuſſu haec exſculpta erat tabula, infra vero eandem inſignia Electoralia, Ducalia ac Principalia Domus Saxonicae conſpiciebantur.

20) Podium variis coloribus pictum atque deauratum, quod proceres occupabant Praefecturae.

21) Suggeſtus facer ex ſaxo artificioſe exſculptus, ex quo D. Lutherus primum puriorem auditoribus propoſuit doctrinam.

22) Effigies D. Io. Meiſneri, Praepoſiti ad Aed. OO. SS.

23) Ef-

23) Effigies sequentium Praepositorum aliorumque S. S. Theol. Doct. et Professorum, 1) Balthas. Meisneri, 2) Iac. Martini, 3) Guilielm. Lyseri, 4) Io. Scharfii, 5) Andr. Kunadii, 6) Io. Andr. Quenstedii, 7) Io. Georg. Neumanni, 8) Mart. Chladenii, 9) Io. Georg. Iochii.

24) Pictura repraesentans Iesum vulneratum eiusque matrem moestissimam cum inscriptione: ECCE HOMO.

25) Epitaphium Henningii Goedenii, Prof. Iur. Can. et huius templi Praepositi.

26) Epitaphium Petri Lupini, S. S. Theol. Doct. et ad Aed. OO. SS. Custodis.

27) Pictura, cui fere nihil venustius. Auctor enim eius, Cel. Albertus Dürerus, comprehensionem Christi in horto Gethsemane a Iudaeis noctu factam tanto expresserat artificio, ut illi, qui ex adverso stabant, nil, nisi caliginem densissimam hominesque quosdam, qui tamen vix observari poterant, cernerent. Qui vero oblique aspiciebant tabulam, accuratissime Iesum, Iudam osculo Magistrum suum prodentem, Petrum ense aurem Malchi praecidentem Iudaeosque Christum ligantes distinguere valebant, cum faces, quas Pontificum servi manibus gestabant, omnia collustrarent.

28) Eiusdem artificis in pictoria arte summi opus splendidum, quod Mariam manibus complicatis, genibus flexis multisque circumdatam Angelis, ante ipsam vero Iesum infantem nudum pulvino incumbentem, angelo ad eius caput adstante flabellumque gestante, elegantissime exprimebat. In ala dextra cernebatur Iosephus, Servatoris nutritor, librum manu tenens, in sinistra vero iuvenis nudus, coram quo vas vitreum aqua repletum erat positum.

29) Ianua Sacrarii maioris adhuc superstitis, cuius longitudo IV. perticas Rhenoland. V. pedes, latitudo vero II perticas, III pedes continet. Conservatur in eo Archivum Facultatis Theologicae.

30) Tabula triplicem representans Christi redivivi apparitionem, 1) Discipulis Emaunticis, 2) Mariae Magdalenae, 3) Apostolo Thomae factam.

31) Pictura elegantissima cum duabus alis in cuius medio conspiciebatur Maria dextro brachio Iesum, sinistro crucem portantem, pedibus vero diabolum monstrumque in parte superiore, ut mulier, in inferiore, ut serpens efformatum, conculcantem, duobus angelis supra Virginis caput

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/551 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

caput coronam tenentibus. Externe in ala dextra Maria Gabrielem dicentem attendens, in finiſtra vero ipſe Angelus Gabriel Mariae conceptionem annuncians cernebatur. In alarum lateribus interioribus ſeptem Mariae dolores, quos ſc. 1) Chriſti circumciſio, 2) fuga in Aegyptum, 3) filii amiſſio, 4) eiusdem paſſio, 5) crucifixio, 6) ex cruce ademtio et 7) ſepultura ei attulit, ſeptemque gaudia, quae 1) ex annunciatione Gabrielis, 2) viſitatione Eliſabethae, 3) nativitate Chriſti, 4) adventu Magorum, 5) apparitione Chriſti poſt mortem, 6) effuſione Spiritus ſancti et 7) coronatione eidem facta perſenſiſſe dicitur, conſpiciebantur.

32) Imago repraeſentans Pontificiorum ſic dictum pugatorium.

33) Epitaphium Caſparis de Wettin.

34) Pictura expulſionem Protoplaſtorum ex Paradiſo exprimens.

35) Ambo inferior ex ſaxo exſculptus a ſuggeſtu ſacro per dimidiam templi partem ſeſe extendens.

36) Epitaphium D. Conr. Vict. Schneideri, Med. Prof. Publ.

37) Epitaphium D. Io. Godofr. Krauſii, ICti Celeb. qui Academiae Rector diem obiit ſupremum.

38) Epitaphium Michael. Waltheri, SS. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord.

39) Epitaphium D. Caſp. Ziegleri, Conſ. Sax. et Iurid. Facult. Ordinarii.

40) Epitaphium D. Abrah. Vateri, Med. Prof. Publ.

41) Ambo medius itidem ex ſaxo fabricatus, qui omnem fere internam templi peripheriam complebat.

42) Organum pneumaticum.

43) Ambo ſupremus ligneus in tres partes diviſus.

44) Podium Electorale ex ligno exſtructum elegantiſſimeque pictum atque deauratum.

45) Pila unica, quae in hoc templo artificioſiſſime fornicato verſus occaſum inveniebatur.

46) Epitaphium D. Io. Deutſchmanni, S. S. Theol. Prof. Publ. et ad Aed. OO. SS. Praepoſ.

47) Epitaphium D. Dan. Sennerti, Med. Prof. Publ. Ord.

48) Cathedra Doctoralis, in qua a Facultatibus ſingulis ſolemni ritu Candidati ſummis publice ornabantur honoribus. Vltima promotio in hac cathedra peracta accidit d. XXIII. Sept. anni huius infeliciſſimi, quo

quo L. Abrahamus Kunzius, Archidiac. Vitemb. S. S. Theol. Doctor creabatur.

49) Locus, quo quondam alterum organum pneumaticum inveniebatur, quod simul ac n. 42 commemoratum iidem inflabant folles vento per canales supra templi fornicem tendentes utrisque communicato. Quod quidem opus multa admiratione dignum cIↃIↃccXIV, ut ruinis proximum, fuit demolitum.

50) Epitaphium D. Georg. Maioris, SS. Theol. Prof. Publ. Ord.

51) Epitaphium D. Christoph. Henr. Zeibichii, SS. Theol. Prof. Publ. et huius Templi Praepos.

52) Pars ambonis infimi vulgo podium iuventutis principum nuncupata, XVI Regalibus, Electoralibus Principalibusque insigniis saxo artificiose incisis condecorata.

53) Epitaphium D. Godofr. Straussii, Consil. Aul. et Fac. Iur. Ordinarii.

54) Epitaphium Sebast. de Wallwitz

55) Duae costae balenae XIV pedes exaequantes catenis ferreis suspensae.

56) Tabula effigies D. Lutheri et Melanchthonis a Luca Cranachio pictas repraesentans.

57) Cornu venatorium eximiae magnitudinis, super quod costa quaedam ingens, quae vulgo gigantea putabatur.

58) Epitaphium Hanns Hundtii, Equit. et Satrapae Saxonici.

59) Porta templi maxima, cui B. Lutherus LXXXXVII. Theses Tezelio oppositas affixit.

60) Effigies B. Philippi Melanchthonis eodem auctore eiusdemque conditionis ac D. Lutheri n. 14.

61) Tabula aenea continens versus, quibus Ioach. Camerarius huius immortalis Viri laudes celebravit. Infra eandem eiusdem est sepulcrum, quod sequens tegit inscriptio aeri incisa:

PHILIPPI. MELANCHTHONIS. S. V. CORPVS. H. L. S. QVI.
AN. CHRISTI. cIↃIↃLX. XIII. CAL. MAII. IN. HAC. VRBE.
M. O. C. V. AN. LXIII. M. II. D. II.

62) Tabula repraesentans longitudinem corporis Christi ad longitudinem sepulcri Hierosolymitani iussu FRIDERICI III. El. delineatam

63) Subsellia Facultatis Philosophicae.

64) Subsellia auditorum utriusque sexus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/553 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Qui pleniorem horum reliquorumque templi priſtini ornamentorum deſiderat notitiam, evolvat Matth. Fabri *Hiſtoriſche Nachricht von der Schloß und Academiſchen Stifts-Kirche zu Aller Heiligen in Wittenberg* 1717 et 1730 edit. in quo libello ſimul externae huius Templi ſtructurae, qua quondam erat conſpicua, accurata invenitur delineatio.

IV. Silentio denique non eſt praetereundum, ſolemnitates Facultatis Philoſophicae propter enarratos triſtiſſimos belli motus aeque ac mutationem Rectoratus debuiſſe procraſtinari, de quo poſteriori momento in faſtis Academiae ſequentia ſunt conſignata:

Ceterum notari meretur mutationem Rectoratus, ob graviſſimos belli tumultus ac furores luctumque et ſqualorem publicum nunquam omnino elugendum, in diem XXVIII. menſ. Octobr. fuiſſe dilatam, Aedeque Academica globulis igneis accenſa proh dolor! ac exuſta in Auditorio Maiori, huic ſolemnitati ad templi redintegrationem dedicato, inter gemitus ac lacrymas celebratam Rectoris abſentiam lugente et, de Vitemberga vehementer depreſſa non oppreſſa, nec unquam opprimenda, dicente Pro-Rectore.

RECTORE
ERNESTO FRIDERICO WERNSDORFIO
SS. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. et Alumnor. Reg. Electoral. Ephoro.

cIↃIↃccLX. d. 18. Octobr. inſcripti ſunt XXXIV.
inter quos

M. Erneſt. Chriſt. Meerheim, *Eccleſ. Vitemb. Diac. II.*
Sigism. Gottl. a Koenneritz *Equ. Miſn.*
M. Io. Georg Nic. Hacker, *Eccleſ. Vitemb. Diac. III.*
Io. Adolph. de Metzradt, *Equ. Miſn.*

Sub hoc Rectoratu

I. diſputarunt pro Licentia

I. IN FACVLTATE IVRIDICA
Praeſ. D. ERNEST. MART. CHLADENIO, *Dig. Inf. et Nov. P. P. O.*
ADOLPH. CHRIST. WENDLERVS, *Dobriluc. Luſ.*
de obligatione literas feudi univerſales dandi cohaeredibus.

II. IN

II. IN FACVLTATE MEDICA
Praef. D. DAN. WILH. TRILLERO, *Consil. Aul. Med. P. P. O. Prim.*
AVG. LVDOV. VNWÜRDE, *Forsta Lusat.*
de Tabaci Ptarmici abusu, ceu atrocis affectus ventriculi aliorumque morborum caussa

II. Creati sunt
I. IN FACVLTATE IVRIDICA *unus* I. V. Doctor
II. IN FACVLTATE MEDICA, *unus* Medicinae Doctor.
III. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano IO. FRID. HILLERO, *Poes. Prof. Publ.*
LX Philosophiae Artiumque Liberalium Magistri.

RECTORE
CHRISTIANO HANACCIO,
Iur. Vtr. Doct. Digest. Vet. Prof. Publ. Ord. Cur. Prov.
Scab. et Fac. Iur. Assess. et Ord. Iur. Seniore.

cIↃIↃccLXI. Cal. Mai. inscripti sunt XXVII.
per hoc semestre

I. pro Licentia disputarunt
I. IN FACVLTATE IVRIDICA
Sub Praes. D. LEONH. LVDOV. MENCKENII, *Consul. Vit. et Facult. Iurid. Assess. Ord.*
IMMAN. GOTTL. FREYBERG, *Dresdens.*
de aedibus exustis et ruinosis

II. IN FACVLTATE MEDICA
Praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chir. P. P. O.*
SAMVEL GODOFR. FÜSSEL, *Somsdorfio Misn.*
de caussis principalioribus, quae efficiunt, quo minus in morbis curandis finis exoptatus semper obtineatur.

II. Renunciati sunt
I. IN FACVLTATE IVRIDICA *unus* Iur. Vtr. Doctor.
II. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medicinae Doctor

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/555
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

III. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano CAR. DAN. FREYBERGIO, *Log. et Metaph. P. P. O.*

LI. Philosophiae Artiumque Liberalium Magistri et III Poetae Caesarei Laureati

III. Diem obierunt supremum

1. Cal. Septembr. GEORG. MATTH. BOSE, *Phys. Prof. Publ. Ord. et in commercio lit. Acad. Scient. Reg. Paris. Acad. Scient. Bonon. Reg. Holm. Soc. Reg. Lond. ut et Humanior. Litterar. Reg. Acad. Gryph. itemque Societat. Teut. Duc. Helmst. et Ienens. Adscriptus*

2. Prid. Iduum Septembr. ANDREAS FLORENS RIVINVS, *D. Pot. Reg. Pol. et Princ. Elect. Sax. a Consil. Aul. Decretal. Prof. Publ. Ord. Cur. Provinc. et Scabinat. Assess. Primar. Consist. Eccles. Direct. itemque Facult. Iurid. Senior et Ordinarius.*

3. Idib. Octobr. IO. GEORG. WALTHERVS, *Consil. Saxon. Moral. et Civil. Prof. Publ. Ord. et Alumnor. Reg. Electoral. Ephorus*

IV. Receptus est in Corpus Academicum
IVSTIN. ELIAS WÜSTEMANNVS, *Ord. Philos. Assess. Ord. et Iur. Nat. et Gent. Prof. Publ.*

RECTORE
GEORGIO RVDOLPHO BOEHMERO,
Phil. et Med. Doct. Anat. et Bot. Prof. Publ. Ord.

cIↃIↃccLXI. d. 18. Octobr. inscripti sunt XXI.
hoc Rectoratu

I. pro Licentia disputavit
IN FACVLTATE MEDICA
Praes. Rect. Magnif. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*

GOTTL. FRID. DOERINGIVS, *Reichenbaco Varisc.*
de virtute loci natalis in vegetabilibus

II Ac-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/556
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

II Acquiſiverunt
I. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Med. Licent. gradum Doctoris
II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano AVG. LEBR. WILCKE, *Graec. Lit. P. P. O.*
XVII Candidati ſummos in Philoſophia honores
III Obtinuit Profeſſionem Phyſices Ordinariam IO. DAN. TITIVS, *hactenus Mathem. Infer. P. P. O.*

RECTORE
IOANNE DANIELE RITTERO,
Phil. et Iur. Vtr. Doct. Pot. Pol. Reg. et Elect. Saxon.
a Conſil. Aul. Hiſtor. Prof. Publ. Ord. et Bibliothecae
Academicae Directore
cIↃIↃccLXII. Cal. Mai. inſcripti ſunt XXXI.
inter quos
Hans Ernſt de Globig, *Equ. Sax.*
Erneſt. Godofr. Baldinger, *Phil. et Med. Doct. et Pot. Pruſſ. Reg. ab Exerc. Med.*
per hoc ſemeſtre
I. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decan. CAROL. FRID. HOFMANNVS, *Fac. Philoſ. Aſſeſſ. Ord.*
XXXV. Philoſophiae Artiumque liberalium Magiſtros renunciavit.
II. Vitam cum morte commutavit d. IX Cal. Iun.
IVSTIN. ELIAS WÜSTEMANNVS, *Iur. Nat. et Gent. Prof. Publ. et Facult. Philoſ. Aſſeſſ. Ord.*

RECTORE
IOACHIMO SAMVELE WEICKHMANNO,
S. S. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. Conſiſt. Eccleſ. Aſſeſſ. Templi OO. SS. Praepoſito et Ord.
ſui Decano

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/557
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

cIↃIↃccLXII d. 18. Octobr. inſcripti ſunt XLIX.
inter quos
Aug. Adolph. de Globig, *Equ. Miſn.* Ferd. Ludov. de Hopfgarten, *Equ. Miſn.*
Adolph. Frid. Gotth. de Globig, *Equ. Miſn.*

Hoc Rectoratu

I. Diſputarunt pro Licentia
I. IN FACVLTATE IVRIDICA
1. Praeſ. D. CHRIST. HANACCIO, *Dig. Vet. P. P. O.*
CHRIST. ERNEST. BAVERVS, *Friesdorf. Mansfeld.*
de favore erga debitores calamitate belli debilitatos
2. Praeſ. D. ERN. MART. CHLADENIO, *Dig. Inf. et Nov. P. P. O.*
HENR. FRIDER. LEBR. AVTENRIET, *Vitembergenſ. Advocat. Dreſd.*
de Homagio reali

II. IN FACVLTATE MEDICA
1. Sub Praeſ. D. DAN. WILH. TRILLERI, *Conſil. Aul. et Med. P. P. O. Prim.*
PETRVS RENSCH, *Budiſſa Luſat.*
de morte ſubita ex nimio violarum odore oborta.
2. Sub praeſ. D. GEORG. AVG. LANGGVTHII, *Path. et Chirur. P. P. O.*
HENR. CAROL. CHARITIVS, *Martisburgenſ.*
de diverſa colicam curandi methodo

II. Creati ſunt
I IN FACVLTATE IVRIDICA II. Iur. Vtr. Doctores
II IN FACVLTATE MEDICA II Medicinae Doctores
III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano CAR. GOTTL. SPERBACHIO, *Orient. Lingu. P. P. O.*
XXXIII. Philoſophiae Artiumque liberalium Magiſtri.

III. Munus Profeſſoris Moral. et Civilium traditum eſt D. IO. DAN. RITTERO, Conſil. Aul. ut eo ſimul cum Profeſſione Hiſtoriarum fungatur

IV. Illu-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/558
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

IV. Illuxit tandem sub hoc Rectoratu felicissimus ille dies, quo Saxoniae nostrae pax reddebatur diu exoptata, simul ac Indulgentissimus PATER Patriae ex Polonia redux, cuius duplicis rei prosperrimae memoriam Academia die III Mai. devote ritibusque celebravit solemnibus, quorum in Novellis Lipsiensibus publicis sequens legebatur descriptio. *Morgens um 8 Uhr versamleten sich die sämtlichen Herren Professores, alle academische Gelehrte und Studirende in der academischen Schloß- und Stifts-Kirche, und zwar erstere in der Sacristey. Um 10 Uhr geschahe nach vorher geschehenen gemeinschaftlichen abgesungenen geistlichen Liedern, der Zug durch die Schloßgasse über den Markt und Collegiengasse nach dem großen Auditorio im Fridericiano; 6 Marschälle führten unter voller Music den damahligen Rectorem Magnificum, Sr. Hochwürd. den Hrn. D. und Professor Weickhmann und das eigentliche Corpus Academicum auf. E. E. Stadt-Rath, der sich auf dem Rathhause versammlet hatte, ließ den aus der Schloßgasse auf dem Markte anlangenden Zug mit Trompeten und Paucken salutiren und schloß sich unter Vertretung zweyer Marschälle an das Corpus Academicum. Hinter selbigen führten zwey Marschälle die sämtl. Herren Immatriculatos, alle Doctores, Adiunctos Magistros und die Geistlichkeit auf. Diesen folgte der Senior Seniorum aller Studirenden mit Marschällen, die 3 Landsmannschaften der hier Studirenden Herren mit ihren Senioren, jede mit zwey Marschällen aufgeführt. Ein Chor mit Trompeten und Paucken machte den Beschluß. Der Zug gieng in das große Auditorium, welches durchgehends roth ausgeschlagen und geziehret, und wegen der Menge der einheimischen und fremden Zuschauer, sowohl, als die Schloßkirche mit einer Wache von Soldaten besetzt war. Die zu dieser Feyerlichkeit verfertigte lateinische Ode hatte den Herrn Professor Hiller zum Verfasser, und Sr. Hochw. der Rector Magnificus Hr. D. und Professor Weickhmann hielt eine wohlausgearbeitete Rede:* De gaudio Saxoniae tranquillatae ad hilaria maiorum fidei nostrae a Constantino M. orbe pacato Romano informata composito, ad ductum Eusebii de vita Constantini M. L. II. C. XIX. *Sie wurde mit den inbrünstigsten Wünschen für das Allerhöchste Königl. und Churhauß geendigt, und der Actus mit den übrigen Theil der Ode unter einer starken Music beschlossen. Der Rückzug geschahe in voriger Ordnung. Abends wurde bey erleuchteten Kirchthürme und andern fröhlichen Vorfällen, bey manchen freudigen Vivat-Ruffen, jedoch*

doch mit aller möglichen Ordnung und Einschränkung, dieser solenne Tag geendigt.

RECTORE
ERNESTO MARTINO CHLADENIO,
Iur. Vtr. Doct. Consil. Aul. Decret Prof. Publ. Ord.
Consist. Eccles. Direct. Curiae Provinc et Scabin. Assess. Prim. et Facult. Iurid.
Ordinario

cIↃIↃccLXIII Cal. Mai. inscripti sunt XXXIV.

inter quos

MART. GOTTL. PAVLI, *Laub. Lus.* Iust. Christ. Lud. de Schellwitz, *Thur.*
I. V. D. Instit. Prof. Publ. Ord. *Iur. Vtr. Doct.*
Designat.

per hoc semestre

I. Disputarunt pro Licentia

I. IN FACVLTATE THEOLOGICA
Praes. D. ERN. FRID. WERNSDORFIO, *SS. Theol. P. P. O.*
M. IO. FRID. GÜHLINGIVS, *Chemnitiens. Eccles. Past. et Superintend.*
de spirituali malitia ad Eph. VI. 12.

II IN FACVLTATE IVRIDICA
Praes. D. GEORG. FRID. KRAVSIO, *Dig. Infort. et Nov. P. P. O.*
CHRIST. HENR. DREWERVS, *Dresdens.*
de postliminio rerum praesertim mobilium.

III IN FACVLTATE MEDICA
Sub praes. D. GEORG. RVD. BOEHMERI, *Anat. et Bot. P. P. O.*
IO. FRID. SINZIVS, *Mügella Misn.*
de bello morborum caussa

II. Renunciati sunt

I IN FACVLTATE IVRIDICA *unus* Iur. Vtr. Doctor

II IN

II IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medicinae Doctor
I. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano D. IOANNE DAN. RITTERO, *Consil. Aul. Hist. et Mor. P. P. O.*
XV. Philosophiae Artiumque Liberalium Magistri

III. Ex vita discessit Non. Aug. CAR. HENR. ZEIBICHIVS, *S. S. Theol. Cand. Facult. Phil. Assess. Ord. et Philos. Prof. Publ. Extraord.*

IV Receptus est in Senatum Academicum
D. MART. GOTTL. PAVLI, *Instit. Prof. Publ. Ord.*

RECTORE
DANIELE WILHELMO TRILLERO,
Phil. et Med. Doct. Consil. Aul. Medic. Prof. Publ. Ord.
Prim. et Illustr. Acad. Scient. Bonon. Sodale
cIcIↃccLXIII. d. 18. Octobr. inscripti sunt XXVI.
inter quos
Ernest. Henr. de Wilcke, *Equ. Misn.*
hoc Rectoratu

I. Pro Licentia disputarunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA
Praes. D. ERNEST. MART. CHLADENIO, *Consil. Aul. et Fac. Iur. Ordin.*
IO. ADAM. SCHOTTVS, *Steinovia Hanovian.*
de incrementis et iuribus mercaturae in Germania.

II. IN FACVLTATE MEDICA
Sub praes. Rect. Magnif. D DAN. WILH. TRILLERI, *Consil. Aul. et Med. P. P. O. Prim.*
IO. SIM. PRAEGER, *Vitemberg.*
de haemorrhodium fluxu nunc salutari, nunc autem noxio
Praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chir. P. P. O.*
IO. ROETTIGER SALOMO HOLDEFREVND, *Quedlinburgens.*
de motibus spasmodicis vagis iunctis deliriis periodicis iucundis

II Creati sunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA *unus* Iur. Vtr. Doctor

II. IN FACVLTATE MEDICA *duo* Medicinae Doctores

III. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decano GEORG. FRID. BERMANNO, *Mathem. Sup. P. P. O.*

XIV. Philosophiae Artiumque liberalium Magistri.

III. Receptus est

ERN. GODOFR. CHRIST. SCHROEDERVS, *Philos. Prof. Publ. Extraord. et Fac. Philos. Assess. Ord.*

IV. Summo cum luctu Academia glorioſissimam celebravit memoriam duorum Principum immortalium, Saxoniae subito ereptorum, Patris FRIDERICI AVGVSTI, Polon. Reg. et Elect. Saxon. et Filii FRIDERICI CHRISTIANI Princ. Reg. Pol. et Lithuan. et Elect. Saxon. Rectore Magnifico solemni Panegyri de eminentissimis Eorum meritis graviter dicente, quem actum lugubrem debita obeundum veneratione Professor Eloqu. CHRIST. CRVSIVS Programmate commendavit nomine Rectoris conscripto. Declaravit simul submississimam devotionem Societas Teutonica, quae hic Vitembergae floret, orationibus funebribus, ad quas audiendas eiusdem Societatis Praeses gravissimus, IO. DAN. TITIVS, Phys. P. P. O. Programmate invitavit.

RECTORE
GEORGIO FRIDERICO BERMANNO,

Mathemat. Superior. *Prof. Publ. Ord.*

cIↃIↃccLXIV Cal. Mai inscripti sunt LXVII.

inter quos

Ern. Gottl. de Kiesenwetter, *Equ. Lus.*

Carol. Otto Ern. de Kiesenwetter, *Equ. Lus.*

IO. ERN. ZEIHER, *Med. Doct. et hactenus in Acad. Scient. Petropol. Mechan. Prof. nunc designat. Math. Inser. P. P. O. Vitemb.*

Aug. Guil. ab Oppen, *Equ. Sax.*

Hoc Rectoratu

I. pro Licentia disputavit

IN

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/562 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

IN FACVLTATE MEDICA
Sine Praeside, CHR. FRID. OTTO, *Gros Milckavienſis.*
de procidentiis uterinis.

II Condecorati ſunt
I. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medic. Doctoris gradu
II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano IO. AEGID. STRAVCHIO, *Iur. Nat. et Gent. P.P.*
XIV Philoſophiae Artiumque Liberalium Magiſtri dignitate

III. In Corpus Academicum recepti ſunt
D. IO. ERN. ZEIHER, *Mathem. Infer. P. P. O.*
IO. AEGID. STRAVCH, *Iur. Nat. et Gent. P. P. et Fac. Philoſ. Aſſeſſ. Ord.*

RECTORE
CHRISTIANO SIGISMVNDO GEORGIO
S. S. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. et Alumnor. Electoral. Ephoro

cIↃIↃccLXIV. d. 18. Octobr. inſcripti ſunt XXXIX.
inter quos
Car. Aug. de Kyau, *Equ. Luſ.* Ioſ. Frid. Amand. a Lochau, *Equ. Luſ.*
per hoc ſemeſtre

I. pro Licentia diſputavit
IN FACVLTATE MEDICA
Praeſ. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*
IO. FRID. GOTTL. FRIDERICI, *Stolbergenſ.*
de planta, re varia

II. Creati ſunt
I. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medicinae Doctor
II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano CHRIST. CRVSIO, *Eloqu. P. P. O.*
XV. Philoſophiae Artiumque Liberalium Magiſtri.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/563
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

RECTORE
GEORGIO FRIDERICO KRAVSIO,
Iur. Vtr. Doct. Cod. Prof. Publ. Ord. Cur. Provinc.
Consist. Eccles. Scabin. et Facult. Iurid.
Assessore

cIↃIↃccLXV. Cal. Mai. inscripti sunt LXIII.
inter quos
Bened. Sigism. de Heyking, *Equ. Curon.*
Io. Godofr. Ern. de Schaumburg, *Equ. Thur.*
hoc Rectoratu

I Pro Licentia disputavit
IN FACVLTATE IVRIDICA
Praes. D. CHRIST. HANACCIO, *Cod. Prof. Publ. Ord.*
cuius aegrotantis vices in se suscepit D. FRID. AVG. FISCHERVS, *Dig. Infort. et Nov. P. P. O.*
CHRIST. GOTTL. HOMMELIVS, *Vitemb.*
de praefecturis earumque origine in Germania

II. Creati sunt
I. IN FACVLTATE IVRIDICA *unus* Iur. Vtr. Doctor.
II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano IO. DAN. TITIO, *Phys. Prof. Publ. Ord.*
XVI. Philosophiae Artiumque Liberalium Magistri.

III. Diem obiit supremum d. VIII. Cal. Aug.
CHRIST. HANACCIVS, *Iur. Vtr. Doct. Cod. Prof. Publ. Ord. Cur. Provinc. Scabin. et Facult. Iurid. Assess. eiusdemque Ord. Iur. Senior.*

RECTORE
GEORGIO AVGVSTO LANGGVTHIO
Phil. et Med. Doct. Pathol. et Chirurg. Prof. Publ. Ord.
et Facult. Med. Seniore.

cIↃIↃccLXV d. 18. Octobr. inscripti sunt XLVI.
inter

inter quos

GEORG. STEPH. WIESAND, *Hohenstraussio Palat. Phil. et Iur. Vtr. Doct. et Instit. Prof. Publ. Ord. designat.*

CAROL. AVG. SCHLOCKWERDER, *Loeb. Luf. I. V. D. et Senat. Vit.*

Io. Ant. Traug. Treusch a Buttlar, *Equ. Sax.*

per hoc semestre

I. pro Licentia disputarunt

I. IN FACVLTATE IVRIDICA

1. Praes. D. GEORG. FRID. KRAVSIO, *Cod. P. P. O.*

ADOLPH. ADLER, *Helbigsdorf. Misn. Advocat. Dresd.*

de iure in arbores vicini in nostrum prominentes aerem

2. Praes. D. MART. GOTTL. PAVLI, *Dig. Vet. P. P. O.*

CHRIST. GOTTL. BERGMANN, *Zittav. Marchion. Luf. Sup. Advoc. Ord.*

de Lusatia hodierna, tam quoad originem, quam quoad iura, Saxonum colonia

3. sine Praeside IOACH. GVIL. WEICKHMANNVS, *Gedanens. in patr. urb. Aed. et Xenodoch. ad S. Barbar. Curat.*

Civitatem Gedanensem, neque olim in regni Germanici fuisse, neque hodie in Imperii R. G. esse potestate, eiusque nexu contineri, evincens.

II. IN FACVLTATE MEDICA

1. Praes. D. DAN. WILH. TRILLERO, *Consil. Aul. et Med. P. P. O. Prim.*

CHRIST. IMMAN. LOESCHER, *Widerav. Misn.*

de morbo Coeliaco singulari a Cornelio Celso descripto.

2. Praeside Eodem

CHRIST. DAVID. ZOPFIVS, *Wurcenens.*

de mira naturae solertia in reparandis damnis corpori animato illatis

3. Praes. Rectore Magnif. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chir. P. P. O.*

IO. GODOFR. VLMANNVS, *Beltit. Sax.*

de morbo boum adhuc epidemice grassante.

4. Praef. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*

CHRIST. GEORG. WOLFG. BEHRISCH, *Dresdens.*
de historia morbi, Ariadneo in Medica praxi filo.

II. Renunciati sunt
I. IN FACVLTATE IVRIDICA II Iur. Vtr. Doctores
II. IN FACVLTATE MEDICA III Medicinae Doctores.
III. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano IO. FRID. HILLERO, *Poes. P. P. O. et Alumn. Elect. Ephor.*
XLII Philosophiae Artiumque liberalium Magistri.

III In Senatum Academicum receptus est
GEORG. STEPH. WIESAND, *Iur. Vtr. Doct. et Inst. Prof. Publ. Ord.*

RECTORE
IOANNE DANIELE TITIO,
Phys. Prof. Publ. Ord. et Fac. Philos. Lips. Assess.

cIↃIↃccLXVI. Cal. Mai. inscripti sunt XLV.
inter quos
Io. Beni. Thomae, *Wermsdorf. Misn. Medic. Doct.* Henr. Wilh. de Bibra, *Equ. Misn.* Georg. Frid. de Low, *Equ. Hermund.*

hoc Rectoratu

I. pro Licentia disputavit
I. IN FACVLTATE MEDICA
Praes. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*

CAROL. HENR. TITIVS, *Roswino Misn.*
de exanthematum, quae cum febre sunt, differentia et origine diversa

II. Condecorati sunt
I. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medic. Doctoris dignitate

II. IN

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/566
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano BENI. GOTTL. LAVR. BODENO, *Facult. Philoſ. Aſſeſſ. Ord.*
XIV. Philoſophiae Artiumque Liberalium Magiſtri honoribus.

III In Corpus Academicum receptus eſt
IO. CAR. GEBH. REINHARDVS, *Iur. Vtr. Doct. Iur. Feud. Prof. Publ. et Facult. Iurid. Aſſeſſ. Ord.*

RECTORE
ERNESTO FRIDERICO WERNSDORFIO
SS. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. et Alumnor. Electoral. Ephor. Societ. Lib. Art. Lipſ. Membr. Honorar.

cIↃIↃccLXVI. d. 18. Octobr. inſcripti ſunt XXXII.
per hoc ſemeſtre

I. Pro Licentia diſputarunt
I. IN FACVLTATE IVRIDICA
Praeſ. D. FRID. AVG. FISCHERO, *Dig. Infort. et Nov. P. P. O.*
FRID. SAL. BRETNITZ, *Nebra Thuring. Iur. Pract. Vitemb.*
Obſervationum Iuris Criminalis Specimen primum defendens.

II. IN FACVLTATE MEDICA
1. Praeſ. D. DAN. WILH. TRILLERO, *Conſil. Aul. et Med. P. P. O. Prim.*
IO. FRID. MICHAELIS, *Wurcenenſ.*
de fallacia examinis chemici in exploranda intima thermarum natura
2. Praeſ. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chir. P. P. O.*
FRID. TRAVG. RICHTER, *Radeberg. Miſn.*
de Haemorrhoidibus morbo coeco.

II. Renunciati ſunt
I IN FACVLTATE MEDICA II Medicinae Doctores
II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decano

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/567
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Decano CAR. DAN. FREYBERGIO, *Log. et Metaph. P. P. O.*

XX. Philoſophiae Artiumque liberalium Magiſtri.

II Poetae Caeſarei Laureati

III. Vitam cum morte commutavit Cal. Febr. cIↃIↃccLXVII. CHRIST. CRVSIVS, *Eloquent. Prof. Ord. et Imperial. Petropol. Acad. Scient. Sodalis.*

IV. Recepti ſunt

I in Senatum Academicum

1. ERNEST. GODOFR. CHRIST. KLÜGEL, *Phil. et Iur. Vtr. Doct. Iur. Saxon. Prof. Publ. Facult. Iurid. et Iudic. Provinc. in Luſat. Infer. Marchionat. Aſſeſſor.*

2. CHRIST. GOTTL. HOMMEL, *Iur. Vtr. Doct. Tit. de Verb. Signif. et Reg. Iur. Prof. Publ. et Facult. Iurid. Aſſeſſor.*

II inter Profeſſores Extraordinarios

BENI. GOTTL. LAVR. BODEN, *Facult. Phil. Aſſeſſ. Ord. Poeta Caeſ. Laureat. et Antiquitat. Prof. Publ.*

V. Reſtauratio Templi Academici ſuperiori anno ſuſcepta largiſſimisque tam exterorum, quam Saxoniae civium donis, praeſertim vero Auguſtiſſima Sereniſſimi Academiae Nutritoris munificentia ſublevata adeo feliciter ſucceſſit, ut ſub finem huius anni faſtigium huic operi, ritibus hac occaſione ſolitis hymnisque ſacris ſub ſonitu buccinorum aeneorumque tympanorum devote decantatis, eximia hominum congregatorum multitudine imponi potuiſſet.

RECTORE
MARTINO GOTTLIEB PAVLI
Iur. Vtr. Doct. Dig. Vet. Prof. Publ. Ord. Curiae Provinc. Conſiſt. Eccleſ. Scabin. et Facult. Iurid.
Aſſeſſore

cIↃIↃccLXVII Cal. Mai. inſcripti ſunt LXIX.

inter quos

Aug. Chriſt. Lud. a Wietersheim, *Equ. Anhalt.*

hoc

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/568
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

hoc Rectoratu

I. Disputarunt pro Licentia

I IN FACVLTATE IVRIDICA

1. Praes. D. ERNEST. MART. CHLADENIO, *Consil. Aul. et Fac. Iurid. Ordinario*

CHRIST. FRID. GAVDICHIVS, *Advocat. Dresdens.*

de reverentia fori

2. Praes. D. GEORG. FRID. KRAVSIO, *Cod. P. P. O.*

FRID. GOTTL. HESSLING, *Greussena Schwarzburg.*

de testamento parentum inter liberos minus solonniter nuncupato.

II IN FACVLTATE MEDICA

1. Sub praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chirur. P. P. O.*

ERN. HENR. PETZSCH, *Misenens.*

de scabie viva.

2 .praes. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*

FRID. RVD. PEISSELIVS, *Ottendorp. Misn.*

de salibus ammoniacalibus

II. Creati sunt

I IN FACVLTATE IVRIDICA II. Iur. Vtr. Doctores

II IN FACVLTATE MEDICA II. Medicinae Doctores

III IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decano AVG. LEBR. WILCKE, *Graec. Lit. P. P. O.*

XII. Philosophiae Artiumque Liberalium Magistri

RECTORE

GEORGIO RVDOLPHO BOEHMERO,

Phil. et Med. Doct. Anat. et Bot. Prof. Publ. Ord.

et Physico Provinciali

clolocclXVII. d. 18. Octobr. inscripti sunt XXXVI.

inter quos

IO. HENR. IOSEPH. GEORG. COMES DE FLEMMING

IO. MATTH. SCHROECKH, *Vienenſ. Poeſ. P. P. O. Deſignat.*

Car. Henr. de Low, *Equ. Hermund.*

per hoc ſemeſtre

I. pro Licentia diſputavit

IN FACVLTATE MEDICA

Praeſ. D. DAN. WILH. TRILLERO, *Conſil. Aul. et Med. P. P. O. Prim.*

IO. BENI. GALLWITZ, *Goerlic. Luſat.*

de veſpertina morborum exacerbatione

II. Renunciati ſunt

I IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medicinae Doctor

II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA

Decano D. IO. ERN. ZEIHERO, *Mathem. Inſer. P. P. O.*

XXI. Philoſophiae Artiumque liberalium Magiſtri

III. Recepti ſunt

I in Corpus Academicum

IO. MATTH. SCHROECKH, *Poeſ. Prof. Publ. Ord.*

II inter Profeſſores Extraordinarios

ADOLPH. IVLIAN. BOSE, *Med. Doct. et Prof. Publ.*

RECTORE
IOANNE DANIELE TITIO,

Phyſ. Prof. Publ. Ord. et Facult. Philoſ. Lipſ. Aſſeſſ.

cIↃIↃccLXVIII. Cal. Mai. inſcripti ſunt XLVII.

inter quos

FRID. AVG. LIB. BAR. DE HOHENTHAL

Io. Fr. Lud. a Ridenau, *Equ. Miſn.*

Hoc Rectoratu

I. pro Licentia diſputarunt

I. IN FACVLTATE THEOLOGICA

Praeſ. D. CAR. GOTTL. HOFMANNO, *SS. Theol. P. P. O. et Superintend. General.*

FRID.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/570
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

FRID. IMMAN. SCHWARZIVS, *Paſt. et Superint. Penicenſ.*
Qui ſine Chriſto, ſine Deo Epheſ. II. 12.

II. IN FACVLTATE MEDICA
Praeſ. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chir. P. P. O.*
IO. AVG. HEINSIVS, *Sorav. Luſat.*
de vena fonte haemorrhoidum non ſatis limpido

II Creati ſunt
I. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medicinae Doctor
II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano SAM. GODOFR. GEYSERO, *Fac. Philoſ. Aſſeſſ. Ord.*
X. Philoſophiae Artiumque liberalium Magiſtri.

RECTORE
IOACHIMO SAMVELE WEICKHMANNO,
S. S. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. Conſiſt. Eccleſ. Aſſeſſ. Templi OO. SS. Praepoſito et Ord. ſui Decano

cIↃIↃccLXVIII. d. 18. Octobr. inſcripti ſunt L.
inter quos
ALEX. HENR. MAXIMIL. LIB. BAR. A BRAVN ET ZOBTEN Chriſt. Aug. Traug. de Globig, *Equ. Miſn.*
per hoc ſemeſtre

I. Pro Licentia diſputarunt
Praeſ Rect Magnif. D. IOACH. SAM. WEICKHMANNO, *SS. Theol. P. P. O. et ad Aed. OO. SS. Praepoſ.*
IO. GODOFR. KOERNER, *SS. Theol. Baccal. et ad Aed. Thom. Diac. Lipſ.*
de imagine divina

II. IN FACVLTATE MEDICA
Praeſ. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/571 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

IO. GVIL. KÜHN, *Med. Cand.*
de cauſſis uterum impraegnatum diſtendentibus.

II Condecorati ſunt

I. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medic. Doctoris dignitate

II IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano IO. MATTH. SCHROECKHIO, *Poeſ. P. P. O.*
XXI Philoſophiae Artiumque Liberalium Magiſtri honoribus

III placida obiit morte Menſ. Febr. cIↃIↃccLXIX.
GEORG. FRID. BERMANNVS, *Mathem. Sup. Prof. Publ. Ord.*

IV. Menſe April. Anni cIↃIↃccLXIX urbi noſtrae Academiaeque ſumma contigebat felicitas, cum exoptatiſſima Sereniſſimi PATRIS Patriae Celſiſſimaeque EIVSDEM CONIVGIS praeſentia per aliquot dies devotiſſima cum laetitia frui liceret. Omnium iam inſigni perfundebat voluptate animos nuncius, quo clementiſſime ſignificabatur, ELECTOREM Indulgentiſſimum ad fidei ſacramentum a civitate gratioſiſſime accipiendum die XII huius menſis fore adventurum, ſingulique hunc diem auſpicatiſſimum flagrantiſſimo expectabant deſiderio. Inprimis vero proceres omnium Vitembergae ſtatuum impetrata venia indefeſſo procurabant ſtudio ea, quae proſperrimus PRINCIPIS Optimi adventus requirebat, quibusque mens ſubmiſſima veneratione pariter ac ſummo gaudio impleta poterat declarari. Quem in finem Academia cives ſuos, ut literarum STATORI Optimo, non in literis tantum, ſed etiam in moribus profeciſſe devotiſſima comprobarent modeſtia, ſerio ſequenti exhortabatur admonitione loco publico affixa:

RECTOR ET CONSILIVM
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS PVBLICVM

Quantum ſplendoris habet ac iucunditatis adventus Principalis, tantum venerationis gaudiique antiquitus attulit. Plures ſuperſunt numi, a Spanhemio, in divino opere, de praeſtantia et uſu moniſmatum antiquorum, collecti, in quibus vel acceſſus Principis ad urbem Romam vel in civitatem Romani imperii provinciamve ingreſſus celebratur. Praeter alios movet hominum, aeris priſci ſtudioſorum, attentionem Traiani ille, in regia Gallorum

lorum gaza, qui hinc laureatam Imperatoris effigiem ſolemniaque cognomenta monſtrat, illinc eundem equitantem haſtaque armatum. Ante mulier ſtat, dextra tenens lauri ramuſculum, ſiniſtra cornu copiae, ſignum felicitatis, tres ſequuntur milites. Inſcribitur hoc vetuſtatis monumentum ADVENTVS AVG. S. P. Q. R. OPT. PRINCIPI. Sed, quo pertineat illud, Plinius in panegyrico declarat optime, ubi, qua ſit expectatione primum Traiani, imperium Nervae adoptione ac mox deſceſſu conſecuti, in urbem iter deſideratum, quam mirifica laetitia exceptum, magna dicendi copia perſequitur. Eundem voluptatis ſenſum nos percipimus, *Cives*, qui futuro Mercurii die vultum atque os cernemus FRIDERICI AVGVSTI, Sereniſſimi Saxonum PRINCIPIS ELECTORIS, DOMINI Noſtri Indulgentiſſimi, ut, proximo Veneris die, fidem obſequiumque ſacramenti religione obſtringamus. Huic PATRI Patriae quantopere placeat tranquillitas publica morumque humanitas, noviſſimum declarat edictum, hanc in ſententiam propoſitum, atque a Vobis adhuc, magno cum modeſtiae decore, obſervatum. Quamvis igitur nulli dubitemus, quin, quae Veſtra eſt virtus, ſitis praeſentiam PATRIS Optimi compoſito vitae genere ornaturi, Vos tamen ad hanc dictorum moderationem factorumque ſapientem, non, quod neceſſarium putemus ſed, quia ſemper moris fuit, cohortamur. Dabitis hoc Academiae dignitati, quae nunc Reſtitutori Salutis ſuae cupit in primis probari. Dabitis tot procerum, qui PRINCIPEM comitantur, amplitudini atque auctoritati, de huius literarum domicilii incrementis ornamentisque ſollicitorum. Dabitis ipſius PARENTIS Patriae voluntati, qui nobis iura beneficiaque, a Patribus Maioribusque memoriae glorioſiſſimae conceſſa auctaque, benigniſſime firmabit. Sic Vos gerundo, eandem reportabitis laudem, quam AVVS PRINCIPIS noſtri, ſempiternae praedicationis, huius Academiae Iuventuti in ſuperiori fidei obligatione tribuit, eam probitate vivendi atque urbanitate ſpem, de ſe conceptam, longe ſuperaſſe. Votis autem precationibusque nobiſcum certabitis, ut Deus PRINCIPEM Clementiſſimum ſalvum incolumemque ad nos deducat, atque ritui tam ſolemni ſucceſſus proſperos largiatur et cum perpetuis Academiae commodis coniunctos. P. P. V. Id. April. cIↃIↃccLXIX.

Die X. huius menſis iam Torgavia accedebat legio, a ſupremo eius duce, Sereniſſimo Principe Regio CAROLO, Duce Curlandiae et Semgalliae, denominata, ut ſolemnitatibus publicis inſerviret hic inſtituendis, cum tres in hac urbe collocatae cohortes legionis, cui Sereniſſimus PRINCEPS Gotha-

nus praeeſt, Lubbenam eundem in finem ante aliquot dies deceſſiſſent. Eodem die circa veſperam adventu ſuo Academiam ingentem in modum recreabat Indulgentiſſimus eiusdem Maecenas Illuſtriſſimus de GLOBIG, Sereniſſimi PRINCIPIS ELECTORIS a Conſiliis Intimis Summique Senatus Eccleſiaſtici Praeſul Eminentiſſimus, ſubmiſſoque ab eadem excipiebatur cultu. Die inſequenti templum Academicum quoad maximam partem reſtauratum, Collegium D. FRIDERICI ad habitandum iam redintegratum, denique Collegium D. AVGVSTI in eoque Bibliothecam Academicam et Convictorium Electorale, gratioſo perluſtrabat vultu. Tandem illuceſcente deſideratiſſimo die XII April., quo Sereniſſimus PARENS Patriae urbem hanc Electoralem intrare clementiſſime decreverat, omnia diſponebantur, quae amplitudini huius feſtivitatis erant convenientia. Hinc circa meridiem duplex buccinatorum et aheneotympaniſtarum chorus in turribus templi Parochialis ſiſtebatur, qui, quam primum Indulgentiſſimus PRINCEPS ELECTOR appropinquans conſpici poſſet, concentu ſuo fortunatiſſimum adventum iubebatur annunciare. Legionis dictae cohortes in ſuburbiis locisque vicinis collocatae in urbem ſe conferebant duasque formabant lineas ab aula Electorali, in aedibus Thomaeanis et Franckianis medium ad forum ſitis Curiaeque ex adverſo conſtituta, per plateam Collegiorum uſque ad portam Elyſtri ſeſe extendentes. Cives Academici ducibus, *Comite de Flemming* et *M. Friſchio*, Academiae Bibliothecario, cum ſenioribus ſuis atque ceremoniarum magiſtris duplici tibicinum choro inſtructi loca ante Collegia DD. FRIDERICI atque AVGVSTI occupabant. Cives oppidani duce *Schönbergio*, ex Senatoribus iis praefecto, ſub ſonitu tympanorum tibiarumque ſublatisque ſignis ante portam Elyſtri ſe recipiebant, ibidemque a dicta porta prope aream iaculatoriam uſque ad coemeterium ſuburbanum vetus in duos ſe collocabant ordines. Senatus Academicus veſtibus palliisque nigris indutus in aedibus Fiſcherianis, Oppidanus vero ante portam Elyſtri congregatus, denique Antiſtites Praefecturae Vitembergenſis in eiusdem finibus extimis ſumma expectabant cum devotione et laetitia Sereniſſimum FRIDERICVM AVGVSTVM Sereniſſimamque MARIAM AMALIAM Lubbena per urbes Querfurtenſes, Dahmam et Iutrebocum, huc iter facientes. Hora circiter V. veſpertina horum Celſiſſimorum PRINCIPVM adventus accidebat Zalmsdorfii, prope quem quidem pagum, in confiniis Praefecturarum Vitembergenſis et Seydenſis, haud procul ab urbe Zahna, ſitum xyſtus ex arborum ramis

fruti-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/574
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

fruticibusque conditus erat nonnullisque inſcriptionibus ornatus, qui quartam fere milliarii Germanici complebat partem. Simulac eſſedum Electorale in conſpectum veniebat, haud ingratus paſtoralis audiebatur concentus, qui uſque eo continuabatur, dum propius rheda appropinquaret. Quo facto ad eandem accedebant dicti praefecturae Vitembergenſis proceres, eiusdem nimirum Praetor, *Haſius*, a conſiliis Commiſſionum, et Quaeſtor ac Inſpector, *Marckwordtius*, quorum prior brevi ſubmiſſiſſimaque allocutione Sereniſſimis PRINCIPIBVS de fortunatiſſimo gratulabatur adventu, IISque ſe ſingulosque praefecturae cives quam devotiſſime commendabat. Venia quoque impetrata utrique Praefecturae Antiſtites modo nominati filiolas ſuas paſtoritio habitu veſtitas ſiſtebant, quae coram Indulgentiſſimis PARENTIBVS Patriae demiſſiſſimum recitabant carmen bucolicum illudque ſimul cum florum faſciculo ſumma cum reverentia offerebant. Cives vero ac incolae huius regionis, a Flemingis denominatae, quorum inſignis ſeſe congregaverat copia, in dicto xyſto conſtituti abientibus PRINCIPIBVS Sereniſſimis ſub iam commemorata ſymphonia paſtoricia laetiſſimi acclamabant. Per urbem Zahnam proficiſcentes Clementiſſimi PRINCIPES non ſolum a ſenatu devotiſſime excipiebantur oppidano, ſed etiam a cohorte iaculatoria armis inſtructa, reliquisque civibus ſimul, cum iuventute veſtibus exornata, ordine diſpoſitis ſumma declarabatur veneratio. Circa horam ſeptimam curſor aulicus Vitembergae noſtrae iucundiſſimum afferebat nuncium, Sereniſſimos PRINCIPES haud procul ab hac urbe noſtra abeſſe, a quo ſtatim temporis momento omnium campanarum, ahenotympanorumque in turribus collocatorum incipiebatur pulſatio, tibicinesque in eodem loco conſtituti tubas inflabant. Brevi temporis ſpatio interiecto Ipſe Indulgentiſſimus PATER Patriae ſimul cum Sereniſſima CONIVGE ad urbem adveniebat, tranſiensque per ordines civium ab iisdem elatis armis demiſſisque vexillis reſonantibus tympanis tibiisque devotiſſime ſalutabatur. Ad portam Elyſtri propius accedens non ſolum Senatum oppidanum ante eam congregatum, ſubmiſſiſſimam venerationem pariter ac ſummum gaudium de feliciſſimo adventu interprete Conſule dirigente, D. *Bauero*, teſtificantem, clementiſſime audiebat, ſed etiam claves urbis pulvinari holoſerico coccineo impoſitas et a magiſtratu maxima cum veneratione oblatas, reddebat eidem gratioſiſſime. Tandem ſub perpetuo campanarum omnium tympanorumque ſonitu clangoreque tubarum tibiarumque, qui partim ex turribus reſonabat, partim ab agminibus civium,

vium, coetu ſtudioſorum cohortibusque legionis edebatur, Sereniſſimi PRINCIPES per lineas civium Academicorum militumque, quorum iſti inflexis ductorum lituis, hi vero elevatis armis inclinatisque ſignis ſalutabant, urbem intrabant ipſam SEque in aedes ſupra dictas, in quas turma legionis equeſtris, cuius ſummus praeſes eſt Sereniſſimus EVGENIVS, Princeps Anhaltino Deſſavienſis, loco cohortis praetoriae erat collocata, recipiebant multis Aulae Purpuratis Adminiſtrisque ſtipati, qui vel EOS ibidem praeſtolabantur, vel ſimul cum IIS advenerant, inter quos, praeter iam nominatum Celſiſſimum Principem EVGENIVM Illuſtriſſimumque de GLOBIG, Viri Illuſtriſſimi Perilluſtres Excellentiſſimique, de STAMMER, Marchionatus Luſatiae Superioris Praetor et a Conſultationibus Publicis Conſiliisque Intimis, L. B. de ENDE, in Senatu ELECTORIS Sanctiſſimo Conſiliarius, Comes de SACKEN, eiusdem Senatus Sanctiſſimi Conſiliarius, L. B. de FRITSCH, a Conſultationibus Publicis et Conſiliis Intimis, de WESSENBERG, a Conſultationibus Publicis et Supremus Aulae Magiſter, de SCHOENBERG, Primarius Aulae Mareſchallus, Comes de VITZTHVM, Supremus eorum, qui ſunt ab interioribus cubiculi, Comes de LINDENAV, a Conſiliis Intimis et Supremus Stabuli Electoralis Praefectus, de BREITENBAVCH, Supremus Pincernarum Praefectus, L. B. de FORELL, Cohortis Praetoriae Helveticae Dux, Comes de MARCOLINI, Camerae Electoralis Praefectus, de SCHOENBERG, Aulae Mareſchallus, de SCHOENBERG, Palatii Mareſchallus aliique effulgebant. Paullo poſt Sereniſſimi PRINCIPES non ſolum Illuſtriſſimum S. R. I. Comitem de LOESER, a Conſiliis Intimis et Haereditarium Saxoniae Mareſchallum aliosque ex Ordine Circuli Electoralis Equeſtri, ſed etiam delegatos Academiae et Magiſtratus Oppidani ad praeſtandam ſubmiſſionem clementiſſime admittebant. Fungebantur autem hoc devotiſſimae pietatis officio Academiae nomine, et quidem reſpectu ELECTORIS Indulgentiſſimi quatuor Facultatum Seniores, D. *Hofmannus*, Superintend. Gen. D. *Chladenius*, a Conſiliis Aulae et Fac. Iur. Ordinar. D. *Langguthius*, Med. P. P. O. et *Sperbachius*, LL. OO. P. P. O. reſpectu ELECTRICIS Celſiſſimae quatuor Decani, D. *Georgius*, SS. Th. P. P. O. D. *Fiſcherus*, Iur. P. P. O. D. *Boehmerus*, Med. P. P. O. et *Schroeckhius*, Poeſ. P. P. O. nomine vero Senatus oppidani D. *Bauerus*, Conſul. Reg. D. *Klügel*, Synd. D. *Franckius*, Praetor et D. *Genslerus*, Senator, breviter quidem ſimul tamen obſervantiſſime perorantibus, inter priores duobus Iureconſultis, inter poſteriores vero D. *Bauero*. Qua quidem occaſione non ſolum carmina gratula-

gratulatoria, ſed etiam ſolita ſubmiſſiſſime offerebantur dona, quae quidem ratione Academiae in nonnullis libris, ratione vero Senatus oppidani in quibusdam doliis vino repletis vaſisque argenteis conſiſtebant, et ab indulgentiſſimis PARENTIBVS Patriae gratioſiſſime accipiebantur. Die XIII. huius menſis hora circiter IX Sereniſſimis PRINCIPIBVS Societas Teutonica, quae hic Vitembergae floret, poemate votivo demiſſiſſimam declarabat venerationem, quod quibusdam eiusdem membris, nimirum *Titio*, Phyſ. P. P. O. *Schroeckhio*, Poeſ. P. P. O. *Bodeno*, Antiqu. P. P. et *Marckwordio*, interprete Societatis Directore, *Titio*, devotiſſime tradere, gratioſiſſime concedebatur. Paullo poſt a D. *Trillero*, Conſil. Aul. et Med. P. P. O. Primar. carmen ſuo nomine compoſitum ſumma cum reverentia offerebatur clementiſſimeque aſſumebatur. Hora audita X. finitoque ientaculo Indulgentiſſimus ELECTOR, cum CONIVGE Celſiſſima, comitantibus quibusdam utriusque ſexus Proceribus Aulae, breve trans Albim ad urbem Pretſcham ſuſcipiebat iter arcem hortumque ibidem viſendi cauſſa, qua quidem occaſione legio equeſtris, cuius ſummus eſt Praefectus Sereniſſimus Princeps EVGENIVS, in campis Pratavienſibus ordine diſpoſita, exercitationibus militaribus, quibus ſe oſtentabat, Mitiſſimi PATRIS Patriae clementiſſimum deportabat aſſenſum. Durante hac Sereniſſimorum PRINCIPVM abſentia plurimi hic praeſentium Summorum Adminiſtrorum Aulaeque Purpuratorum comite Illuſtriſſimo de GLOBIG Profeſſoribusque illis, quibus inſpectio inſtaurationis templi Academici erat tradita, non ſolum hocce dictum templum, ſed etiam reliqua aedificia Academica, Auditoria cuncta, Bibliothecam publicam, Convictorium Electorale, Hortum Botanicum, Theatrum Anatomicum aliaque inſtituta publica inviſebant, ſuamque inde perceptam gratioſiſſime declarabant voluptatem. Appropinquante Clementiſſimorum PRINCIPVM reditu iuventus Vitembergenſis utriusque ſexus decore veſtita, pueri quidem faſciolis humero infixis frondesque recentes manu geſtantes, puellae vero ſertis ornatae, ante portam, quae ab Albi denominatur, ſub inſpectione quarundam perſonarum, quibus a Senatu haec demandata erat cura, ſeſe conferebat ibidemque a dicta porta uſque ad pontem vulgo, *die Lauf-Brücke*, nuncupatum duas formabat lineas PRINCIPESque Sereniſſimos hora circiter V. per eas tranſientes ſubmiſſa ſalutabat corporis flexione, quam puerilem devotionem Indulgentiſſimi PARENTES Patriae tam gratioſe accipiebant, ut hanc iuventutem non ſolum hoc loco, ſed denuo etiam in urbe ipſa aulam Electoralem prae-

tergredientem ſummo dignarentur aſpectu. Hora VIII. Cives Academici impetrata iam antea venia concentu muſico demiſſiſſimam declarabant venerationem. Congregaverant ſe hanc ob cauſſam, partim in arcis area, partim in Collegio D. FRIDERICI, ex iisque locis ſub ſonitu tympanorum tubarumque multis facibus inſtructi comitatuque militum tecti, per plateas, quae ab arce et Collegiis Academicis denominantur, ſeſe in forum conferebant. Poſtquam ante ELECTORIS Sereniſſimi habitationem convenerant, milites formabant circulum, in quo Cives Academici ſe recipiebant Odamque hunc in finem compoſitam ſub fidicinum tibicinumque decantabant ſymphonia, ſimulque hoc poema per Comitem de *Flemming*, aliosque delegatos praeeuntibus Studioſorum Mareſchallis devotiſſime offerebant, breviter quidem, attamen concinne, hac occaſione perorante dicto Comite. Quod ſubmiſſiſſimum civium Academicorum inſtiturum tanta ſuſcepit clementia Indulgentiſſimus PATER Patriae, ut non ſolum hunc concentum Muſicum ſimul ac votivam acclamationem in feneſtris praeſens benigniſſime audiverit, ſed etiam paullo poſt Studioſis aliquot dolia vino repleta recreationis cauſſa dederit dono. Die XIV April. qui ad homagium praeſtandum erat deſtinatus, hora VIII. D. *Hofmannus*, Superintend. Gener. concionem his feſtivitatibus ſolitam in templo Parochiali habuit, cum propter templum Academicum nondum penitus reſtitutum a D. *Weickhmanno*, eiusdem templi Praepoſito et t. t. Rectore Magnifico, more conſueto, hic actus ſacer non peragi poſſet. Maxima pars Summorum Adminiſtrorum Aulaeque Procerum, huic orationi ſolemni intereſſe, haud dedignabatur. Qua finita PRINCIPI SERENISSIMO Praefecturae Vitembergenſis Praetor, *Haſius*, a Conſil. Commiſſion. carmen gratulatorium nomine civium dictae Praefecturae elaboratum demiſſiſſime tradebat, devotiſſimaque allocutione ſe civesque commendabat. Audita hora IX. Equites Circuli Electoralis, Corpus Academicum, Magiſtratus huius civitatis, Clericorum Ordo, Praefecturae antiſtites aliique, qui Electoralia commoda hoc loco procurant, omnes ſingulique, qui ad Academiam pertinent et Immatriculati nominantur, denique Senatus urbium Kemberg, Schmiedeberg, Graefenhaynichen, Zahnae et Pretſch, ſeſe in atrium Curiae, quod huic feſtivitati, arce Electorali igne conſumta, interea erat dicatum, recipiebant, et quidem ſinguli Profeſſores Senatusque tam huius, quam reliquarum urbium, veſtibus palliisque nigris induti. Exornaverat hunc locum tabula ſtannea Magiſtratus, in qua huius ſolemnitatis cauſſa ſequens eſt inſculpta inſcriptio:

D. O. M. S.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/578
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

D. O. M. S.

FRIDERICO AVGVSTO III. *Novemviro Saxoniae fidem* S. P. Q. V. *religione Sacramenti firmaturo, haec eſt curia renovata* A. R. S. cIↃIↃcc LXVIIII. *auſpicio* DIVI AVGVSTI cIↃIↃLXXIII *de novo exſtructa voto ſuſcepto, ut hanc iuſtitiae prudentiaeque ſedem Numen praepotens cum tota civitate ſua ſemper praeſenti ope tueatur.*

Thronus Electoralis verſus orientem in hoc exſtructus erat atrio cancellisque circumdatus, a quibus per ſcalam deorſum uſque ad portam Curiae principalem legio equeſtris, ab hac vero porta per forum uſque ad domicilium Electorale pedeſtris legio duas formabat lineas, per quas ELECTOR Sereniſſimus hora X. ſupra pontem ligneum, hunc in finem ab habitatione PRINCIPIS Indulgentiſſimi uſque ad Curiam factum, praeeuntibus Aulae Mareſchallis inſignia geſtantibus inſequentibusque Adminiſtris ſummis Aulaeque Proceribus, lectica vehebatur. Poſtquam PARENS Patriae Optimus Curiam aſcenderat inſederatque throno, quem Aulae Purpurati circum cingebant, Illuſtriſſimus L. B. de FRITSCH, a Conſultationibus Publicis et Conſiliis Intimis, Status Provinciales ante cancellos congregatos allocutione amplitudini huius actus accommodatiſſima ad fidei ſacramentum praeſtandum graviter exhortabatur. Qua finita oratores Statuum ELECTORI Sereniſſimo omnium ſingulorumque ſummam animi promptitudinem huic pietatis officio ſatisfaciendi ſubmiſſiſſima declarabant oratione, et quidem nomine Ordinis Equeſtris, Illuſtriſſimus Comes de LOESER, a Conſiliis Intimis et Mareſchallus Saxoniae Hereditarius, nomine Academiae, eiusdem Rector Magnificus, D. *Weickhmannus*, ad Aed. OO. SS. Praepoſitus, nomine Senatus oppidani, D. *Klügel*, Syndicus, denique nomine Sacerdotum, D. *Hofmannus*, Superintend. Generalis. Hunc in finem ſinguli horum oratorum ad perorandum intra cancellos immiſſi propius ad thronum appropinquabant, hoc vero munere perfuncti ad ſuos revertebantur Ordines. His omnibus peractis Perilluſtris L. B. de FRITSCH, a Conſiliis Aulae et in Senatu Sanctiori Referendarius, admonitionem iuramento praeviam praelegebat, qua finita Ordo Equeſtris, qui huc uſque dextrum a throno latus extra cancellos occupaverat, intra eos ſe recipiebat et PATRI Patriae Indulgentiſſimo fidem obedientiamque ſtipulata promittebat manu. Quam primum hi Nobiles ſeu Vaſalli priſtinum recuperaverant locum, modo nominatus Perilluſtris L. B. de FRITSCH coram reliquis ſta-

tibus in latere a throno ſiniſtro conſtitutis iuramentum recitabat ipſum, cuius ſingula verba omnes erectis digitis clara ſequebantur voce. Quo facto iis venia dabatur, manum Benignisſimi PRINCIPIS ſumma exoſculandi devotione, qua gratia iam antea erat fruitus Ordo Equeſtris. Paullo poſt ELECTOR Serenisſimus e throno deſcendens, in podium ſupra Curiae portam exſtructum ſe conferebat, ut ibidem a civibus tam huius, quam reliquarum urbium aeque, ac incolis pagorum Academicorum et Senatoriorum itemque iurisdictioni Praefecturae ſubiectorum, quorum in foro inſignis copia erat congregata, fidei ſacramentum, quo ſeſe obſtringere cupiebant, gratioſisſime acciperet. Hanc concionem populi pari ratione, ut in atrio erat factum, alloquebatur Illuſtrisſimus L. B. de FRITSCH, a Conſultationibus Publicis et Conſiliis Intimis, iuramentum vero, eaque, quae ei praemittebantur, itidem, ut antea, Perilluſtris L. B. de FRITSCH, a Conſiliis Aulae et in Senatu Sanctiori Referendarius, canora pronunciabat voce. Multitudo civium et ruſticorum non ſolum obſequium iuramento ad verbum repetito pollicebatur, ſed etiam demisſisſimam ſuam devotionem triplici declarabat acclamatione votiva, quod laetitiae publicae documentum Indulgentisſimus PARENS Patriae gratioſo ſuſcipiebat vultu. Quibus omnibus peractis Sereniſſimus ELECTOR Curiam relinquebat SEque in aedes ſaepius commemoratas eadem, qua venerat, pompa, comitatu Vaſallorum amplificata, recipiebat. Interea menſa Electoralis in atrio illo, in quo homagium erat praeſtitum, exſtruebatur, in contignatione vero Curiae ſuperiore duae ſternebantur menſae ſecundi ordinis, quae vulgo *Marſchalls-Tafeln* nominantur. His inſtructis hora circiter I. ſigno tubis tympanisque ad prandendum prius dato, Indulgentiſſimus PATER Patriae cum Celſisſima CONIVGE Aulae Purpuratis Ordineque Equeſtri ſtipatus denuo per forum in Curiam SE conferebat menſaeque accumbebat, ad quam, praeter Summos Adminiſtros nonnullosque Equites, ex Senatu Academico Rector Magnificus, D. *Weickhmannus*, ad Aed. OO. SS. Praepoſ. et D. *Chladenius*, a Conſiliis Aulae et Facult. Iurid. Ordinarius, ex Magiſtratu vero oppidano D. *Bauerus*, Conſul Reg. et D. *Klügel*, Syndicus, denique nomine Cleri Vitembergenſis, D. *Hofmannus*, Superintend. General. ex ſingulari PRINCIPIS Sereniſſimi admittebantur gratia prandioque excipiebantur. Continuabatur illud ſub ſonitu tubarum tympanorumque uſque ad horam III. omnibusque, qui ſpectandi cauſſa adveniebant, liber concedebatur acceſſus. Finito prandio Indulgentisſimi PRINCIPES domum revertebantur. Hora V. ELE-

V. ELECTOR Serenisſimus comitantibus quibusdam Aulae Proceribus univerſum circumibat vallum haecque munimenta oculis perluſtrabat, paullo vero poſt una cum Celſisſima CONIVGE ſequentibus Adminiſtris Summis Aulaeque Purpuratis eſſedo, quod nonnulli equis praecedebant, per plateam arcis uſque ad templum ſe conferebat Academicum. Rheda deſcenſi in templum dictum PRINCIPES Optimi intrabant, ibidemque non ſolum aedificium ipſum, Electorali praeſertim munificentia fere reſtauratum, ſed etiam monumenta FRIDERICI Sapientis et IOANNIS Conſtantis, glorioſisſimae memoriae ELECTORVM, aliaque aſpectu digna interque ea ſepulcra virorum celebrium in his aedibus ſacris quieſcentium, contemplabantur, quae omnia ſingulaque IIS ab Illuſtrisſimo de GLOBIG, a Conſiliis Intimis et Supremi Senatus Eccleſiaſtici Praeſule Profeſſoribusque illis, qui reparationem huius templi curabant, oſtendebantur. Quibus perſpectis eſſedum iterum conſcenſi PRINCIPES Gratioſisſimi plateas urbis tranſibant potiores, ruinasque aedium ſuperiore bello exuſtarum non ſine maxima obſervabant commiſeratione. Perluſtrata urbe intra muros, eandem quoque extra eos, viſere conſtituebant. Hinc per portam Elyſtri egreſſi magnam permeabant partem ſuburbiorum, tam Senatoriorum, quam Quaeſtoriorum, quo facto per portam ac plateam arcis in habitationem remigrabant. Circa veſperam eiusdem diei arcus Summis PRINCIPVM Nominibus aliisque ornamentis condecoratus, qui ante podium Curiae, Aulae Electorali ex adverſo, erat exſtructus, inſigni copia lampadum vitrearum illuminabatur, quod ſpectaculum haud ingratum aeque, ac ſuaviſsimus concentus muſicus, quem triplex ahenotympaniſtarum, buccinatorum, tibicinum fidicinumque chorus in podio dicto conſtitutus eodem tempore edebat, innumerabilem fere indigenarum peregrinorumque multitudinem in forum colligebat. Ipſi Serenisſimi PARENTES Patriae huic, ac reliquis ad declarandam laetitiam publicam inſtitutis, clementisſimum non denegabant aſſenſum. Tandem appropinquabat dies XV. huius menſis, quo Vitemberga noſtra praeſentia Optimorum PRINCIPVM per breve temporis ſpatium recreata praematuro EORVM abitu vehementer contriſtabatur. Hoc enim die ELECTOR Serenisſimus urbem noſtram relinquere Lipſiamque proficiſci conſtituerat. Congregaverat igitur ſe Magiſtratus devotionis praeſtandae cauſſa ante aedes Thomaeanas, cives vero ordine diſpoſiti duce *Schoenbergio* in forum ſe collocaverant, qui PRINCIPIBVS Indulgentisſimis hora IX. abeuntibus elatis

armis multiplicique acclamatione votiva ſubmisſisſimam adhuc declarabant venerationem. Ante portam, quae verſus Albim ſpectat, uſque ad dictum fluvium legio pedeſtris in duos ſe conſtituerat ordines, per quos aeque, ac ingentem populi copiam, quae a tergo militum ſtabat, deſiderioque Optimos PARENTES Patriae adhuc viſendi flagrabat maximo, PRINCIPES Serenisſimi tranſibant. Accedentes ad ripam Albis navem conſcendebant vectoriam, iterque inceptum, ſub votis ſincerrimis ardentisſimisque pro perpetua EORVM incolumitate felicitateque ab omnibus civibus conceptis, continuabant. Gratioſisſimo vultu, quo PRINCIPES Indulgentiſſimi erga ſingulos per omne commorationis tempus ipſisque ultimis momentis fuerant uſi, clementisſime teſtificabantur, IIS non diſplicuiſſe, quae Vitemberga ad comprobandam pietatem demisſisſimamque reverentiam huc uſque ſuſceperat. Inprimis ELECTOR Serenisſimus Academiae noſtrae per eiusdem Maecenatem Eminentisſimum, Illuſtrisſimum de GLOBIG, a Conſiliis Intimis et Senatus Eccleſiaſtici Supremi Praeſidem, dum ante abitum PRINCIPIS Munificentisſimi pro beneficiis Electoralibus in Academiam gratioſisſime collocatis maximas ageret gratias, ratione praeteritorum declaravit aſſenſum, ratione vero futurorum protectionem clementiſſime pollicitus eſt atque voluntatem propenſisſimam.

RECTORE
FRIDERICO AVGVSTO FISCHERO,
Iur. Vtr. Doct. Digeſt. Infort. et Nov. Prof. Publ. Ord.
Cur. Provinc. Scabin. et Fac. Iur. Aſſeſſ. et
Ord. ſui t. t. Decano

cIↃIↃccLXIX. Cal. Mai. inſcripti ſunt LIX.

inter quos

Walrad. Frid. Guſt. a Carlsburg, *Equ. Thur.*
Ad. Frid. de Schoenberg, *Equ. Sax.*
Rud. de Bünau, *Equ. Miſn.*

per hoc ſemeſtre

I. diſputarunt pro Licentia

I. IN FACVLTATE IVRIDICA

Praeſ. D. MART. GOTTL. PAVLI, *Dig. Vet. P. P. O.*
ERNEST. GOTTFR. HANISCH, *Dreſdenſ.*
de regula Cattoniana.

II. IN

II. IN FACVLTATE MEDICA
Praef. D. DAN. WILH. TRILLERO, *Confil. Aul. et Med. P. P. O. Prim.*
CHRIST. GOTTH. SCHATTERVS, *Arnoldsgrünenf. Variſc.*
de horrore in febribus exanthematicis, praefertim variolis, ſigno plerumque lethali.

II. Creati ſunt
I. IN FACVLTATE IVRIDICA *unus* Iur. Vtr. Doctor
II. IN FACVLTATE MEDICA *unus* Medic. Doctor
III. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano CAR. GOTTL. SPERBACHIO, *Orient. Lingu. P. P. O.*
X. Philoſophiae Artiumque Liberalium Magiſtri.

RECTORE
DANIELE WILHELMO TRILLERO,
Phil. et Med. Doct. Conſil. Aul. Medic. Prof. Publ. Ord. Prim. et Illuſtr. Acad. Scient. Bonon. Sodale
cIↃIↃccLXIX d. 18. Octobr. inſcripti ſunt XXXIX
inter quos
IO. IAC. EBERT, *Wratisl. Math. Infer.* Alexis de Teploff, *Petroburgenſ. P. P. deſignat.*

Hoc Rectoratu
I. pro Licentia diſputarunt
IN FACVLTATE MEDICA
1. Praef. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chir. P. P. O.*
CAR. SIGFRID. IENICHEN, *Lubben. Luſ.*
de minuenda mortium ſubitarum formidine.
2. Praef. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*
IO. FRID. BENED. BREVEL, *Schwerinenſ. Polon.*
de plantis in cultorum memoriam nominatis.

II. Re-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/583
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

II. Renunciati sunt

IN FACVLTATE MEDICA II Medicinae Doctores

Solemnitates Magisteriales in Facultate Philosophica hoc semestri peragendae usque ad dedicationem templi Academici sunt dilatae.

III. In Senatum Academicum est receptus

IO. IAC. EBERT, *Math. Infer. Prof. Publ. Ord.*

RECTORE
IOANNE FRIDERICO HILLERO,
Eloquent. Prof. Publ. Ord. et Electoral. Alumnor. Ephoro

cIↃIↃccLXX. Cal. Mai. inscripti sunt C.

inter quos

Wilh. Car. de Wolfersdorf, *Leubnit.*
Hans Ad. Rud. a Seyfertiz, *Equ. Misn.*
Hans Gottl. a Seyfertiz, *Equ. Misn.*
Christ. Gottl. Istrich, *Rochlitiens. Sacr. Antistes.*

per hoc semestre

I. pro Licentia disputarunt

I. IN FACVLTATE THEOLOGICA

1. Praes. D. CAR. GOTTL. HOFMANNO, *Superint. Gen.* CHRIST. GOTTL. ISTRICH, *Rochlitiens. Sacr. Antist.* de imputatione divina peccati alieni inprimis Adamitici.

2. Praes. D. CHRIST. SIGISM. GEORGIO, *S. S. Theol. P. P. O.* IOANNES BÜCHER, *Eccles. Iessenens. Superint.* de praestantia religionis Christianae evicta per praestantiam legum matrimonialium in ea.

II. IN FACVLTATE IVRIDICA

Sine Praeside IO. CHRIST. FRANCKIVS, *Vitembergens.* Commentationem ad Iurisprudentiam Tiberii Claudii Imperatoris defendit.

III. IN FACVLTATE MEDICA

1. Praes. D. DAN. WILH. TRILLERO, *Consil. Aul. et Med. P. P. O. Prim.*

DAN.

DAN. GOTTH. BERTHOLDVS, *Graeffenhayna Saxo*
de morbis pubertate solutis.

2. sub Eiusdem praesidio
IMMAN. BENEDICT. FVNCK, *Schoenburg. Hartenst.*
de sordidis et lascivis remediis antidysentericis vitandis.

3. Sub praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chirur. P. P. O.*
PETR. MADÁCS, *Poloma-Gömörienf. Hungar.*
de modo regenerationis vasorum.

4. Praes. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*
FRID. ERDM. HEMPEL, *Pissen. Merseburg.*
de iusta plantarum indigenarum in pharmacopoliis reformandis aestimatione

II. Creati sunt
I. IN FACVLTATE THEOLOGICA V. SS. Theol. Doctores
II. IN FACVLTATE IVRIDICA *unus* Iur. Vtr. Doctor
III. IN FACVLTATE MEDICA III Medicinae Doctores.
IV. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
1. Decano D. IO. DAN. RITTERO, *Consil. Aul. et Histor. ac Moral. P. P. O.*
XV. Philos. et Art. Liberal. Magistri, quae quidem promotio iam sub antecedente Rectoratu debuisset suscipi, ob solemnitates vero dedicationis templi Academici usque ad d. X. Aug. fuit procrastinata.
2. Decano MATTH. AVG. HASIO, *Fac. Philos. Assess. Ord.*
XI. Philosophiae Artiumque Liberalium Magistri

III. Obiit Mens. Septembr.
ADOLPH. IVLIAN. BOSE, *Med. Doct. eiusdemque Prof. Publ. Extraord.*

IV. Celebravit tandem Academia mense Augusto dies festos, quales nullo unquam egit tempore, maxima quidem laetitia voluptateque, simul tamen sub votis ardentissimis, ne unquam ei ad tales celebrandos iterum

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/585 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

detur occaſio. Poſtquam enim hoc anno omnis templi Académici reſtauratio feliciter ad finem erat perducta, decernebat Academia, conceſſa antea ab ELECTORE Sereniſſimo venia, has aedes ſacras non tam ad priſtinum, quin potius maiorem redintegratas ſplendorem menſe Aug. ſolemnitatibus huic actui graviſſimo convenientibus dedicare. Vt igitur haec feſtivitas futura non ſolum civibus, ſed etiam exteris mature innoteſceret, Rector Magnificus, HILLERVS, *Eloqu. P. P. O. et Alumnor. Elect. Ephor.* qui praeclariſſima ſua diſpoſitione providaque cura ad dignitatem elegantiamque huius celebrationis quam plurimum contulit, iam menſe Iun. hanc dedicationem imminentem programmate notificabat, indicans ſimul ea, quae ſingulis feriis eſſent peractura. Quo memorabilior haec erat ſolemnitas, eo maior copia peregrinorum, inter quos haud pauci, qui tam generis nobilitate, quam dignitate muneris exſplendeſcebant, appropinquante die VI. menſ. Aug. ad urbem noſtram adveniebat. Non enim ſolum eximia pars incolarum urbium vicinarum, Kembergae, Belticii, Schmiedebergae, Coſwigae, Iutreboci, Annaburgi, Torgaviae reliquarumque finitimarum huc conveniebat, ſed perquam multi etiam advenae ex urbibus remotioribus, Dreſda, Lipſia, Freyberga, Leucopetra, Ciza, Wurcena, Serveſta aliisque huic intererant feſtivitati, ad quae ſolemnia pie obeunda iam Venerabilis noſter D. HOFMANNVS, *Superintendens Generalis*, facundia ſolita animos auditorum mirum in modum commovente, oratione exhortabatur ſacra, die ferias dedicationis antecedente in templo Parochiali habita. Eodem die hora V. poſt meridiem omnes campanae in arcis turre templo Academico contigua ſuſpenſae per unius horae pulſabantur ſpatium, earumque ſonitu dedicatio futuro die celebranda annunciabatur. Vix dies VI. huius menſis illuxerat, cum eximia iam hominum copia tam in *foro*, quam plateis conſpiceretur. Expergefecerat eos clangor tubarum tympanorumque, qui ab hora III uſque ad IV. intermiſtis hymnis ſacris non ſolum ex turribus parochialibus, ſed etiam ex arcis turre reſonabat. Finito hoc concentu omnes campanae in utrisque turribus tribus uſque ad horam V. pulſabantur intervallis. Hora circiter VII. primum, paullo poſt alterum, denique hora VIII. tertium campanis Academicis dabatur ſignum, ut populus ad peragenda ſacra accederet. Conveniebant interea omnes ad Academiam pertinentes in Collegium D. AVGVSTI, et quidem Senatus Academicus in muſeum B. Lutheri, Doctores vero, Licentiati, Adiuncti itemque Sacerdotes in atrium, quod Alumneum vocatur, Cives denique Academici in aream

huius

huius Collegii se recipiebant. Decantato prius hymno B. Lutheri heroico: *Eine feste Burg ist unser Gott*, pari ardore, ac gaudio, Rector Academiae Magnificus simul cum concione congregata hora audita VIII. sub sonitu campanarum omnium utriusque templi clangoreque tubarum ahenotympanorumque per plateam a Collegiis denominatam, forum atque plateam ab arce dictam, usque ad templum Academicum sequenti progrediebatur ordine. Antecedebat chorus tibicinum tympanistarumque, quem sequebantur XII. Marescalli ex civibus Academicis collecti, hos excipiebant Ministri Academiae publici palliis coccineis ornati argenteaque gestantes sceptra, qui Rectori Academiae Magnifico proxime praeibant. Hunc purpura auro praetexta fulgentem comitabantur singuli quatuor facultatum Professores vestibus palliisque nigris induti, sequentibus more solito Academiae Protonotario et Quaestore. Postea IV. Marescalli Doctores reliquosque, qui Immatriculatorum nomine insigniuntur, nigroque habitu erant vestiti, ducebant. Tandem Studiosorum cohors sequebatur duobus choris Musicis instructa atque in sex nationes divisa, quarum quamque Senior duoque Marescalli praecedebant. Postquam hocce agmen splendidum ad forum venerat, salutabatur illud a choro buccinatorum et ahenotympanistarum, quem Senatus civitatis in curiae podium hunc in finem collocaverat. Ipse vero Magistratus oppidanus, amictu palliisque nigris indutus ex curia progrediens a duobus excipiebatur Civium Academicorum Marescallis, qui hoc venerabile Collegium per forum usque ad Ordinem Academicum ducebant. Simulac Senatus oppidanus locum inter Corpus Professorium et sic dictos Immatriculatos occupaverat, solemnis continuabatur ambitus. Appropinquantes ad aedes sacras Academicas denuo salutabantur a choro Musico in arcis turre constituto, in templum ipsum vero intrantes clangore Organi pnevmatici recens exstructi, quod ob suavissimum sonitum ornamentaque deaurata aures pariter ac oculos mirifice delectat, excipiebantur. Hora circiter IX. Sacra, eo quidem ordine, quem S. V. D. *Weickhmannus*, huius templi Praepositus Meritissimus, in peculiari libello praescripserat divulgaveratque, peragi incipiebantur, finiebantur vero hora II. post meridiem. Decantatis igitur nonnullis hymnis sacris, qui huic festivitati perquam accommodati videbantur, quibus partim laudes divinae providentiae in hoc opere auxiliantis celebrabantur, partim vero a Summo Numine conservatio purioris doctrinae et simul huius templi efflagitabatur, ascendebat suggestum sacrum modo laudatus S. V. *Weickhmannus*, ex eoque summa, quae ei pro-

pria eſt, eloquentia et gravitate ad ductum verborum Sachar. VIII. 2. 3. *de ardore religioſo, quem fidus Servatoris miniſter in triſtibus laetisque aedium ſacrarum fatis perſentiſcit,* apud ingentem populi copiam concionabatur. Hora poſt meridiem audita IV. Cives Academici in Collegium D. FRIDERICI ſe conferebant et ex eo, a nationum Senioribus Ceremoniarumque Magiſtris ducti, cum triplici choro Muſico per plateas modo nominatas forumque, uſque ad aream, quae ante templum Academicum eſt ſita, et vulgo *der Schloßplatz* nuncupatur, progrediebantur. Ad hunc locum accedentes admirandum maximeque laudandum edebant pietatis ſpecimen, cum ſub concentu Muſico ſumma cum devotione hymnum Ambroſianum: *Te Deum laudamus*, decantarent, eximiamque hominum circumſtantium multitudinem ſimul ad clementiam divinam grato devenerandam animo hoc commoverent facto. Peracto hoc religionis officio in forum ſe recipiebant, ibidemque circulum formantes ſubmiſſiſſimam erga ELECTOREM Indulgentiſſimum, FRIDERICVM AVGVSTVM, Sereniſſimam EIVS CONIVGEM, MARIAM AMALIAM Celſiſſimamque MATREM, MARIAM ANTONIAM declarabant veneration em, ſaepius ſolemne illud *Vivat* ſub ſonitu buccinarum tympanorumque exclamantes. Circa horam XI. veſpertinam turres templi Parochialis haud paucis laternis colluſtratae magnum civium peregrinorumque numerum in forum alliciebant, praeſertim cum chorus ſymphoniacus, qui in hoc collocatus erat loco, ſub concentu Muſico varios modularetur hymnos ſacros, quocum coniungebatur ſonitus tubarum aheno-tympanorumque editus ab aliis, qui in arcis turre conſtituti. Inſequenti die hora VII matutina ſacra in templo reſtaurato continuabantur, cum, praeviis decantatis hymnis, S. V. *Georgius* auditoribus ex ſuggeſtu ſacro providentiam divinam in reſtitutione huius templi maxime conſpicuam proponeret. Finito hoc actu ſacro Profeſſores ſinguli aliique Academiae Aſcripti in aedes Rectoris Magnifici, coetus vero Studioſorum cum Senioribus, Mareſchallis chorisque Muſicis in Collegium D. FRIDERICI conveniebant. Ex quibus locis circiter hora XI. eadem via eademque pompa, ut feria prima, ad aedes Academiae ſacras procedebant, Senatu oppidano in foro ſe iterum cum iis coniungente. Poſtquam ad dictum templum advenerant, Rector Magnificus Cathedram haud procul ab altare exſtructam pannoque rubro tectam aſcendebat, ex eaque, oda hunc in finem compoſita ſub clangore tubarum tibiarumque decantata, *de optimis ſtudiis cum templo Academico reſtituendis*, maxima gravitate ſummoque orationis flumine perorabat.

Poſt

Poſt meridiem hora III. Cives Academici eodem modo, ut die antecedente, ex Collegio D. FRIDERICI ad Rectorem Academiae ſe conferebant eidemque Symphonia Muſica acclamationeque votiva devotionem commonſtrabant debitam, poſtea vero ſe in forum recipiebant et ibidem Academiae, Senatui oppidano et Vigiliarum Praefecto, qui militibus Stationariis hic praeeſt, *Vivat* acclamabant. Die huius menſis VIII. ſeu feria huius dedicationis ultima, S. V. WERNSDORFIVS verba ex ſuggeſtu ſacro ad populum faciebat huic feſtivitati accommodatiſſima. Hora X. Rector Academiae cum eodem coetu, iisdemque ſolemnitatibus, ut ſuperiore die erat factum, templum intrabat Academicum, in quo S. V. WEICKHMANNVS praevio concentu Muſico ſolemnem nomine Facultatis Theologicae recitabat orationem *de Salomonaea templi prioris conſecratione ipſi Deo admodum probata*, ad quam audiendam programmate ſuo nomine ſcripto antea invitaverat. Die IX. Ordo Theologorum ſolemnitates doctorales in his celebrabat aedibus ſacris, quas ſcripto Academico eiusdem Ordinis Procancellarius et Prodecanus, D. WERNSDORFIVS prius iam ſignificaverat. Poſtquam igitur Venerabilis huius Ordinis membra ſimul ac praeſentes ſummorum in Theologia honorum Candidati in aedes Procancellarii convenerant et ipſe Rector Magnificus acceſſerat, haec concio rhedis vecta in templum ſe recipiebat, in quo ſub ſonitu tympanorum tubarumque Promotor, S. V. WEICKHMANNVS, in Cathedra ſic dicta Doctorali verſus occaſum exſtructa, impetrata antea venia a Procancellario, ornatu novo ex holoſerico nigro parato ac pretioſa muſtelae ponticae pelle praetexto condecorato, ſequentes partim creabat, partim iam ante aliquot temporis ſpatium creatos renunciabat S. S. Theologiae Doctores.

IO. FRID. GÜHLINGIVM, *Eccleſ. Chemnit. Paſt. Prim. vicinarumque Superintendentem.*

FRID. IMMAN. SCHWARZIVM, *Eccleſ. per Epiſcopat. Numburgenſ. Cizae Superint. Elect. Conſiſt. ibidem Aſſeſſ. in Templo Arcis Moritzburgenſ. ad Elyſtram Concionat. et Schol. Epiſcopal. Ephorum*

IO. GODOFRED. KOERNERVM, *Diacon. ad Aed. D. Thomae Lipſienſ.*

IO. BÜCHERVM, *Eccleſ. Ieſſenenſ. Paſt. et Dioeceſ. Superint.*

CHR. GOTTL. ISTRICH, *Eccleſ. Rochlit. Paſt. Prim. vicinarumque Superint.*

inter quos duo posteriores modo erant praesentes. Finiebatur hic actus solemnis decantatione hymni; *Te Deum laudamus*, sub cuius initio Ordo Theologorum cum recens creatis Doctoribus ad altare appropinquabat, ibidemque more solito flexis genibus ardentissima ad Deum mittebat vota. Dies tandem X. Aug. huic festivitati, cui ipsum coelum serenitate plane singulari fuerat propitium, finem imposuit, quo ab Ordine Philosophorum solemnia Magisterialia, more consueto d. XXX. April. habenda, propter hanc vero templi consecrationem usque ad hunc diem dilata, in hoc loco sacro solitis ritibus sunt peracta. Qua quidem occasione Decanus eiusdem Facultatis, Illustr. D. RITTERVS, *Consil. Aul. et Hist. itemque Moral. P. P. O.* novo pallio ex holoserico violaceo effecto pellibusque pretiosis praetexto ornatus, XV. Candidatis summos in Philosophia impertitus est honores, cum antea oratione praevia: *Non castam sanctamque religionem, sed imperandi potius libidinem, multarum rerum cupiditatem, imo saepe numero inhonestam et effusam luxuriam gerendorum bellorum exercendorumque latrociniorum caussam fuisse*, graviter docteque ostendisset. Inter varia scripta, quae huius dedicationis caussa, tam publico, quam privato nomine sunt divulgata, sequentia indicare placet:

1. IO. FR. HILLERI, *Eloqu. P. P. O. et t. t. Academ. Rectoris*, programma, quo Academici templi dedicationem VIII. Eid. Aug. et seqq. DD. celebrandam communi pietati commendavit.

2. EIVSDEM Oratio *de optimis studiis cum templo restituendis Academico* altero consecrationis die VII. Eid. Aug. 1770 publico nomine habita.

3. D. CAR. GOTTL. HOFMANNS, General. Superint. *Vorbereitungs-Predigt, in welcher am VIII. Sonntage nach Trinitatis 1770, als am Tage vor der Einweyhung der neuen Schloß- und Universitäts-Kirche, die Christliche Gemeinde zu Wittenberg zum Lob und Dankopfer der Heiligen für die Erhaltung reiner und gesunder Lehre ermuntert wurde.*

4. D. IOACH. SAM. WEICKHMANNI, *ad Aed. OO. SS. Praepos.* programma, quo *Consecrationem templi Hierosolymitani Constantianam religiosae dedicationis instar* proposuit atque ad audiendam benevole orationem ex decreto Ordinis Theologorum habendam

publici

publici perſanctique gaudii, quod optimo cuique devota Deo aedes Academica excitat, teſtificandi cauſſa perobſervanter invitavit.

5. EIVSDEM *Anzeige der am 6. Aug. 1770 als am feyerlichen Einweihungs-Tage der hieſigen, unter Göttlichen Seegen, neuerbaueten Schloß- und Vniverſitäts-Kirche bey Haltung des öffentlichen Gottesdienſtes zu beobachtenden Ordnung.*

6. EIVSD. *heiliger Eifer eines Knechts Ieſu bey den traurigen und fröhlichen Schickſaalen des Hauſes ſeines Gottes, betrachtet bey der A. 1770 den 6. Auguſt geſchehenen feyerlichen Einweyhung der Schloß- und Univerſitäts-Kirche zu Wittenberg.*

7. D. ERNEST. FRIDER. WERNSDORFII, *SS. Theol. P. P. O. et t. t. Procancellarii et Prodecani Ordinis Theologici in Academia Vitembergenſi* programma, quo *Αφιερωσιν του Σωτηριου Μαρτηριου*, ſeu *deſcriptionem ſolemnis dedicationis templi a Conſtantino M. propter locum morientis et reſurgentis Chriſti conditi,* ad Euſebium de Vita Conſtant. L. IIII. c. XXXXV. propoſuit, ut Panegyrin renunciationi Doctorum Theologiae ſacram, in templo Academico huius dedicationis ad perficienda ſolemnia more maiorum concelebrandam indiceret.

8. D. DAN. WILH. TRILLERS, *Churfürſtl. Sächſsl. Hofraths,* cet. *Wittenberg in der Einweihungsfeyer ſeiner neuerbaueten Schloß- und Univerſitäts-Kirche den 6. Auguſt 1770 poetiſch vorgeſtellet.*

9. MATTH. AVG. SCHROECKHS, *Poeſ. P. P. O. Cantate, welche bey der feyerlichen Einweihung der wieder aufgebaueten Univerſitäts-Kirche zu Wittenberg am 6. und 7. Auguſt des Iahrs 1770 aufgeführet worden.*

10. EIVSDEM Ode, quae in Solemni Panegyri ad Orationem S. V. WEICKHMANNI, A. D. VIII. Aug. A. cIↃIↃccLXX. in templo Academico audiendam cogenda inter concentus muſicos decantata eſt.

11. BENI. GOTTL. BODENS, *Antiquit. P. P. Geſang am feyerlichen Einweihungs-Tage der Univerſitäts-Kirche zu Wittenberg.*

12. M. ADAMI GRENZII, *ad Aed. B. Virg. quae Dreſdae eſt, Eccleſiaſt.* Schediaſma epiſtolicum, ad Virum Magnificum ac Summe Reverendum, IOACH. SAM. WEICKHMANNVM, *SS. Theol. D. et P.*

et P. P. O. cet. *de eo qui maior eſt templo ad Matth. XII. 6.* quo inclytae Academiae Vitembergenſi dedicationem templi gratulatus eſt.

13. IO. GOTTL. THENII, *A. M. et Diac. ad Aed. Cruc. Dreſd. Subſtit.* epiſtola gratulatoria ad Virum Summe Reverēndum, Magnificum Excellentisſimumque ERNEST. FRID. WERNSDORFIVM, *S. S. Theol. D. et P. P. O.* cet. ipſi Solemnitati d. VI. Aug. 1770. quo templum Academicum reſtauratum inaugurabitur, dicata.

14. M. GOTTH. FRID. OESFELD, *Paſt. et Inſp. Loeſnicenſ.* praefatus *de templis Chriſtianorum*, dedicationi templi Academici Wittebergenſis ex cinere, quae Dei gratia eſt, reſuſcitati et die 6. Aug. 1770. ſolemni ritu inaugurandi ex animo plauſit, eandemque inclytae Academiae Wittebergenſi ex pio animi affectu gratulatus eſt.

15. GOTTL. FRID. OERTELII, *Schol. Kemberg. Rectoris* commentatio *de diis peregre profectis ad I. Reg. XVIII. 27.* qua Magnifico, Summe Venerabili, Amplisſimo Doctisſimoque IOACH. SAM. WEICKHMANNO, *SS. Theol. D. et P. P. O.* cet. *templi Academici Wittebergenſis* ex ruinis in novum decus reſtituti d. VI. Aug. 1770 ſolenniter initiati *Meritiſſimo Praepoſito* ſubmiſſam pietatem teſtatus eſt.

Concludimus hanc breviſsimam ſingularisſimae huius ſolemnitatis delineationem verſibus b. Bidermanni Rectoris quondam Freybergenſ. Celebr. quos in his feſtivitatibus ipſe praeſens in memoriam huius reliquit dedicationis.

Ex cinere ut Phoenix reparato ſurgit honore,
Nubibus et pulſis lux renovata nitet:
Sic Vitembergae longe ſpectabilis aedes
Poſt flammam famam comparat atque decus,
Et verbis vatis reſpondent fata ſecunda: *)
Mons ego LaVDe VaLens ſanCtVs et aLtVs ero.

*) Alluſit ad verba textus concionis dedicatoriae Sachar. VIII. 2. 3.

RECTO-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/592
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Wittenbergische Schloss- und Universitäts-
Kirche, nach ihrer Wiedererbauung.

M. C. G. Gilling del:

Schleuen sc.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn352372931/593
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG



RECTORE
CHRISTIANO SIGISMVNDO GEORGIO
SS. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ord. itemque Alumnor.
Electoral. Ephoro

cIcIↃccLXX. d. 18. Octobr. inscripti sunt XLII.
per hoc semestre

I. disputarunt pro Licentia

IN FACVLTATE MEDICA

1. Praes. D. GEORG. AVG. LANGGVTHIO, *Path. et Chir. P. P. O.*

HENR. CAROL. CLAVDERVS, *Martisburgens.*
de mortibus repentinis senioribus annis parcius imputandis.

2. Praes. D. GEORG. RVD. BOEHMERO, *Anat. et Bot. P. P. O.*

GODOFR. CHRIST. SIGISM. GEORGIVS, *Vitembergens.*
de Sambuco in totum medicinali.

II. Condecorati sunt summis honoribus Academicis
I IN FACVLTATE MEDICA II Medic. Licentiati
II. IN FACVLTATE PHILOSOPHICA
Decano IO. DAN. TITIO, *Phys. P. P. O.*
